TEOLOGIA LITURGICA
162
K
16-18.
BIB.NAZ.NAPOLI

BIBL. NAZ.
VITT. EMANUELE III
162
K
16 18
NAPOLI

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

BIBLIOTHECA RITUALIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

BIBLIOTHECA RITUALIS

CONCINNATUM OPUS

A FRANCISCO ANTONIO

ZACCARIA

AC DUOS IN TOMOS TRIBUTUM

QUORUM ALTER DE LIBRIS IPSIS RITUALIBUS ALTER DE ILLORUM EXPLANATORIBUS AGIT.

TOMUS I.

DE LIBRIS AD SACROS UTRIUSQUE ECCLESIAE ORIENTALIS, ET OCCIDENTALIS RITUS PERTINENTIBUS.



B. R. NEAPOLIS

ROMAE CIƆ.IƆ.CC.LXXVI.

SUMPTIBUS VENANTII MONALDINI BIBLIOPOLAE IN VIA CURSUS.

Ex Typographio Octavii Puccinelli.

SUPERIORUM PERMISSU.

Fateor me nec reperiſſe cuncta, quae dilucidare cupivi, nec cuncta potuiſſe quae reperi, quum & rerum magnitudo ſciendi cupiditatem ſuccenderet, & diverſitatum confuſio faſtidii nimietatem praeberet. Habebit tamen in his Lectoris mei curioſa veſtigatio, etſi non copiam ſatietatis, qua delectetur, qualemcumque nihilominus inquiſitionis, qua melius exerceatur.

VVALAFRIDVS STRABO

Praef. in gloſs. ordin. Sacrae Scripturae.

Digitized by Google

BEATISSIMO PATRI

PIO SEXTO

CATHOLICAE ECCLESIAE

PONTIFICI OPTIMO MAXIMO

Joſeph Antonius Monaldinius Bibliopola

FELICITATEM.

QUo primum tempore ampliſſimam Romani Pontificatus dignitatem es conſequutus, PATER BEATISSIME, nemo aut tam vecors fuit, qui non intelligeret, aut tam veritatis inimicus, qui non pa-

lam

Digitized by Google

lam praedicaret, EUM, qui quum neque aetate grandaevus eſſet, neque a multis retro annis in Sacrum Eccleſiae Romanae Senatum cooptatus, unus tamen, qui *in celſiore Speculae Paſtoralis Faſtigio difficillimis hiſce temporibus praeemineret* (*) graviſſimis Purpuratorum Principum judiciis dignus habitus fuiſſet, ſingulari quadam, ac prope divina praeditum eſſe ſapientia oportere. Nempe tranquillo mari, ſerenoque Coelo facile quivis Gubernator adſciſcitur, vel mediocriter peritus; in magnis tempeſtatibus, atque in periculo unuſquiſque nonniſi illo, ſi poteſt, utitur, quem ſcientiſſimum, prudentiſſimumque perſpexerit. Neque hoc ſolum de TE conſtanti fama, atque omnium ſermone celebrabatur; ſed etiam magnificum illud, quo laudes Tuae cumularentur, TE ad Summum Pontificatum evecto non minus litterarum felicitati, quam Eccleſiae ſaluti eſſe conſultum. Etenim ſi Civitates (quod a Platone dictum adcepimus) demum felices futuras intelligimus, quum illis ſapientes praeeſ-

ſent,

(*) S. August. l. 1. ad Bonifac. cap. 1.

Digitized by Google

ſent, an non id magis ad bonarum artium ſtudia, diſciplinaſque pertineat? Quanta porro ſapientia, doctrinaque ſis cum acri, excellentique ingenio conjuncta, cum multa declarant, acerrimum in inſtruenda, ac diſponenda locuplete Bibliotheca judicium, adſidua litteratorum virorum conſuetudo, mira quaedam in dubiis, controverſiſque caſibus, qui ad TE perferrentur, enucleandis facilitas, perſpicuitas, atque eruditio; tum maxime doctiſſimi Pontificis, qui litterarii aeque, atque Chriſtiani Imperii principatum obtinebat, Benedicti, inquam XIV. ampliſſimum Teſtimonium, quum TE graviſſimorum ſtudiorum ſuorum participem, & ſocium, & adjutorem conſtituit. Atque haec quidem, quae vulgi ſermonibus tum ferebantur, poſtea a TE confirmata fuiſſe laetamur, cum benevolentiſſimae in optimas artes, earumque cultores voluntatis, tum eximii, ardentiſſque ſtudii de Fide & Religione ſervanda novis in dies editis documentis. Quamobrem nihil eſſe video, cur de hoc TIBI probando, conciliandoque Bibliothecae

Rinu-

Ritualis munuſculo laborare debeam. In quo ea rerum eſt apta conjunctio, ut & litteratiſſimum Maecenatem, & univerſae Eccleſiae Caput, ac Moderatorem maxime deceat.

Primum illa omnium Chriſtiani Orbis Eccleſiarum Rituales libros percenſet, in ſuas ſingulos claſſes accurate tributos, varias eorum editiones, de illiſque doctorum hominum judicia, nec manuſcriptos Codices relinquit intactos, Auctoribus tamen, qui illos commentariis illuſtrarunt, ad alterum volumen reſervatis: quae quidem omnia nonniſi eruditiſſimorum virorum delicias ſi dixero, a veritate non aberravero. Adcedit quae litterarum ſtudioſos ſuaviore quadam delectatione adliciat, argumenti novitas. Bibliothecas ſcilicet plures habuimus, quarum qui ſuperiore ſaeculo indicem texuit *Philippus* LABBEUS, non parvum volumen edidit *Bibliotheca Bibliothecarum* praenotatum; Ritualem hactenus nullam. Jam cui potiſſimum repraeſentari novam hanc Bibliothecam conveniat; quam EI, cujus ſit de Sacris Eccleſiarum ritibus dijudicare,

novos

novos ſtatuere, inſtitutos abrogare, obſoletos, ſi neceſſe ſit, revocare! Hanc vero ipſam Apoſtolicae Sedis, in qua TE Supremi Numinis Providentia, plaudente Chriſtiano populo, collocavit, auctoritatem in prima, quae univerſo operi praefigitur, diſſertatione ſtrenue adſertam videbis. Deinde quantum ad Catholicae confirmanda dogmata, quorum, ut cum Caſſiano loquar, *Magiſter es inter Magiſtros* (*), ex Ritualibus libris praeſidii ſit, altera docet diſſertatio. Tandem tria nondum vulgata Evangeliorum, ut vocant, *Capitularia*, quae quantivis pretii ſunt ad ea, quae de recolendis Natalibus Sanctorum diebus, Romaniſque celebrandis ſtationibus Orthodoxi ſentimus, ſacrae vetuſtatis exemplo ab Haereticorum calumniis vindicanda; duos item Paenitentiarios libros, quibus nihil eiſdem novatoribus invidioſius, ſed ſua ipſorum antiquitate ſatis commendatos, atque defenſos invenies, ut opus hoc non indignum, quod ſub auſpiciis SANCTITATIS TUAE prodeat, TIBI apparere poſſit.

(*) Lib. 3. de Incarnat.

Eſt haec, PATER BEATISSIME publica hujus munuſculi TIBI offerendi cauſſa. Mea vero privata, atque praecipua fuit, ut quum hanc Bibliothecam meis ſumptibus e Puccinelliano typographio exeuntem TIBI conſecrarem, debitum quoddam ſingularibus TUIS in me beneficiis monumentum pararem. Audax fortaſſe videar; TU tamen hanc audaciam meam TUA humanitate, quae tanta eſt, ut cum ſummae Dignitatis TUAE amplitudine certare videatur, ratam habeas, velim, meque, atque Auctorem operis TIBI, ac Romanae TUAE Sedi dicatiſſimum, qui una mecum SANCTITATIS TUAE Pedibus adfuſus enixe id petit, Apoſtolica Benedictione, ac gratia proſequi ne dedigneris.

PRAE-

PRAEFATIO.

INcredibile dictu eſt, quanta a duobus fere ſaeculis contentione docti viri, praeſertim inter Proteſtantes, optimarum quarumcumque facultatum Bibliothecas ad levandum ſtudioſorum laborem concinnarint. Quis enim eſt in re litteraria adeo rudis, ac peregrinus, ut * *Martini* LIPENII *Bibliothecas reales* IVRIDICAM, MEDICAM, PHILOSOPHICAM, & THEOLOGICAM, * *Chriſtiani Godofredi* HOFFMANNI *Bibliothecam* IVRIS PVBLICI, * *Chriſtiani Friderici Georgii* MEISTERI *Bibliothecam* IVRIS NATVRAE & GENTIVM, *P. Iacobi* LE LONG *Bibliothecam* SACRAM, * *Ioh. Friderici* MAYERI *Bibliothecam* THEOLOGICAM * *Ioh. Alberti* FABRICII *Bibliographiam* ANTIQUARIAM, aut *D. Anſelmi* BANDVRII *Bibliothecam* NVMMARIAM ignoret? Verum vel ideo minus ferendum eſt, nondum exſtitiſſe, qui Bibliothecam RITVALEM conficeret. Nam Rituum Sacrorum ſcientia cum ob argumenti majeſtatem (quid enim cultu divino, Sacramentis, ac Liturgia ſacra, cujus illa caeremonias proponit, explanat, illuſtrat, ſanctius, aut auguſtius excogitari poſſit?) tum ob infinitam quamdam eruditionis amplitudinem (nihil ſcilicet in hiſtoria eſt, nihil in veteribus monumentis, nihil

hil in Patrum ſcriptis, Conciliorum decretis, Pontificum *Romanorum* Conſtitutionibus, quod non ſolum illi impervium eſſe non debeat, ſed plane non cognitum perſpectumque) Chriſtiano homine in paucis digna eſt, ac ceteris ferme praeſtantior.

Ac Proteſtantes quidem mirum non eſt, ſanctiſſimam hanc facultatem minus excoluiſſe. Quum enim ſacras caeremonias omnes paene abrogarint, Templa in aulas quaſdam omni ornatu ſpoliatas converterint, Pſalmodiam raro, & ad unum praeſidum ſuorum arbitrium uſurpent, Sacramenta praeter baptiſmum, & Euchariſtiam non agnoſcant, ipſam vero Euchariſtiam nullo adparatu, nulla reverentia celebrent, quaenam illis praeclariſſimae hujus diſciplinae cura eſſe debeat? Vt autem eruditionis cujuſdam gratia ad eam animos adijcerent, quid tandem praeſtare poſſent, quum Liturgicis libris deſtituantur, quos veluti rariſſima quaedam monumenta in ſuis Bibliothecis pauci reconditos habent, nec ulla, quae ad harumce rerum vim, ac rationem omnem penitius internoſcendam plurimum valet, conſuetudine juventur. Quamobrem factum eſt, ut qui ex Proteſtantibus hoc in argumento paullulum verſari voluerunt, ut *Tubingenſis* Cancellarius PFAFFIVS, *Iohannes Andreas* SCHMID, & *Chriſtianus Godofredus* HOFFMAN, non modo jejune illud, exiliterque tractarint, ſed multis ſe ſe, iiſque graviſſimis erroribus implicuerint. Hoc enimvero a noſtris Catholicis viris exſpectandum erat, ut quemadmodum plurimi inter nos exſtiterunt, qui magna exquiſitaque eruditionis copia ad Sacros explicandos ritus ſe conferrent, ita in illorum, qui ad eamdem profitendam diſciplinam curas ſtudiaque adjungerent, commodum atque utilitatem libros, & auctores ad id conſulendos adcurate deſignarent.

Sed quoniam id operis hactenus deſideratum fuit, illud primus adgredior. Erit aliquando, qui (quod in hujuſmodi

rebus

Digitized by Google

rebus fieri neceſſe eſt) meam hanc Bibliothecam retractet, perpoliat, atque perficiat. Interea ut quid a me praeſtandum ſit, Lector intelligat, duos in libros Bibliothecam omnem Ritualem diſpertior. Aget primus de ipſis Ritualibus libris; ſecundus vero de illorum explanatoribus. De hoc alias. Nunc ad primum quod ſpectat, non *Latinorum* modo, ſed etiam *Graecorum*, & *Orientalium* ejuſmodi libros percenſebo, eoſque in quinque, ad quas demum omnes referri poſſunt, claſſes tributos; Liturgicos nempe, ſacrae Pſalmodiae inſervientes, Rituales κατ' ἐξοχὴν appellatos, Pontificales, & caeremoniales. Vt autem opus Lectoribus & gratius, & utilius ſit, nonnulla, quae hactenus non prodierunt, monumenta interſeram, immo & duas appendices addam, alteram trium veterum nondum editorum Capitularium, alteram duorum *Poenitentialium* librorum, qui typis quidem prodierunt, ſed nec obvii ſunt, & ad vetuſtum MS. Codicem caſtigabuntur. Duae quoque magni momenti diſſertationes univerſo operi praemittentur. Prima *Ius Liturgicum* expendet, illudque adverſus heterodoxos, alioſque Sedis *Romanae* oppugnatores uni Eccleſiae hierarchicae adſeret, cumprimis autem ſummo Pontifici. Alteram in *Theſauro Theologico Venetiis Nicolai* PEZZANAE typis vulgato jam ediderain, recognitam tamen & auctam heic iterare conſultum duxi; agit autem illa *de uſu librorum Liturgicorum in rebus Theologicis*. Dum primus hic tomus e praelo emergat, parabitur a me ſecundus, de quo plura ſuo loco praefandum erit. Ceterum quum heterodoxi Scriptores ſaepe ſint a me commemorandi, eorum nomina, ut lectores nonniſi facta ſibi a Sacris Eccleſiae Praeſidibus poteſtate, ad illorum lectionem adcedendum ſibi moneantur, aſteriſco praenotabuntur. Id tandem a Lectoribus peto, ut ſi quae in hoc libro animadverterint, ab antiquis ſanctiſſime, ac ſapientiſſime inſtituta ac frequentata in deſuetudinem

abiiſ-

abiiſſe, aureae illius ſententiae meminerint, quam *Hugo* a S. VI-CTORE (*lib. II. de Sacram. Fidei part. II. cap.* 12.) nobis tradidit his verbis: *Etiamſi aliis temporibus aliquando non ita fuiſſe, & nunc aliter eſſe, quam fuit, demonſtretur, non tamen cogitare debemus, quaſi levitate aliqua factum ſit, ut nunc aliter teneatur, & aliter inſtitutum ſit, quam fuit; ſed quod tunc oportebat, & ita ſalubre fuit, ut ſic teneretur, & ſic juberetur; nunc autem alia eſſe tempora, & aliud eſſe congruum, ſive neceſſarium ſaluti humanae.*



I N-

INDEX
CAPITVM, QUAE HEIC CONTINENTUR.

DISSERTATIO I.

De jure Liturgico . . . pag. i.

CAPVT I.

BOEHMERI, PFAFFII, MOSHEMII, *aliorumque Proteſtantium de jure Liturgico ſyſtemata refelluntur, illudque neque univerſo Fidelium coetui, neque Principibus adſeri poſſe oſtenditur.* ibid.

CAPVT II.

Apoſtoli a Chriſto jus omne liturgicum adceperunt, ac ſacris praeſcriptis ritibus exercuerunt. Iterum BOEHMERVS *refellitur, qui Apoſtolicis omnibus de ſacra Liturgia conſtitutionibus legis vim adimit.* pag. xiij.

CAPVT III.

Ab Apoſtolis in Epiſcopos jus Liturgicum manavit. Concilia tamen paullatim, vel Patriarchae ſibi illud vindicarunt. pag. xxv.

CAPVT IV.

Ius Liturgicum ſummo Pontifici in univerſam Eccleſiam primum adſeritur; deinde ex iis, quae in controverſia de Paſchate celebrando inter VICTOREM, *&* Aſiaticos *Epiſcopos ſecundo ſaeculo exorta utrinque geſta ſunt, ſummopere illuſtratus.* pag. xxix.

CAPVT V.

Romani *Pontifices jure ſuo uſi ſunt, quum Eccleſias ſaltem Occidentales ad* Romanae *Eccleſiae ritus adducere ſtuduerunt: ſaepe tamen ritus a* Romanis *diverſos in aliis Eccleſiis prudenti oeconomia aut tolerarunt, aut permiſerunt,* pag. xlij.

DISSERTATIO II.

De uſu librorum Liturgicorum in rebus Theologicis, antea edita, ſed nunc emendatior & auctior. pag. lv.

CAPVT I.

Argumenta exhibentur, quae nullam in re Theologica eſſe Liturgicis libris auctoritatem efficiunt. pag. lv.

CAPVT II.

Liturgicorum librorum auctoritas multis argumentis evincitur. pag. lviij.

CAPVT III.

Canones pro delectu Liturgicorum librorum, unde in rebus Theologicis peti poſſint argumenta. pag. lx.

CAPVT IV.

Canones ad argumenta e Liturgicorum librorum ſilentio rite ducenda proferuntur. pag. lxiv.

CAPVT V.

Canones aliqui ad germanum, verumque Liturgicorum librorum ſenſum adſequendum proponuntur. pag. lxix.

COROLLARIVM I.

Ex Liturgiis Catholicae Eccleſiae de Trinitatis myſterio doctrinam confirmare. pag. lxx.

COROLLARIVM II.

Verbi Divinitatem adverſus Arrianos, Socinianoſque *ex Liturgiis demonſtrare.* pag. lxv.

COROLLARIVM III.

Divinitatem Spiritus Sancti ex Liturgiis contra Macedonianos comprobare. pag. lxxj.

COROLLARIVM IV.

Chriſtum ex Liturgiis oſtendere verum Deum, verum hominem. ibid.

COROLLARIVM V.

Chriſtum verum, nec ſolummodo phantaſticum habuiſſe corpus, ex Liturgiis adſerere. pag. lxxij.

CO-

Digitized by Google

COROLLARIVM VI.

Deiparae MARIAE *Virginitatem ex Liturgiis tueri.* ibid.

COROLLARIVM VII.

Primatum S. PETRI *ex Liturgiis vindicare.* pag. lxxiij.

COROLLARIVM VIII.

Romani *Pontificis Primatum ex Liturgiis propugnare.* ibid.

COROLLARIVM IX.

Eccleſiam erroris expertem ex Liturgiis patefacere. pag. lxxiv.

COROLLARIVM X.

Presbyteros Epiſcopis dignitate inferiores ex Liturgiis evincere. ibid.

COROLLARIVM XI.

Gratiam ad ſalutaria opera, immo & ad bonam voluntatem contra Pelagianos, Semipelagianoſque ex Liturgiis neceſſariam conſtituere. ibid.

COROLLARIVM XII.

Originale peccatum ex Liturgiis probare. lxxv.

COROLLARIVM XIII.

Pro Confirmationis Sacramento Liturgiis adverſus Proteſtantes pugnare. ibid.

COROLLARIVM XIV.

Proteſtantes Incruenti Sacrificii hoſtes ex Liturgiis refellere. ibid.

COROLLARIVM XV.

Realem in Euchariſtia Corporis & Sanguinis Dominici praeſentiam in Liturgiis doceri. pag. lxxvj.

COROLLARIVM XVI.

Tranſubſtantiationis Euchariſticae hoſtes ex Liturgiis propulſare. ibid.

COROLLARIVM XVII.

Purgatorium e Liturgiis exprimere. pag. lxxvij.

COROLLARIVM XVIII.

Cultum, & Invocationem Sanctorum e Liturgiis petere. pag. lxxviij.

CAPVT VI.

Canones alii ad verum, genuinumque Liturgicorum librorum ſenſum exprimendum perquam opportuni. pag. lxxix.

CAPVT VII.

Satisfit argumentis primo capite propoſitis. pag. lxxxv.

LIBER I.

De libris ad Sacros utriuſque Eccleſiae Orientalis, & Occidentalis ritus pertinentibus. pag. 1.

CAPVT I.

De libris Eccleſiaſticis ad ſacros ritus pertinentibus quinam egerint. ibid.

CAPVT II.

Collectiones. pag. 2.

CAPVT III.

Libri Liturgici. pag. 8.

ARTICVLVS I.

Collectiones. ibid.

ARTICVLVS II.

Graecorum *Liturgici libri.* ibid.

§. I.

Liturgiae, quae apud varias Graecorum *Eccleſias obtinuerunt.* ibid.

§ II.

§. II.

Liturgicorum apud Graecos *librorum partes*. pag. 17.

ARTICVLVS III.

Libri Liturgici Orientalium. pag. 19.

ARTICVLVS IV.

Latinorum Liturgici libri. pag. 29.

§. I.

Antiquiores hujuſmodi libri. ibid.

§. II.

Ceteri Romanae *Eccleſiae libri Liturgici*. pag. 49.

ARTICVLVS V.

Libri Miſſales Eccleſiarum Occidentalium, quae Ritum Romanum ſervant. pag. 59.

ARTICVLVS VI.

Libri Liturgici Occidentalium Eccleſiarum, quae a Romanis *ritibus diſcrepant*. pag. 64.

ARTICVLVS VII.

Monachorum, aliorumque Regularium ordinum libri Liturgici. pag. 72.

ARTICVLVS VIII.

Seu APPENDICVLA *de contractioribus quibuſdam Miſſalibus, quae quaſdam tantummodo Miſſas continent*. pag. 75.

ARTICVLVS IV.

De Liturgiis haereticorum. pag. 76.

CAPVT IV.

Libri ad horas Canonicas recitandas adhibiti. pag. 79.

ARTICVLVS I.

Libri Graecorum. ibid.

ARTICVLVS II.

Libri Orientalium. pag. 93.

ARTICVLVS III.

De libris, qui in horarum Canonicarum perſolvendo penſo ante introducta Breviaria Eccleſiis Occidentalibus uſui fuerant. pag. 96.

ARTICVLVS IV.

Breviarium Romanum, *ejuſque vices a* S. GREGORIO VII. *ad noſtra tempora.* pag. 107.

ARTICVLVS V.

Breviaria, & ordines recitandi officii ad uſum reliquarum Occidentalium Eccleſiarum. pag. 121.

ARTICVLVS VI.

Breviaria, & Ordinaria Monaſtica. pag. 131.

ARTICVLVS VII.

Singularium aliquot officiorum Libelli. pag. 134.

CAPVT V.

Rituales libri. pag. 137.

ARTICVLVS I.

Rituales libri Graecorum. ibid.

ARTICVLVS II.

Rituales libri Orientalium. pag. 141.

ARTICVLVS III.

Rituale Romanum. pag. 144.

AR-

ARTICVLVS IV.

Rituales variarum Eccleſiarum libri, eorumque diverſa nomina. pag. 147.

ARTICVLVS V.

Ritualis partes ſeorſum aut MSS. aut editae. pag. 157.

CAPVT VI.

Libri Pontificales. pag. 161.

ARTICVLVS I.

Libri Pontificales Graecorum, *&* Orientalium. ibid.

ARTICVLVS II.

Libri Pontificales Romanae *Eccleſiae, aliarumque* Occidentalium *Eccleſiarum.* pag. 164.

CAPVT VII.

Libri Caeremoniales. pag. 169.

ARTICVLVS I.

Libri caeremoniales Sanctae Romanae *Eccleſiae.* ibid.

ARTICVLVS II.

Aliarum Eccleſiarum libri caeremoniales. pag. 178.

APPENDIX I.

In qua tria antiqua nondum edita Capitularia exhibentur. pag. 181.

MONITVM EDITORIS

In ſequentia Capitularia. pag. 183.

I.

Capitulare ex Codice ſaeculi XI. *Capituli* Lucenſis. pag. 190.

I I.

Digitized by Google

I I.

Capitulare ex MS. Codice Florentino *S. Crucis.* pag. 216.

I I I.

Capitulare ex MS. Codice principis Eccleſiae Mutinenſis. pag. 238.

APPENDIX ALTERA

In qua duo veteres Poenitentiales libri antea editi, ſed minus obvii non ſolum adnotationibus illuſtrati, verum etiam ad antiquum codicem caſtigati iterum proferuntur. pag. 247.

I.

HALITGARII *Epiſcopi* Cameracenſis *de vitiis, & virtutibus, & ordine Poenitentium libri* V. *ab* Henrico CANISIO *pridem vulgati, nunc autem cum vetuſto Codice collati, ac notis illuſtrati.* pag. 249.

I I.

RHABANI MAVRI *Liber Poenitentium.* pag. 310.



IMPRIMATUR,

Si videbitur Reverendiſſimo Patri Sacri Palatii Apoſtolici Magiſtro.

F. A. Marcucci Epiſc. Montalt. Viceſg.

ADPROBATIONES.

QUae in tanta Hiſtoriae litterariae luce deſiderabatur hactenus *Bibliotheca Ritualis*, prodit ea demum opera & ſtudio Franciſci Antonii Zachariae; qui poſt reliqua plura, hoc etiam ſacrarum Diſciplinarum cultoribus praeſidium diligentia plane incredibili comparavit. Neque vero ſolum utriuſque Orientalis, & Occidentalis Eccleſiae Rituales quoſque libros, atque illorum Explanatores ordine adcurateque pro inſtituti ratione auctor Cl. recenſet, & doctiſſimis paſſim animadverſioſionibus illuſtrat, ſed quaedam etiam tum inedita, tum rariora, quae ad rem Ritualem pertinent, opuſeula adtexit: Binis praeterea diſſertationibus & Jus liturgicum Romaui Pontificis in univerſam Eccleſiam egregie adſerit; & multiplicem liturgicorum librorum in Theologia uſum copioſe demonſtrat. Adcedit, nihil occurriſſe mihi omnia juſſu Rev. P. S. P. A. Magiſtri ſedulo legenti, quod Religioni, boniſque moribus adverſetur. Quod igitur utile, atque frugiferum opus futurum certo confido, illud equidem typis excuſum juris publici faciendum cenſeo.

Romae Idibus Quinctilis 1776.

Joſeph Antonii Reggi Biblioth. de Comitibus Praefectus, & in Collegii Rom. Athenaeo S.Script. P. P.

Rei

REi Liturgicae feliciter augendae, & ad Heterodoxorum; praecipuè vero Novatorum errores, retundendos, ac profligandos plurimum valere vetuſta circa Sacram Liturgiam, opuſcula, nullus profectò erit, qui in dubium revocare poſſit. Deſideratiſſimus uſquè adhuc fuit ſtudioſis Eccleſiaſticae antiquitatis hominibus theſaurus liturgicus, opus ſiquidem inſigne, à quamplurimis doctis viris pluries promiſſum, cui tamen perficiendo, nemo hactenus manus admovit, dolentibus maximè, litteratis viris, quod quamplurima Chriſtianarum antiquitatum praeclariſſima monumenta, vel penitus ignota, vel quaſi deperdita inter tenebras obvoluta deliteſcerent. Occurrit tandem tam gravi Eccleſiaſticae rei damno doctiſſimus auctor, & inter quamplurimos ingenii ſui partus, omnigena eruditione refertos jam praelo donatos, opus hoc publicae utilitati, praecipuè vero eorum, qui ſacra percurrunt ſtudia, typis committens, plurimum commodi affert ad Catholicam fidem enutriendam, Chriſtianam pietatem confovendam, & ad Novatorum errores redarguendos, illuſtria, ac ineluctabilia exhibens argumenta, quibus Catholicae fidei Dogmata, & univerſalis Eccleſiae conſenſus circa illorum veritatem invictiſſimè comprobantur.

Cum itaque Rm̃i P. Thomae Mariae Ricchini S.P. Apoſtolici Magiſtri juſſu, abſolutiſſimum hoc opus, cui titulus *Bibliotheca Ritualis concinnatum opus a Franciſco Antonio Zaccaria, ac duos in tomos tributum*, ea qua potui diligentia, ac ſtudio perlegerim, nihil in eo animadverti, quod aut Orthodoxae Fidei, Religionis veritati, morum Sanctitati, aut Eccleſiaſticae diſciplinae adverſetur; Quinimmo omnigenam Clariſſimi auctoris eruditionem miratus, bono, ac publicae utilitati conſultum iri profecto cenſeo, ſi publica luce donetur opus hoc, non certè minori commendatione excipiendum, quam cetera alia, quae à doctiſſimo auctore comuni ſtudioſorum commodo typis jam donata fuere.

Dabam die 28. Menſis Julii anni 1776.

Joſeph Dini Sanctiſſimi Domini Noſtri Papæ à Cubiculo Honoris, Sacræ Congregationis Cæremonialis Secretarius, ac Sanctæ Apoſtolicæ Sedis Sacrarum Cæremoniarum Magiſter.

IMPRIMATUR.

Fr. Thomas Auguſtinus Ricchinius Ordinis Prædicatorum Sacri Pal. Apoſt. Magiſter.

DIS-

DISSERTATIO I.

De Jure Liturgico.

CAPUT I.

BOEHMERI, PFAFFII, MOSHEMII, aliorumque Proteſtantium de Jure Liturgico ſyſtemata refelluntur; illudque neque univerſo Fidelium coetui, neque Principibus adſeri poſſe oſtenditur.

Quid jus Liturgicum.

I. ANequam quid de Jure Liturgico Catholici ſentiamus, proponatur a nobis, ea, quae noſtrorum temporum Proteſtantes de illo tradunt, explicare, ac refellere operae pretium erit. *Juris* porro *Liturgici* nomine *jus* intelligimus *ad rationem, qua cultus publicus ſit Deo Sanctiſque praeſtandus, conſtituendam*; quo ſpectat ſacros ritus praeſcribere, abolere antiquos, novos introducere, Libros liturgicos emendare, modum cultui publico ponere, idque genus alia decernere.

Proteſtantium; conſors de illo univerſae primum Eccleſiae, deinde Principibus aſſerendo ſententia.

II. Jamvero quum communis recentiorum Proteſtantium error ſit, Eccleſiam aequalem Societatem eſſe, a qua omne abſit imperium, ſeu quoddam Collegium, Jus quoque Liturgicum ad univerſum fidelium coetum ex ipſa Collegii natura atque indole initio pertinuiſſe conſentiunt, quod deinde ad Principes veluti appendix *Juris in ſacra* tranſierit. Verum ſi ab eis quaeras, ad quae Principum jura hujuſmodi jus ſpectet, ad eane, quae *majeſtatica* vocant, an ad illa, quae *Collegialia* appellant,

per ſe nimirum coetui propria, ſed ab eo poſtmodum in Principes *cum jure in ſacra* tranſcripta, magna inter illos diſſenſio eſt (1). Nam BOEHMERUS *ad Majeſtatica* Jus Liturgicum refert, quemadmodum THOMASIUS; ab hoc tamen ipſo in re gravis ſane momenti diſſentit. THOMASIUS enim (deciſ. cxiii. n. 8.) ita *Majeſtaticis* Principum juribus illud tribuit, ut ſocium in eo Principum, & conſortem populum quodammodo velit. *Sed*, inquit, *exercitium hujus curae ac poteſtatis ſoli Magiſtratui competere inficias imus non ad guſtum quorumdam Principum, qui membra Eccleſiae reliqua ab hac plane excluſa volunt, reformationem pariter cultus divini, & caeremoniarum ſibi ſolis arrogantes, vigore nimirum jurium epiſcopalium, & territorialium, a quibus ſubditi & ſtatus Provinciales merito arceantur*. Contra BOEHMERUS (*diſſ. de Jur. liturg. §. 21.*) illud Principibus adſerit, omni prorſus excluſo plebis conſortio, aut adſenſu. Utrumque MOSHEMIUS refellit in Germanico opere, quod ZALLWEINIUS (*Princip. Jur. Eccleſ. T. II. p. 98.*) appellat. Duo ille jura diſtinguit, alterum jus *Liturgicum* vocat, alterum jus *circa Liturgiam*. Illud ad jura *Collegialia* redigit (quod propterea ſine plebis conſenſu exercere Princeps non poſſit); hoc Principi adjudicat, Juribuſque *Majeſtaticis* adſcribit. Cultum decernere; en *jus Liturgicum*, quod ad Eccleſiam pertinet; cavere, ne publicae quieti, & ſaluti hic cultus officiat; en jus *circa Liturgiam*, quod Principi ut Imperanti MOSHEMIUS tribuit. Neque vero ſi hoc Principi adſerueris, & illud a te concedendum erit. Rem exemplo apud laudatum ZALLWEIN (*p. 111.*) MOSHEMIUS illuſtrat.

„ Sic ex. gr. ſunt Principi ſua jura in familias, & res domeſticas,
„ ac oeconomicas familiarum, quatenus invigilare debet, ne oecono-
„ mia ſubditorum vergat in praejudicium Reipublicae. Nemo tamen
„ exinde inferet, Principi jus eſſe dirigendi, ordinandi, regendique
„ oeconomiam ſeparatam ſuorum ſubditorum, ex. gr. praeſcribendi,
„ quos & quot habere famulos conductitios, quibus veſci cibis, qua-
„ lemque ordinem diurnum obſervare liceat. „

Cui fere PFAFFIUS adſentitur.

III. MOSHEMIO PFAFFIUS fere conſentit in *Jure Eccleſiaſtico* (*Cap. VII. de Liturgiis, confeſſionibus, precibus &c.*) Nam ille quoque Jus liturgicum partem eſſe ſtatuit *Juris Sacrorum*, quod propterea ad ſummum Principem pertineat; *nec tamen*, inquit, *eſt Jus ſacrorum abſolutum. Jam enim*

(1) „ Nequis autem, *inquit* „ P. ZALLWEIN *Princip. Jur. Eccleſ.* „ *T. II. pag. 96.* exiſtimet, poſt tranſ- „ lationem *Juris in Sacra* in Prin- „ cipes nihil intereſſe, utrum *jus li-* „ *turgicum* ad Jura *Majeſtatica*, vel *Col-* „ *legialia* referatur, celeberrimus MO- „ SHEMIUS hujus rei notabiliſſimum „ oſtendit effectum ex Meditationibus „ *de orig. & indole, effectibus atque hi-* „ *ſtoria Juris reformandi* ZECHII Franc- „ cof. MDCCXXVIII. editis, in qui- „ bus pag. 58. ſic legitur: *At inquis*, „ *cui bono haec tam ſollicite conqui-* „ *runtur? Reſpondeo: ſi nulla alia eſſet* „ *ratio, haec unica ſufficeret, quod* „ *Princeps abſolutus in juribus Majeſta-* „ *tis ſtricte ſic dictis exercendis omnia* „ *jure agat ex ſuo arbitrio, nequid-* „ *quam ſollicitus de ſubditorum opinio-* „ *nibus, modo divinis legibus ea haud* „ *contraria judicet: quod ſi vero jura exer-* „ *ceat non Majeſtatica, tantum abeſt, ut* „ *jure agat, ſi ſuum unice ſequatur ar-* „ *bitrium, ut ſtatim imperium in ſa-* „ *cram tyrannidem degeneret, niſi ratio ha-* „ *beatur ſubditorum perſuaſionum &c.*

Digitized by Google

enim hoc ſi foret, Princeps qua talis poſſet ſubditis ſuis religionem imponere & injungere, quamcumque vellet : id quod, uti quivis videt, manifeſtam in conſcientias tyrannidem, manifeſtam Caeſaro-papiam involveret. Caute itaque procedendum, dicendumque eſt, eſſe hoc jus collegiale. Nimirum *quum Imperantes inſpectionem in omnes Eccleſias habeant, & praecavere debeant, ne imperium ſacrum in his collegiis exſtruatur, ſuo jure agunt, ſi jus determinandi res Liturgicas ſibi vendicant, quando ex circumſtantiis adparet Eccleſias ſua libertate abuti. Ex quibus verbis id concluſeris, tum demum Magiſtratui licere, jura liturgica ut exerceat, ſi Eccleſiae illa male adminiſtrent.* Haec ipſa tamen ſub finem certa quadam moderatione adſtringit. Ait enim: *Quamvis autem* hoc ita ſe *habeat, patet tamen ex ipſa negotii hujus indole, Principem jur liturgicum non ex mero arbitrio ſuo adminiſtrare debere: id enim tyrannidem eccleſiaſticam involveret; ſed ita, ut Religio, quam in Eccleſia, in qua liturgia determinatur, profitetur, exigit & poſtulat. Reſtrictum itaque eſt jus Liturgicum cum eo ipſo quod collegiale eſt, licet ex ſuperioritate Territoriali ſimul fluat.*

IV. Verum vel ex ipſo, cui tota haec Proteſtantium moles nititur, fundamento corruat, neceſſe eſt. Sumunt enim ii (quod falſum omnino eſt, & cum Chriſti inſtitutis aperte pugnat) Eccleſiam ſtatum non eſſe, ſed quoddam aequalis omnino ſocietatis Collegium. Hoc autem quum a noſtris Theologis confutatum abunde ſit (2), ſi oppoſitum adſumimus, videmur id noſtro jure quodammodo vindicare. Haec tamen ſi placet mittamus. Mitto etiam, quae MOSHEMIVS adverſus BOEHMERVM urget, ut etiam ad Collegii ſtatum depreſſa Eccleſia, ejus decreta convellat (3). Rem aliter adgredior. Ac primum oſtendamus, jus liturgicum, Refellitur utrumque Proteſtantium ſyſtema. Oſtenditur ergo jus liturgicum toti

(2) Confer *Antifebronium diſſ.* I. *cap.* I. eumdemque *vindicatum diſſ.* II. *cap. item primo*.

(3) MOSHEMII argumenta ZALLWEINIVS reddit his verbis l. c. p. 109. „ In eo totus quantus eſt
„ MOSHEMIVS, ut demonſtret, quod
„ doctrina BOEHMERI jura omnia
„ confundat, Eccleſiae ſua jura origi-
„ naliter ex jure naturae ſaltem hy-
„ pothetico competentia ſubvertat,
„ ipſos fideles in turpiſſimam ſervitu-
„ tem redigat, deſpotiſmum inducat,
„ & Chriſtianos Dominis territoriali-
„ bus deſpotice ſubjectos faciat: quum
„ enim ex doctrina *Boehmeriana* Ec-
„ cleſia ſit collegium hominum in or-
„ dine ad cultum divinum rite & de-
„ center peragendum congregatorum,
„ & in eadem doctrina participantium,
„ ſane haec Societas ſacra ad inſtar
„ aliorum collegiorum habet ſua ju-
„ ra, habet ſuas libertates, tum ex
„ jure naturae, tum ex primaeva in-
„ ſtitutione, aut pactis libere initis
„ ſibi proprias, in quarum exercitio
„ haud ſecus quam ſubditi in parti-
„ culari, ſi ſuis libertatibus & juri-
„ bus innocue, ſine praejudicio, ſine
„ nocumento Reipublicae utantur,
„ impediri non poteſt, niſi omnia
„ jura ſubvertere, fidem pactorum ex-
„ terminare, deſpotiſmum inducere,
„ ferream ſervitutem hominibus im-
„ ponere, & quidquid in omni So-
„ cietate ſacrum & ſanctum eſt, tol-
„ lere velimus. Nam ad naturam
„ collegiorum ſi reſpiciamus, haec
„ ſunt certae ſocietates, in quibus
„ ſocii certum ſibi finem praefigunt,
„ & ad hunc finem facilius conſequen-
„ dum ſub certis conditionibus & pa-
„ ctis ſe Reipublicae ſubmittunt, il-
„ liuſque adſiſtentiam, tutelam, &
„ defenſionem ſibi ſtipulantur, ea ta-
„ men lege, ut ipſi determinare &
„ feli-

Digitized by Google

toti Fidelium coetui per ſummum errorem edibus.

gicum univerſo fidelium coetui perperam vindicari. Qua in re illud ſtatim animadverto, nullam exſtitiſſe gentem, quae ſibi hoc jus adrogarit, totumque ad Sacerdotes ſpectare non intellexerit. Quod vero longe graviſſimum eſt, quidquid ad ſacros ritus in veteri lege pertinebat, Deus ipſe non univerſo Hebraeo populo, ſed Sacerdotibus tantummodo tributum voluit. Hinc enim ſatis aperte colligitur, multo minus jus novae legis Liturgicum omnibus ejuſmodi juribus tanto praeſtantius, quanto perfectior cultus eſt, quem Chriſtus inſtituit, ad univerſam Eccleſiam, ne plebe quidem excepta, ſpectare poſſe. Quis enim ſibi perſuadeat, Chriſtum ſacri cultus a ſe praeſtituti rationem plebis indoctae ut plurimum, ac ſuapte natura mutabilis nutui judicioque obnoxiam voluiſſe? quum ceteras gentes omnes quaſi a natura edoctas in hoc conſpiraſſe videat, ut cultum, quemcumque demum ipſae profiterentur, a Sacerdotibus ſibi conſtituendum agnoverint, Deumque ipſum ſciat ſuae gentis ritus ſolis Sacerdotibus interpretandos, dijudicandos, definiendoſque reliquiſſe? Equidem ſcio quid BOEHMERVS reſponſurus ſit, in lege ſcilicet nova jus Sacerdotale omnibus omnino Chriſtianis proprium eſſe, nihilque diſcriminis ex divina Chriſti inſtitutione Clerum inter & Laicos intercedere. Verum hæc tam abſurda ſunt, ut non Catholicis modo (4), ſed ipſis paullo aequioribus Proteſtantibus

---

,, ſeligere poſſint media ad ſuum fi-
,, nem opportuniora, quin Princeps
,, ipſis invitis alia obtrudere valeat:
,, niſi ſalus Reipublicae exigat, & in-
,, de nocumentum in Rempublicam
,, redundet. Porro autem quum finis
,, Societatis ſacrae ſit cultus divinus,
,, & ſalus Eccleſiae, neceſſario con-
,, ſequitur, quod ad Eccleſiam ipſam
,, *jus liturgicum* ſeu jus determinandi
,, ritus liturgicos tamquam jus colle-
,, giale pertineat: eo quod hi praeci-
,, puam partem cultus externi cum
,, interno connexi conſtituant. Quam
,, parum Princeps aliquid poteſt in
,, conſcientias hominum in Materia
,, Religionis, tam parum aliquid po-
,, teſt in rebus Liturgicis. Et num-
,, quid ipſe BOEHMERVS jus litur-
,, gicum primordialiter adſerit eſſe
,, penes Eccleſiam? Idcirco in omnia
,, jura naturalia, & divina impingit
,, Princeps, & vel deſpotiſmum, vel
,, tyrannidem exercet, ſi Chriſtianis
,, ſua media ad colendum Deum or-
,, dinata ſine evidenti Reipublicae ne-
,, ceſſitate ſubtrahat, commutet, jus
,, Liturgicum ſibi privative vindicet,
,, & pro libitu leges novas condat,
,, media alia ſine ullo conſenſu prae-
,, ſcribat, & ſubſtituat. Quid ergo
,, eſt, quaerit MOSHEMIVS, illa *Ma-*
,, *jeſtas*, illud *jus Majeſtaticum*? Anne
,, jus quoddam homines redigendi in
,, ſervitutem, & inducendi deſpotiſ-
,, mum? Edicat aliquis, undenam
,, Principi jus prohibendi, ne, dum
,, peragantur divina, duo adcendantur
,, luminaria, aut interdicendi alia
,, adiaphora ad ſtatum politicum nihil
,, facienda?

(4) In his primum nominandus *Dionyſius* PETAVIVS, qui quum GROTIVS in diſſertatione quadam *de adminiſtratione coenae, ubi Paſtores non ſunt*, ac poſtea SALMASIUS ſub nomine WALLONIS MESSALINI in tractatu de *Epiſcopis* ipſum hoc haereticum dogma ex quodam TERTVLLIANI loco perperam intellectu adſtruere conati eſſent, utrumque ſtrenue coercuit, GROTIVM quidem egregio libello *de poteſtate conſecrandi, & ſacrificandi Sacerdotibus a Deo conceſſa, atque communione uſurpanda*; SALMASIVM vero tum in *diſſertationibus Eccleſiaſticis*.

Digitized by Google

bus (5) improbentur. Actum agerem ſi BOEHMERIANVM hocce commentum mihi confutandum ſuſciperem. Vel hoc ipſum, quod dixi, ſatis BOEHMERVM redarguit. Nam fierine potuit, ut quum apud omnes gentes ſolis Sacerdotibus fas fuerit ſacra facere, Deus quoque in ſolos Levitas jus *Hebraearum* Sacerdotale detulerit, excellentiſſimum tamen atque ſanctiſſimum Sacrificii Chriſtiani jus Laicis ipſis Chriſtus commune eſſe ſanxerit? Sed quid MOSHEMIVS ceterique, qui a BOEHMERO divino jure ullum eſſe inter Clericos, & Laicos diſcrimen negante diſcedunt (6), ita differenti mihi reponent?

V. *Obſecrationum* quoque *Sacerdotalium*, ut cum COELESTINO I. loquar in epiſt. XXI. ad Epiſcopos Galliarum, *Sacramenta reſpiciamus, quae ab Apoſtolis tradita in toto mundo, atque in omni Eccleſia Catholica uniformiter celebrantur*: VT LEGEM CREDENDI LEX STATVAT SVPPLICANDI. Ecquis non videat, univerſum fidelium coetum Juris Liturgici participem eſſe non poſſe, quin dirimendarum quoque de fidei decretis, quae ſuboriantur, quaeſtionum, ac proponendorum etiam, quae credenda a nobis ſint, dogmatum jus habeat? Idque eo magis perſpicuum fiet, ſi illud recoluerimus, quod veterum ſcriptis conſignatum habemus, libros Liturgicos ab haereticis non ſemel corruptos fuiſſe ac foediſſimis erroribus contaminatos. Quis enim de pravis hiſce dogmatibus ſententiam ferat, niſi cui poteſtas ſit de chriſtianae veritatis capitibus judicandi? Verum Fideine divinae Magiſterium traditum a Chriſto fuerit Plebi, quam, ut ait S. AVGVSTINVS in epiſtola *contr. Fundam. cap. IV. non intelligendi vivacitas, ſed credendi ſimplicitas tutiſſimam facit*? Quid vero ſi hinc Fidem ſtabilem & immutabilem ex vero in falſum eſſe debere perpendimus, illinc plebis inconſtantiam conſideramus, quae (utar AMBROSII verbis *Lib. V. Hexaem. cap. 31.*) *non merita virtutis expendit, nec publicae utilitatis emolumenta rimatur, ſed mobilitatis nutat incerto*? Si (quod ajebat S. HIERONYMVS *Comm. in Matth. cap. XXII.*) *ſemper turba mobilis eſt, nec in propoſita voluntate conſiſtit, atque in morem fluctuum diverſorumque ventorum huc illucque transfertur*, quid exſpectandum, ubi penes illam definiendorum dogmatum jus ac poteſtas foret, niſi ut non pro locorum tantummodo, aut temporum diverſitate, ſed etiam pro populi levitate & inconſtantia, quae heri, aut nudius tertius veluti fidei decreta amplectenda proponebantur, reijci hodie ut falſae, impiaeque opiniones deberent?

VI. Niſi

---

cis, tum in libris *de Hierarchia*. Adde quae de diſcrimine Clericorum & Laicorum ſingulari diſſertatione commentatus eſt *Petrus* de MARCA; quae de TERTVLLIANI loco diſputarunt ALBASPINAEVS in libro *de l' ancienne police de l' Egliſe ſur l' adminiſtration de l' Egliſe*, & Joh. HARDVINVS (*oper. ſelect. pag. 297. ſeqq.*); quae denique in BOEHMERVM adnotarunt *Trivultiani* in Ephemerid. a. MDCCXII. (*pag. 1800.*)

(5) Ut Joh. CLOPPENBVRGIVS *de Sacramentor. Chriſt. Relig. inſtitutione ant. & nova*, & *Henricus* DODWELLVS *de jure Laicorum Sacerdotali* Londini MDCLXXXV. 8. *Stephanus Andreas* MIZLERVS in diſſ. *de Clericis & Laicis Wittebergae* MDCXCVII.

(6) MOSHEMIVM ſupra omiſeram, qui tamen in diſſ. *de diſtinctione inter Clericos, & Laicos* hac in re nobiſcum ſentit.

Digitized by Google

VI. Niſi ad eripiendam plebi jus Liturgicum ſatis haec ſint, illud praeterea animadverti velim, hujuſmodi jus in cultu publico deſignando, & Sacramentorum adminiſtratione rite inſtituenda poſitum eſſe. Nam nemo non intelligit, eam eſſe harum rerum indolem, ut ad Paſtores, ac Doctores omnino pertineat. Neque in hos a Plebe coetuque univerſo translatum id juris fingere poſſumus, niſi ab ipſa plebe, ac fidelibus omnibus Paſtorum, & Doctorum origines, & jura adcerſamus. Id autem qui dicere auſus fuerit, nonne cum PAVLLO aperte pugnarit ad *Epheſ. IV.* ſcribente: IPSE (Chriſtus) DEDIT *quoſdam Apoſtolos, quoſdam Prophetas, alios vero Evangeliſtas*, ALIOS AVTEM PASTORES, & DOCTORES, *donec occurramus omnes in menſuram aetatis plenitudinis Chriſti*? Sed de coetu hactenus. Ad Principes diſſertatio progrediatur.

Uti & ſummis Principibus neque ex juribus Collegialibus.

VII. Enimvero ſi de juribus *Collegialibus*, quae una PFAFFIVS, & MOSHEMIVS admittunt, agatur, quum ad Fidelium coetum jus Liturgicum minime pertinuiſſe oſtenſum fuerit, non potuit certe id juris, quod nullum ipſi fuit, a coetu ad Principes dimanare. At quoniam BOEHMERVS jura *majeſtatica* appellat, cum eo aliter diſputandum.

Neque ex Majeſtaticis.

Nihil magis compertum, exploratumque eſt, quam contra *Romanorum* Imperatorum leges, quibus *Judaea* ipſa, quum in provinciam Populi *Romani* redacta eſſet, obnoxia erat, Apoſtolos eorumque diſcipulos ſacros conventus, ubi res Liturgica peragebatur, celebraſſe. Quamobrem TERTVLLIANVS *in lib. de jejuniis* cap. III. nullum in Chriſtianis crimen agnovit, *niſi forte in ſenatus conſulta, & in Principum mandata* COITIONIBVS *oppoſita delinquerent*. Neque hoc ſolum. Teſtatur idem TERTVLLIANVS, in Chriſtianos ſaevitum eſſe a Provinciarum Praeſidibus, quod conventus agerent: *Scitis*, inquit ille (*Lib. 1. ad Nation. cap. VII.*), *ſcitis & dies* CONVENTVVM NOSTRORVM. *Itaque & obſidemur, & opprimimur, & in ipſis arcanis congregationibus detinemur*. Neque tamen ab hujuſmodi conventibus ſibi ceſſandum Chriſtiani exiſtimarunt. Anne vero Apoſtoli, eorumque Auditores, qui a Chriſto edocti erant, *quae Caeſaris ſunt, Caeſari* reddenda eſſe!, haec auſi fuiſſent, ſi jus liturgicum, ad quos ſacros conventus, dieſque illorum deſignare cum primis ſpectat, ad Imperatorum jura *majeſtatica* pertinere agnoviſſent? Quis porro nobis ſuccenſeat, qui quod Apoſtolis, triumque primorum ſaeculorum Fidelibus ſanctiſſimis ignotum fuit, ab illiſque non ſine extremo vitae ipſius diſcrimine rejectum, admittere abnuimus?

VIII. At, inquit BOEHMERVS (*diſſ. XII. Jur. Eccleſ. ant. ad Plin. Secund. & Tertull. pag. 541.*) *Chriſtianorum corpora* (coetus ſcilicet) *Legibus Reipublicae ex accidente ſoluta erant*, nempe ut paullo poſt addit (p. 542.) *a Republica vel ideo non dependebant, quod ab ea eſſent derelicta, deſtituta ſcilicet adprobatione civili*. Verum haec a BOEHMERO conficta ſunt, ut aliqua demum ratione hujus argumenti vim declinaret. Fruſtra tamen. Chriſtus diſerte ait: *Reddite ergo quae ſunt Caeſaris, Caeſari, & quae ſunt Dei, Deo*. Nullum ergo Principum jus *Majeſtaticum* umquam laedi a ſuis Diſcipulis voluit, ſive ii ipſis futuri eſſent praeſidio, ſive in illos crudeliſſime acturi; exemploque ſuo quae docuerat, confirmavit, qui ſe non veniſſe faſſus eſt *ſolvere legem, ſed adimplere*.

Digitized by Google

plere. Vel ergo Apoſtoli, eorumque diſcipuli tam diſertum Magiſtri mandatum violarunt, dum ſacros conventus inſtituebant, in iiſque Deum ex noſtris moribus colebant; vel jus Liturgicum non ad Caeſaris, ſed ad unius Dei jura referendum eſſe cenſuerunt. Quaero inſuper a BOEHMERO, qui primae illius aetatis Chriſtiani *Legibus Reipublicae vel ex accidente ſoluti* dici poſſint, quum Apoſtolos nihil illis crebrius inculcaſſe norimus, quam ut Principibus *etiam diſcolis* veluti Dei miniſtris nec *fruſtra gladium portantibus* obtemperarent? Deum immortalem! quidquamne magis ludicrum, atque adeo Apoſtolis indignius excogitari poſſet, quam ut quos omni Reipublicae praeſidio deſtitutos, ſibique tantum, & *intrinſeco cuidam regimini* (quod ait BOEHMERVS) a Deo Regnorum omnium arbitro ac Domino relictos noverant, eos tamen ad obediendum Principibus, *qui Eccleſias Chriſtianorum* (iterum BOEHMERIANIS verbis utar) *eorumque ſacra non tantum diriſſimis vexabant perſequutionibus, publiciſque edictis exterminare nitebantur, ſed ex odio gentili etiam prorſus derelinquebant*, non hortarentur modo, ſed praeceptis impellerent? Atqui (quod utique gravius eſt) Apoſtoli, quam fidelibus tantopere commendarant, obedientiam vel ſola Evangelii praedicatione violaſſent ipſi apertiſſime (7), immo violari juſſiſſent, quum ad ſacros adeundos conventus paſſim Chriſtianos exemplo, & verbis invitarent. Haec profecto nulla alia ratione componi inter ſe poſſunt, niſi dicamus, jus Liturgicum quemadmodum & jus promulgandae Legis Chriſtianae inter jura quae *Dei* ſunt, non *Caeſaris*, fuiſſe ab Apoſtolis adnumeratum; obedientiam porro ab illis poſtulatam quum ſola *Caeſaris* jura ſpectare poſſet, nihil cum iis, quae juris eſſent divini, habuiſſe commune.

IX. Sed quoniam BOEHMERVS *exercitium hujus juris eminentioris, quod imperantibus jure ſupremi Imperii* tribuit, *ſub infidelibus Principibus* QVIEVISSE ait; quid ſub Chriſtianis Imperatoribus actum ſit, diſpiciamus. Primum vero ſe ſe nobis offert celeberrima illa OSII *Cordubenſis* Epiſcopi ad CONSTANTIVM Imperatorem epiſtola. „ Deſine quaeſo, „ & memento te mortalem hominem eſſe. Time judicii diem, teque „ ad diem illum cuſtodi innoxium. Ne te miſce rebus Eccleſiaſticis, „ neu de his nobis praecipe; ſed a nobis eas tu potius diſcito. Tibi „ re-

(7) Pulcre S. Hilarius (Lib. contr. AVXENTIUM p. 3.) „ Quibuſnam ſuffragiis ad praedicandum „ Evangelium Apoſtoli uſi ſunt? quibus adjuti poteſtatibus Chriſtum „ praedicaverunt, genteſque fere omnes ex idolis ad Deum tranſtulerunt? Anne aliquam ſibi adſumebant e palatio dignitatem.... edictiſque Regis PAVLLVS... Chriſto Eccleſiam congregabat? NERONE ſe, credo, aut VESPASIANO, aut DECIO patrocinantibus tuebatur? Quorum in nos „ odiis confeſſio divinae praedicationis effloruit. Illi manu, atque opere ſe alentes, intra coenacula, ſecretaque coeuntes, vicos, & caſtella, genteſque fere omnes terra, ac „ mari, *contra Senatus conſulta*, & *Regum edicta* peragrantes, claves, „ credo, regni coelorum non habebant? Aut non manifeſta ſe tum „ Dei virtus contra odia humana „ porrexit; quum tanto magis Chriſtus praedicaretur, quanto magis „ praedicari inhiberetur? „

„ regnum commiſit Deus , nobis credidit quae ſunt Eccleſiae: & quemadmodum ſubripiens tuum principatum Deo ordinanti contradicit; „ ſic metue, ne & tu quae ſunt Eccleſiae ad te pertrahens, magni criminis reus fias . *Reddite* , ſcriptum eſt , *quae ſunt Caeſaris* , *Caeſari* , „ *& quae ſunt Dei Deo*. Nec ergo nobis in terra principatum exercere licet ; nec tu adolendi obtines poteſtatem . „ Quæ major *adolendi* poteſtas fingi poteſt , quam ſacrorum rituum conſtituendorum , totiuſque cultus publici ſtabiliendi , aut reformandi facultas ? OSIVS tamen *adolendi* poteſtatem Principibus negat ad ſummum Imperatorem perſeribens . In eamdem ſententiam S. AMBROSIVS de VALENTINIANO II. haec ad ſororem ſcripſit (*ep xx.*). *Adlegatur* , *Imperatori licere omnia* , *ipſius eſſe univerſa* . *Reſpondeo* , *noli te gravare Imperator* , *ut putes* , *te in ea* , *quae divina ſunt* , *imperiale aliquod jus habere* . *Noli te extollere* , *ſed ſi vis diutius imperare* , *eſto Deo ſubditus* . *Scriptum eſt* , *quae Dei* , *Deo* , *quae Caeſaris* , *Caeſari* . *Ad Imperatorem palatia pertinent* , *ad Sacerdotem Eccleſiae* . *Publicorum tibi moenium jus commiſſum eſt* , *non ſacrorum* . Putaſne BOEHMERE eum , qui ita ſentiret , jus Liturgicum Imperatori conceſſurum fuiſſe? Epiſcopos fuiſſe OSIVM , & AMBROSIVM , qui ſua jura ambitioſius extollerent , fortaſſis BOEHMERVS reponeret . At ſanctiſſimi Epiſcopi fuerunt , qui alienum , & Imperatorium maxime jus invadere nefas ſibi duxiſſent . Epiſcopi fuerunt , qui quum Imperatores ſibi inſenſos haberent , cavere cumprimis debebant , nequid non plane certum exploratumque ſibi e calamo excideret , quo illorum in ſe iras gravius concitarent . Epiſcopi fuerunt , qui illos ipſos Imperatores ab aulicis , & nefariis quoque Epiſcopis ad Auguſtalem vel ipſius chriſtianae rei detrimento amplificandam dignitatem paratiſſimis miſerrime circumſeptos videbant , ut ſtultiſſimi habendi forent , niſi decretis , aut potius axiomatibus indubiae apud ipſos adverſarios veritatis uſi fuiſſent . Haec tamen illi Imperatoribus exiguo annorum intervallo ab Ethnicorum Principum dominatu diſſitis ſcribebant , ut Jus illud BOEHMERIANUM non ſolum *per ea infidelium Principum tempora* quieviſſe , ſed nullum plane , nec umquam ſub Imperatoribus vere Chriſtianis excitandum fuiſſe intelligeremus . Neque tamen ſoli Epiſcopi ita ſenſere . Notiſſima ſunt illa THEODOSII *Junioris* in epiſtola ad CYRILLVM . *Religionem jam inde a primis uſque temporibus* , *non imperantis cujuſpiam* , *aut certe imperium uſurpantis interminationes vel proterviae* , *ſed Sanctorum Patrum* , *Sacrarumque Synodorum decreta nobis conſtituerunt* . Pervulgata quoque ſunt ea , quae BASILIVS Imperator coram octavae generalis Synodi Patribus graviter diſſeruit . „ De vobis autem (*ita ille*) tam „ qui in dignitatibus , quam qui abſolute converſamini quid amplius „ dicam , non habeo , quam quia nullo modo vobis licet de Eccleſiaſticis cauſſis ſermonem habere . . . Haec eadem inveſtigare & quaerere Patriarcharum , Pontificum , Sacerdotum eſt , qui regiminis „ officium ſortiti , qui ſacrificandi , qui ſolvendi & ligandi poteſtatem „ habent , qui Eccleſiaſticas & coeleſtes adepti ſunt claves ; non noſtrum , qui paſci debemus , qui ſanctificari , qui ligari , qui a ligamento ſolvi egemus . „ Quam dolendum , magnos iſtos Imperatores jura ſua *Majeſtatica* inſtitutore BOEHMERO non didiciſſe !

X. Quid

Digitized by Google

Proponuntur BOEHMERI argumenta.

X. Quid tamen illud eſt, quo neque ab Epiſcopis agnitum, neque
ab antiquioribus Chriſtianis Principibus ſibi vindicatum jus BOEHME-
RVS ſummis Imperantibus confirmat? „ Provocat ille, *inquit* ZAL-
„ LWEIN (*l. c. p.* 107.) ad conventus Apoſtolorum, in quibus omnia
„ communi agebantur conſilio; ad coetus fidelium, in quibus Senio-
„ res, & Presbyteri dirigebant negotia Eccleſiae; ad ipſum Presbyte-
„ rium Seniorum, qui plebem repraeſentabant, adeoque non nomine
„ proprio & independenter, ſed miniſteriali & repraeſentativo diſpone-
„ bant rem liturgicam eum in finem, ut omnia cum debito ordine
„ decenter, & cum decoro peragerentur, uſque dum Epiſcopi criſtas
„ erexerunt, Presbyterorum auctoritatem ſuppreſſerunt, ſeque ipſos
„ veluti Plenipotentiarios effecerunt. „ Praeterea „ nulla profecto eſt,
„ quae tot periculis, tumultibus & ſeditionibus patet, ac ſocietas ſacra.
„ Ipſae hodiernae Eccleſiae ſtatus corruptiſſimus, ait BOEHMERVS,
„ innumera diſſidia, lites, & diſcordiae circa adiaphora & liturgica,
„ quae numquam non turbarunt rem eccleſiaſticam; ambitio clerico-
„ rum, qui in rebus liturgicis pro ſuo genio & ingenio omnia ordi-
„ nant, & in his ipſis ſuæ ſuperbiae & luxui litant, atque auctoritas
„ apud plebem, quam facile in ſuas partes trahere poſſunt; ementita
„ quaedam ſanctitas, qua fideles ad neſcio quae ſuperſtitioſa adliciunt.
„ Ipſa ſuperſtitio, quae ſe rebus ſanctiſſimis frequenter immiſcere ſo-
„ let, & homines ad cultum externum prorſus exorbitantem, vanum,
„ inanem & ridiculum ſuaviſſima quadam vi pertrahit, hæc, inquam,
„ & plura alia, ſi in unum cumulum congerantur, quam non ſunt
„ apta ad concitandam plebem, ad excitandos tumultus, ad turban-
„ dam Rempublicam, & eo ipſo ſuppeditant argumenta irrefragabilia
„ ad inferendam abſolutiſſimam neceſſitatem, ut jus liturgicum tranſ-
„ feratur in Principes, quorum eſt providere neceſſitatibus publicis,
„ pericula imminentia avertere, tumultus præcavere, res adiaphoras
„ in ſalutem Reipublicae dirigere abſque eo, quod ſubditorum conſen-
„ ſus requiratur „ Hæc præcipua ſunt BOEHMERI argumenta. MO-
SHEMIVS recte animadvertit, nihil hinc pro juribus *Majeſtaticis* effi-
ci. Nam qui *Collegii* jure Jus liturgicum definiunt, ipſi quoque exem-
plis illis Apoſtolicorum conventuum utuntur, ut idem MOSHEMIUS
in Comment. de reb. Chriſtianor. ante Conſtant. p. 125. & pag. 575. Quod
vero ſpectat ad incommoda, ac diſſidia, quae ex ſacro cultu in Rem-
publicam proficiſci interdum poſſent, ac Principum interpoſitam exi-
gunt auctoritatem, „ utique, exclamat apud ZALLWEIN (p. 112.)
„ MOSHEMIVS, id ipſum fatentur COLLEGIALISTAE, qui Prin-
„ cipi numquam denegarunt jus decidendi controverſias occaſione Li-
„ turgiae Rempublicam turbantes. Interim hac ratione nondum de-
„ monſtratum eſt, quod Principi competat *jus Liturgicum*, quod eſt
„ proprium Eccleſiae. In quam rem aliud aptiſſimum adfert exemplum
„ MOSHEMIUS: ex: gr. habet Princeps jus dirimendi lites inter con-
„ juges; anne inde inferre licet: ergo ad ipſum pertinent omnia jura
„ matrimonialium ſuorum ſubditorum? Peſſima ſane conſequentia! „

Quibus etſi MOSHEMIVS ex ſuo ſyſtemate non male reſpondit.

XI. Revera tamen ne MOSHEMIO quidem, ac ceteris, qui Jus
Liturgicum ad jura Collegii redigunt, quidquam ex his argumentis

Non tamen verius ex Catholicorum decretis ſatisfacimus.

praeſidii accedit. Nam ad primum quod adtinet, eorum meminiſſe MOSHEMIVM oportuit, quae ipſe in iiſdem commentariis (*p.* 170.) de Apoſtolis in Hieroſolymitanum Concilium coactis ſcripſerat „. Apoſtoli quidem & presbyteri populum in concionem vocabant, quum de „ quaeſtione, quae *Antiochenos* diſtrahebat, ſtatuere vellent: ſed hoc illi „ non neceſſitati dabant, verum unice prudentiae: potuiſſent enim, ſi „ voluiſſent, pro facultate, quam a Deo acceperant, abſente ac inconſulta multitudine, quae dubia videbantur *Antiochenis*, diſſolvere: cujus facultatis luculentum ſpecimen edunt, quum plebem in partes „ euntem compriment, & quemadmodum ſentiendum ſit, edicunt. „ Idipſum ceteris, quae vel ex Apoſtolis, vel ex CYPRIANO, aliiſque Patribus adferri ſolent, reponi non injuria poteſt, nimirum Plebi (praeſertim vero in ſacris electionibus) aliquid datum prudentis cujuſdam oeconomiae, & decoris cauſſa, non vero neceſſitatis, & juris, quod populus haberet. Ceterum Apoſtoli, ut optime a *Johanne Gaſpare* BARTHEL (*opuſc.* II. *de jure reformandi antiquo pag.* 166.) obſervatum video, „ innumera egere ſine plebe & plebis mandato; non vocata eſt „ plebs *Epheſi*, *Galatiae*, *&* *Antiochiae* ad Concilium, ſed illi nunciata ſunt decreta, ut iis obediret Act. xv. PAVLLVS *tranſiens* Syriam, „ *&* Ciliciam, *praecipiebat, ut cuſtodirent praecepta Apoſtolorum & Seniorum*; per *Seniores* autem intelligendi ſunt vel ii, quos Apoſtoli Epiſcopos ordinaverant, vel ii; quos regendis novis chriſtianis præfecerant, quales erant SILAS & BARSABAS, qui dicuntur *viri primarii in fratribus Act. xv.* 22. Elegit idem PAVLLVS TITVM & TIMOTHEVM, miſitque eos ſine plebe, huic communicando poteſtatem (*ad Tit.* II. 15.) *Ut argueret cum omni imperio, ut ea, quae deeſſent, corrigeret, & per civitates presbyteros conſtitueret* (*ad Tit.* I. 5.) „ Alteri vero commiſit (I. *ad Tim.* 5.): *Praecipe, ut irreprehenſibiles ſint* ... *adverſus Presbyterum accuſationem noli recipere, niſi ſub duobus, aut tribus teſtibus*. Miſerunt Apoſtoli ſine plebe PETRVM & JOHANNEM, & ſegregaverunt PAVLLVM & BARNABAM in opus „ miniſterii. Jam vero MATHIAS (*pergo cum eodem* BARTHEL *pag.* 170. *exempla adglomerare*) non prius in Apoſtolum ab iis, qui aderant eligi coepit, quam divus PETRVS Apoſtolus ejus rei auctor „ exſtitiſſet; ac tunc etiam non tam ab eis electus, quam una cum BARSABA nominatus eſt, Deo interim per ſortem oſtendente, „ quem *ex duobus elegiſſet* Act. vI. Praeterea Apoſtoli itidem permiſerunt multitudini diſcipulorum, ut *conſiderarent*, non quos ipſi, ſed „ quos *Apoſtoli conſtituerint ad miniſtrandum*. Conſideratio plebi permittitur, conſtitutio vero Apoſtolis reſervatur: illa proponit vota & deſideria, quae, ſi juſta ſunt, Apoſtoli merito implent, injuſta vero, „ quum opus eſt, repellunt: ut ut vero *Act. xiv.* adfirmetur presbyteros chriſtianorum ſuffragio electos eſſe, is locus aliter intelligi non poteſt, quam quod PAVLLVS & BARNABAS fidelibus populis presbyteros conſtituerint eos, qui teſtimonium honeſtae vitae ab eiſdem populis accepiſſent: quum enimvero Apoſtoli non manerent in „ aliqua certa civitate, ſed omnia loca peragrarent, mirandum non eſt, ſi eorum vitam ignorarent, quibuſcum educati non eſſent; oportuit

„ tuit ergo non quoſvis, verum eos, qui judicati fuiſſent a civibus ſuis
„ idonei, ad publicum miniſterium cooptari. Ac ſane recta ratio do-
„ cet, ut ſi hodie ob aliquam Eccleſiae neceſſitatem cogeretur Epiſ-
„ copus creare presbyterum & diaconum, de cujus moribus & inſti-
„ tutis aliunde doctus non eſſet, omnino plebis, quae tunc adeſſet, te-
„ ſtimonium depoſceret, ne minus idoneum ordinando, & nimium
„ cito manus eidem imponendo, tam ſuo nomini conciliaret notam in-
„ famiae, & alienis peccatis communicaret, quam Eccleſiae, cui con-
„ ſulere debebat, injuriam inferret. At vero quod electio ſic penderet
„ a plebe, tanquam PAVLLVS aliquem aliunde ſibi notum ſine ple-
„ bis ſuffragio, aut plane ſine ejuſdem mandato & delegatione creare
„ non poſſet, hoc prorſus a veritate abhorret. „ Idem a Patribus fa-
ctum. Unus ſufficiat S. CYPRIANVS. *Hoc*, inquit ille ep. XIII., *&
verecundiae & diſciplinae & vitae ipſi omnium noſtrum convenit, ut Prae-
poſiti cum clero convenientes, praeſente etiam ſtantium plebe, quibus & ipſis
pro fide & timore ſuo honor habendus eſt, diſponere omnia conſilii communis
religione poſſimus*. Viden? Praeſentem adeſſe ſacris de Religione tracta-
tionibus populum *conveniebat*, neque id pro ejus jure, ſed quod & illi
pro fide & timore ſuo honor habendus eſſet. Sed de ordinationibus Cleri-
corum exploratior res eſt. Epiſtolam CYPRIANVS de AVRELIO,
quem Lectorem fecerat, *ad clerum & populum* exaratam his verbis exor-
ditur: CYPRIANVS *presbyteris & diaconis & plebi univerſae ſalutem!
In ordinationibus Clericorum, fratres cariſſimi, ſolemus vos ante conſulere &
mores & merita ſingulorum communi conſilio ponderare*. At quid ſi de Or-
dinandorum moribus conſtitiſſet? quemadmodum ſi Confeſſores initian-
di fuiſſent, quos ipſe Deus per ſuppeditatam ipſis ad ferenda pro Re-
ligione tormenta virtutem ſacro dignos munere quodammodo pronun-
ciaſſet? Nec cleri conſenſus, nec populi conſilium expectandum erat.
Sed exſpectanda, inquit eadem in epiſtola CYPRIANVS, *non ſunt te-
ſtimonia humana, quum praecedunt divina ſuffragia*. Haud aliter ep. XXXIV.
de CELERINO Lectore loquitur: *Ego & collegae mei, qui praeſentes ade-
rant, referimus ad vos*, CELERINVM *fratrem noſtrum virtutibus pari-
ter & moribus glorioſum clero noſtro non humana ſuffragatione, ſed divina
dignitate conjunctum*. Igitur plebis non tam conſenſus, quam *teſtimonium*
in ejuſmodi ordinationibus expetebatur, ne quis minus dignus ad ſacra
munia eligeretur. Vbi autem de initiandorum integritate atque hone-
ſtate dubitandi locus non erat, Epiſcopi illos inconſulto populo delige-
bant. Haeccine *jus* Plebis ad Eccleſiaſtica communi conſilio, atque au-
ctoritate pertractanda negocia, ipſaſque ſanctiſſimas caeremonias, &
Religiones publicas in Deum ſanctoſque conſtituendas demonſtrent?

XII. Alterum vero quod objiciebatur, quam plenum eſt odii, ac
vaeſani cujuſdam in Eccleſiam, in Antiſtites, in clerum univerſum fu-
roris! Ea quae BOEHMERVS congerit, ut ZALLWEINIVS ſcite
adnotavit (*p.* 109.) „ imprimis falſa ſunt, & probari debent: aut ſi
„ vera ſunt, quid probant? nempe omne etiam imperium politicum,
„ omnemque religionem eſſe exterminandam; jamque de alia ſuprema
„ poteſtate eſſe cogitandum, quae ſupremos imperantes coerceat, & in
„ ſuo officio contineat: ſiquidem occaſione imperii politici, & religio-

„ nis fiunt tumultus publici, diſſidia, ſeditiones in populo. Et quis „ res eccleſiaſticas adeo turbavit, niſi Imperantes, utpote qui ſe rebus „ ſanctiſſimis immiſcuerunt, Epiſcopos ſuis juribus privarunt, & omnia „ ſacra ſusque deque verterunt? Quam efferus, quam crudelis hic eſt „ Auctor in omnem pietatem chriſtianam! Quidquid non eſt ad ipſius „ palatum, ſuperſtitioſum eſt, impium eſt. Contingit Eccleſiae praeſu„ libus & Catholicis, quod Chriſto contigiſſe legimus, cujus opera „ etiam ſanctiſſima *Judaei* ſugillarunt: *quare cum Publicanis manducat* „ *Magiſter veſter? Matth. IX.* 10.) „

Quid in re Liturgica Princeps poſſit.

XIII. At nihilne Principis in re Liturgica poſſit auctoritas? Certe apud BALUZIUM T. 1. Capitul. exſtat CAROLI M. conſtitutio *de emendatione librorum & officiorum Eccleſiaſticorum*. Duo hac in re diſtingui velim, ipſos ſcilicet Liturgicos ritus, Libros, Miniſtros, & ſi qua id genus ſunt alia; & aliqua, quae ita ad cultum publicum pertinent, ut ἀδιάφορα ſint. Ad ritus illos quod pertinet, unum habet Princeps quod in reliquos Eccleſiae Canones, externamque diſciplinam univerſam ſacris ſanctionibus conſtitutam, & uſu receptam, jus tuitionis, curandaeque exequutionis. Neque vero CAROLUS M. hujuſce juris fines praetergreſſus videatur. Nam quae egregius hic Imperator ſive illa, quam indicavi, conſtitutione praecepit, ſive ad *Romanam* Liturgiam *Gallicanae* ſubſtituendam egit, non ſolum de conſilio Epiſcoporum conſtituit, ſed ut HADRIANI I. deſiderio ſatisfaceret. Ad cetera, quae ἀδιάφορα diximus quod ſpectat, MOSHEMII aequitatem ZALLWEINIUS laudat, immo „ plura, inquit (p. 115.) in hoc illius diſcurſu ſunt, quae „ noſtris Doctoribus Catholicis uſui eſſe poſſunt, illis praeprimis, qui „ Principibus ſaecularibus ſunt a conſiliis, eos in regimine ſuo adju„ vant, ſuis humeris molem Reipublicae ſuſtentant, unaque jura *maje*„ *ſtatica* ultra omnes limites extendunt. An non quotidiana experien„ tia docemur, quod hodiernis temporibus ſe ſe Principes ſaeculares „ Catholici rebus diſciplinaribus quibuſcumque, praeſertim Liturgicis „ immiſceant, ut non modo jus *circa Liturgiam*, ſed ipſum *jus Litur*„ *gicum* exercere videri poſſint, non tunc ſolummodo, quando de prae„ judicio & intereſſe publico vero, ſed etiam de hilo quaſi agitur? Sic „ e. g. in quibuſdam locis inhibent Principes ornatum Eccleſiarum, in„ terdicunt ſolemnes proceſſiones, determinant numerum cereorum, „ quos coram Numine Euchariſtico accendere liceat. Nempe quidquid „ ad ornatum eccleſiarum, ad decorem domus Dei, ad majeſtatem „ templorum, & cultus divini pertinet, id omne ſuperfluum eſt, exceſ„ ſus eſt, ſuperſtitio eſt, Reipublicae nocivum eſt: Econtra quidquid in „ luxum veſtium, conviviorum expenditur, id omne aequum & juſtum „ eſt: Ita nempe *ratio decoris* exigit. Videntur mihi multorum Catho„ licorum principia ſolo nominis ſono differre a principiis Proteſtanti„ corum: Id nempe quod Proteſtantes appellant *jus in ſacra*, noſtri „ Doctores vocare conſueverunt *jur regium*, *dominium altum*, *placitum re*„ *gium*. Ceterum facile largimur, quod in rebus diſciplinaribus & Li„ turgicis fiant, & fieri poſſint exceſſus: verum enimvero hos corri„ gere & emendare potius ad Epiſcopos, quam Principes ſaeculares per„ tinet. Et demus nonnunquam graviores fieri ſumptus in ornatum ec-

„ cleſia-

„ eleſiarum, in decorem cultus publici, num Principi liceat reſtringe-
„ re uſum bonorum eccleſiaſticorum, quae per pias fidelium elargitio-
„ nes ex maſſa communi bonorum extracta, & divino cultui fuerunt
„ deſtinata „? Haec doctus, & pius Scriptor BENEDICTINUS. Illud enimvero probandum maxime, quod in iis ipſis, quae in cultu ſacro ἀδιάφορα videri poſſunt, corrigendis, abolendiſve Epiſcoporum auctoritatem requirat. Profecto S. GREGORIUS NAZIANZENUS (*orat.* XVII.) Principes monuit, ut ubi de publica tranquillitate ageretur, multum Epiſcopis deferrent. Quanto ergo magis eos decet non ab alio, quam a ſacrorum Antiſtitum pendere conſilio, dum de rebus agitur ad ipſum Dei, Sanctorumque cultum pertinentibus, quae licet aut pacato aut opulentiori Reipublicae ſtatui obeſſe videantur, fortaſſe tamen re vera non obſunt; obeſſe contra plurimum Religionibus publicis, & divino honori poſſent, ſi publicae quietis obtentu abrogarentur. Neque Principibus dubitandum, quin Eccleſiae Antiſtites, ſiquid in ſacrum cultum irrepſerit, unde Reſpublica detrimentum capere poſſit, de emendatione ſollicili ſint futuri. Immo vero non exſpectabunt ipſi, ut ea ſuper re in conſultationem vocentur, ſed ad illud quodcumque eſt amoliendum curas omnes primi convertent; tum ſi irritos ſuos eſſe conatus perſpexerint, Principis auxilium implorabunt. Ita ad abolendas in ſacris aedibus agapas factum. Quum illaè a primaeva caritate, dignaque chriſtianis moribus laetitia degeneraſſent, ac vitiis publico bono quam maxime noxiis contaminarentur, eas Epiſcopi pluribus in Conciliis vetuerunt; at quum fruſtra eſſet ad eas auferendas omnis Epiſcoporum labor, *Africani* Patres (*Conc. Afric. cap. XXVII.*) ab Imperatoribus poſtulandum eſſe decreverunt, ut illarum conſuetudinem poenis ab Eccleſia prohiberent. Ceterum quidquid ad amovenda Reipublicae incommoda, quae ex cultu ſacro ſuboriri aliqua demum ratione poſſent, Principes conſultis etiam Epiſcopis egerint, cum MOSHEMIO *jus circa Liturgiam* vocari nolim. Id ſcilicet nominis jus aliquod ſin *ſacrorum*, ſaltem *circa ſacra* Principibus eſſe ſignificaret, quod tamen & nullum habent, & facile ad *jus ipſum ſacrorum* transferri poſſet. Jus igitur dicito *tuendae Reipublicae*, quod ne cum jure *tuendae Eccleſiae* pugnet, Chriſtianis piiſque Principibus maxime cavendum eſſe nemo non videt.

CAPUT II.

Apoſtoli a Chriſto jus Liturgicum adceperunt, ac ſacris praeſcriptis ritibus exercuerunt. Iterum BOEHMERUS refellitur, qui Apoſtolicis omnibus de ſacra Liturgìa conſtitutionibus Legis vim adimit.

I. CHriſtum Dominum pleniſſimam, omnimodamque quorumcumque rituum praeſcribendorum poteſtatem habuiſſe, Catholicus nemo inficias iverit. Eamdem ipſe cum Apoſtolis communicavit.

Chriſtus Apoſtolis iuris Liturgici conſtituendi poteſtatem tribuit.

cavit. Nam & ait ſe illos mittere, ſicut eum miſerat Pater: *ſicut miſit me Pater, & ego mitto vos* (Joh. xx. 21.) & *data eſt*, inquit (Matth. xxviii. 18. ſeqq.) *mihi omnis poteſtas in coelo, & in terra; euntes ergo* (cum hac ſcilicet, & in hac poteſtate) *docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris &c.* Quibus ſane verbis poteſtatem Apoſtolis fecit etiam ſanciendae Eccleſiaſticae diſciplinae, ſine qua ſcilicet nec Eccleſia diu incolumis conſiſtere, nec homines ad coeleſtem felicitatem, quae finis fuit Eccleſiae conſtituendae, tuto dirigi poſſent. Porro quis non intelligat, magnam hujus tam neceſſariae diſciplinae partem eſſe publicum Dei cultum, fidelis populi inſtitutionem, Sacramentorum adminiſtrationem? Oportuit ergo hac maxime poteſtate praeditos fuiſſe Apoſtolos, ut ea, quibus haec omnia rite, ſancte, more inſtitutoque perficerentur, pro auctoritate decernerent. Neque ſolum ea illos Chriſtus poteſtate inſtructos voluit, ſed multa quoque illis tradidit ad ſacros ritus pertinentia, quae diligenter accurateque ſervanda populi docerentur. Vere S. LEO M. cauſſam, cur Chriſtus a mortuis revocatus quadraginta ipſos dies cum Apoſtolis manſerit, aperit (*Serm.* LXXII. *Ball. edit. col.* 291.) his verbis: *Non enim ii dies, qui inter reſurrectionem Domini, Adſcenſionemque fluxerunt, ocioſo tranſiere decurſu; ſed magna in his confirmata Sacramenta, magna ſunt revelata myſteria*: quod uno fere verbo S. LUCAS expreſſit (*Act.* I.) Chriſtum inducens eo dierum ſpacio cum Apoſtolis *loquentem de Regno Dei*, ſpiritali ſcilicet, ſeu Eccleſia. Quum autem ad Dei honorem, ad Eccleſiae conſervationem, ad Fidelium ſalutem, ut diximus, Liturgica diſciplina plurimum conferat, atque adeo perneceſſaria ſit; an non certo nobis perſuadeamus, Chriſtum de hac quoque ſermonem cum Apoſtolis ſuis habuiſſe, ac praecipuas ſaltem ejus partes, quas ſcilicet e re Eccleſiae magis foret ſervari, illis deſignaſſe, populis deinde cum Evangelica fide tradendas?

Multa etiam de ritibus decernendis eos docuit.

Quae Apoſtoli nobis tradiderunt.

II. Multa enimvero de rebus ad ſacrum cultum, ac Sacramenta conferenda ſpectantibus Apoſtoli ſanxerunt, ea, inquam, quae ad nos ex Apoſtolica traditione derivaſſe antiquiſſimi Patres adfirmant. Aliqua TERTULLIANUS in Lib. de *corona militis* percenſet his verbis. „ Hanc „ (obſervationem) ſi nulla Scriptura determinavit, certe conſuetudo „ corroboravit, quae ſine dubio de traditione manavit. Quomodo enim „ uſurpari quid poteſt, ſi traditum prius non eſt? Etiam in traditionis „ obtentu exigenda eſt, inquis, auctoritas ſcripta. Ergo quaeramus, an „ & traditio niſi ſcripta non debeat recipi? Plane negabimus recipien„ dam, ſi nulla exempla praejudicent aliarum obſervationum, quas ſine „ ullius Scripturae inſtrumento, ſolius traditionis titulo, & exinde con„ ſuetudinis patrocinio vindicamus. Denique ut a baptiſmate ingrediar, „ aquam adituri, ibidem, ſed & aliquanto prius in Eccleſia ſub antiſti„ tis manu conteſtamur, nos renunciare diabolo, & pompae, & ange„ lis ejus. Dehinc ter mergitamur, amplius aliquid reſpondentes, quam „ Dominus in Evangelio determinavit; inde ſuſcepti, lactis & mellis „ concordiam praeguſtamus; exque ea die lavacro quotidiano per to„ tam hebdomadam abſtinemus. Euchariſtiae Sacramentum, & in tem„ pore victus, & omnibus mandatum a domino, etiam antelucanis coe„ tibus, nec de aliorum manu quam praeſidentium ſumimus. Oblatio-

„ nes

„ nes pro defunctis, pro natalitiis annua die facimus. Die Dominico
„ jejunium nefas ducimus, vel de geniculis adorare. Eadem immuni-
„ tate a die Paſchae in Pentecoſten uſque gaudemus. Calicis aut panis
„ etiam noſtri aliquid decuti in terram anxie patimur. Ad omnem pro-
„ greſſum atque promotum, ad omnem aditum & exitum, ad veſti-
„ tum, ad calciatum, ad lavacra, ad menſas, ad lumina, ad cubilia,
„ ad ſedilia, quacumque nos converſatio exercet, frontem crucis ſigna-
„ culo terimus. Harum & aliarum ejuſmodi diſciplinarum, ſi legem
„ expoſtules Scripturarum, nullam invenies: traditio tibi praetende-
„ tur auctrix, conſuetudo confirmatrix, & fides obſervatrix. „ Harum
traditionum aliquas etiam S. BASILIVS enumerat, aliaſque inſuper ad-
ijcit in libro de *Spiritu Sancto* (cap. XXVII.) „ Nam, inquit, ſi con-
„ ſuetudines, quae ſcripto proditae non ſunt, tamquam haud multum
„ habentes momenti conemur reijcere, imprudentes graviſſimum Evan-
„ gelio detrimentum inferemus, immo potius ipſam fidei praedicatio-
„ nem ad nudum nomen contrahemus. Quod genus eſt (ut ejus quod
„ primum eſt & vulgatiſſimum primo loco commemorem) ut ſigno
„ crucis eos, qui ſpem collocarunt in Chriſtum, ſignemus, quis ſcripto
„ docuit? Ut ad orientem verſi precemur, quae nos docuit Scriptura?
„ Invocationis verba, quum conficitur panis Euchariſtiae, & poculum
„ benedictionis, quis Sanctorum in ſcripto nobis reliquit? Nec enim his
„ contenti ſumus, quae commemorat Apoſtolus aut Evangelium, verum
„ alia quoque & ante & poſt dicimus, tanquam multum habentia mo-
„ menti ad myſterium, quae ex traditione citra ſcriptum adcepimus.
„ Conſecramus autem aquam baptiſmatis, & oleum unctionis, praete-
„ rea ipſum, qui baptiſmum adcipit, ex quibus ſcriptis? Nonne a ta-
„ cita ſecretaque traditione? Ipſam porro olei inunctionem, quis ſermo
„ ſcripto proditus docuit? Jam ter immergi hominem, unde ex Scri-
„ ptura hauſtum? Reliqua item quae fiunt in baptiſmo, veluti renun-
„ ciare Satanae, & Angelis ejus, ex qua Scriptura habemus? Nonne
„ ex minime publicata, & arcana hac traditione? „ Quibus ritibus, quos,
ut ipſe loquitur, *in primordiis Eccleſiae praeſcripſerunt Apoſtoli, & Patres*,
mox addit tum quod *in prima Sabbati quin & toto tempore uſque ad Pen-
tecoſten erecti perficimus deprecationes, tum ipſam fidei profeſſionem, qua cre-
dimus in Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum.*

III. Praeter invocationem Spiritus Sancti, quam a S. BASILIO in-
dicari vidimus, alia de ipſa Miſſa, quae *Liturgia* a *Graecis* ανεορομαςικως
appellari conſuevit, Apoſtoli ex Dominica traditione ſanxerunt. Hujuſ-
modi eſt 1. ritus vini aqua miſcendi, de quo CYPRIANVS in epiſtola
ad CAECILIVM, quam S. AVGVSTINVS laudat *lib.* IV. *de doctr.
Chriſt. cap.* 32. *Admonitos autem nos ſcias, ut in calice offerendo Dominica
traditio ſervetur*, Apoſtolico utique nobis praecepto propoſita. 2. Ora-
tionis Dominicae recitatio poſt Hoſtiae, Caliciſque conſecrationem.
De recitatione illuſtris locus eſt S. HIERONYMI *Lib.* I. *adv. Pelag.
cap.* 18. ubi de Chriſto ait: *ſic docuit Apoſtolos ſuos, ut quotidie in Corpo-
ris illius Sacrificio credentes audeant dicere: Pater noſter qui eſt in Coelis*.
Recitaſſe autem Apoſtolos poſt Dominici Corporis conſecrationem col-
ligo ex S. GREGORII M. *epiſt.* LXIV. lib. VII. ſi non ex MSS. Codi-
cibus,

Ac praeſertim circa Miſſam,

Uti eſt aquae mixtio;

Orationis Dominicae recitatio,

Poſt Dominici Corporis conſecra-

orationem, haud refragante GREGORIO M.

cibus, ſed ex ipſa ejus ſententia & ſine mendoſus, ut equidem exiſtimo, locus reſtituatur. *Orationem vero*, inquit S. Pontifex, *Dominicam idcirco mox poſt precem dicimus, quia mos Apoſtolorum fuit, ut ad ipſam ſolummodo orationem oblationis hoſtiam conſecrarent*. Haec ſane verba, niſi apta interpretatione emollirentur, GREGORIVM indicarent in ea fuiſſe haereſi, ut Apoſtolos crederet non Evangelicis verbis a Chriſto praeſcriptis, ſed ſola oratione Dominica ad conſecrandam hoſtiam uſos fuiſſe. Id equidem fere impium eſt, & a S. Pontificis mente perquam alienum: verba tamen quae reddidimus, id aperte innuunt. Quamobrem excuſandus mihi AMALARIVS videtur, qui *de Eccleſ. offic. Lib.* IV. *Cap.* 26. ex hoc GREGORII loco, qualem & ipſe in ſuis codicibus legit, deceptus ſolam Euchariſtico pani conſecrando orationem Dominicam ſufficere falſo putavit, quem tamen errorem re accuratius perpenſa poſtea in ſui operis retractatione emendavit, ut MABILLONIVS obſervat *Comm. in Ord. Rom. p.* LXXIII. RATHERIVS *Veronenſis* in l. *de contemptu Canonum par.* I. ſpectaſſe hunc GREGORII locum MARTENIO videtur; ſcribit enim: *illa* SPECIALISSIME *oratione conſecratur oblatio populo porrigenda, ubi Deo dicitur Pater noſter qui es in coelis*. Verum ſi RATHERIVS de recitata GREGORII ſententia cogitavit, laxiore quadam ſignificatione *conſecrandi* verbum accepit, & in alienum a GREGORIO ſenſum tranſtulit; GREGORIVS enim de oblatione generatim loquitur, non *de oblatione populo porrigenda*, illamque non *ſpeciali* quadam ratione, ſed ad orationem Dominicam ab Apoſtolis proprie vereque conſecratam ait. Eſt etiam in GREGORII verbis aliud, quod eruditos viros maxime torſit. Nempe ea clare ſignificant, quod falſum eſſe mox oſtendam, Apoſtolos nullas alias praeter Dominicam orationem ſive ante ſive poſt conſecrationem uſurpaſſe. Quamobrem Emin. BONA (*Rer. Liturg. Lib. II. cap.* 15. §. I.) illam *dictionem exceptivam* SOLVMMODO irrepſiſſe in textum GREGORII coniecit; quod tamen doctiſſimo *Nicolao* ANTONELLIO poſtea S. R. E. Cardinali non placuit in erudita *de Titulis* ab EVARISTO *diſtributis* diſſertatione (*p.* 172.) Tandem in quaeſtionem venit, quid iis verbis AD IPSAM *orationem Dominicam* GREGORIVS intellexerit. Eruditiſſimus BONAE illuſtrator SALA (*ad Lib.* I. *cap.* V. *pag.* 76.) idem ea praepoſitione AD, quod *poſt* deſignari animadvertit; *refertur enim*, inquit, *non ad prius, ſed ad poſterius*, quemadmodum CICERO I. Tuſc. quaeſt. *Ego doleam, ſi* AD *decem millia annorum gentem aliquam urbe noſtra potituram putem*: & ad Attic. *neſcio quid interſit, utrum nunc veniam, an* AD *decem annos*. Non abnuo. At vide, quid inde ſequatur, nempe orationem Dominicam ab Apoſtolis conſecrationi praemiſſam fuiſſe. Id enimvero eſt, quod cum GREGORII inſtituto maxime pugnat. Egregie fallitur, licet a SALA (*T. III. Rer. liturg. Bon. p.* 322.) plurimum laudatus *Franciſcus* de BERLENDIS, dum in opere cetera erudito *de oblationibus* (*p.* 285.) hunc ipſum GREGORII locum expendens ait: *dictus Pontifex ibi aliud non dicit, niſi quod Apoſtoli conſecrationi illam orationem adjungebant, quod & nos factitamus; & tantum illis verbis eos convenit, qui contenti Canonis recitatione eam omittebant, quam Apoſtoli in Sacrificii celebratione recitabant*. Aliud omnino fuit Sancti Pontificis inſtitutum,

Digitized by Google

tutum. Reprehenſus is fuerat a quibuſdam *Siculis* non quia *orationem Dominicam recitari, ſed quia illam mox poſt Canonem diei ſtatuiſſet*. Hoc epiſtolae initio GREGORIVS diſerte ait. Hunc ergo a ſe conſtitutum recitandae Dominicae orationis ordinem ut tueatur, morem Apoſtolorum appellat. *Orationem vero Dominicam* IDCIRCO MOX POST PRECEM *dicimus*; QVIA MOS APOSTOLORVM *fuit, ut ad ipſam ſolummodo orationem oblationis hoſtiam conſecrarent*. At quaenam iſta eſſet defenſio, morem Apoſtolorum eam ante conſecrationem recitantium in medium adferre? Nihil profecto magis eum GREGORII lege confligeret. Ait quidem SALA T. 1. p. 76. *Apoſtolos & ante, & poſt conſecrationem* laudatam orationem recitaſſe. Verum praeterquam quod qua id adſeritur facilitate, eadem negari poſſet, quum nulla geminae hujus recitationis ab Apoſtolis uſitatae monumenta ſuppetant, ad GREGORII cauſſam non facit, qui unius meminit, ejuſque ante conſecrationem factae ab Apoſtolis recitationis. Quid ergo? Equidem niſi vehementer fallor, in verbo *conſecrarent* mendum cubat, legendumque paucarum litterarum immutatione *conſummarent*. At MSS. Codices omnes, quos GVSSANVILLAEVS, & nuperrimi *Gregorianorum* operum Editores *Benedictini* conſuluerunt, immo etiam vetuſtiores, quibus AMALARIVS, BERNO *Augienſis*, aliique uſi ſunt, habent *conſecrarent*. Fateor. Atqui habent etiam adverbium *ſolummodo*, nec tamen BONA piaculo ſibi duxit illud refragantibus licet MSS. exemplis veluti adſcititium rejicere. Quid ergo vetat, a MSS. licet vetuſtiſſimis Codicibus recedere, quum praeſertim de paucis litteris agatur, quarum commutatione multo facilius fuit quam integro adverbio *ſolummodo* in textum illato antiquum aliquem codicem ceterorum fontem vitio amanuenſis corrumpi? Profecto tam levi duarum ſyllabarum mutatione facta omnes quas indicavimus, difficultates amovebuntur, atque expeditiſſima erit GREGORII ſententia, Apoſtolos ſcilicet poſt Dominicam recitatam orationem ſtatim nullis aliis interjectis precibus communicaſſe, in quo tota demum Sacrificii conſumatio poſita eſt. Ceterum ut ad Apoſtolorum ritus oratio revertatur, Cujus mendoſus locus reſtituitur.

Hinc ſequitur Panis confractio tradita nobis
A Domino.

quemadmodum pie concinit HILDEBERTVS *Cenomanenſis*, tradita, inquam, tum exemplo ſuo, tum Apoſtolorum, qui a Chriſto idem quod ipſe fecerat, in ejus commemorationem facere juſſi, eumdem quoque morem ſequuti ſunt, Eccleſiamque docuerunt, inſtituto & lege. Quare in actis ipſorum legimus (*cap.* 20.) quod die Dominico conveniebant cum fidelibus ad frangendum panem: Ipſique fideles (*ſupra cap* 2.) perſeveraſſe narrantur *in communicatione fractionis panis*. Non utique, inquit Card. BONA (*lib.* 1. *cap.* xv. §. 3.) panis communis, ſed Euchariſtici, de quo Apoſtolus (1. *ad Cor. cap.* 10.): *panis, quem frangimus, nonne participatio Corporis Domini eſt?* Hoſtiae fractio.

IV. Neque tamen his tantum Apoſtolorum Liturgia conſtabat. Quae PAVLLVS de Liturgicis conventibus, ipſaque Liturgia praeſcripſerit, videamus. Primo in ſacris illis coitionibus canebantur Pſalmi, populo reſpondente *Amen*; aderat qui aut quae ad fidem aut bonos mores pertinent, doceret, aut revelationem, & explicationem ſive loci alicujus obſcuri ſacrarum litterarum, ſive rei futurae, vel occultae promeret. Variae preces.

Quum convenitis, inquit ille (1. *Cor.* xiv. 26.) *unuſquiſque veſtrum Pſalmum habet, doctrinam habet, apocalypſim habet*. Supra autem dixerat: *qui ſupplet locum idiotae, quomodo dicet* AMEN &c.? Detecto capite viri, velato mulieres orabant (1. *Cor. XI.* 4. *ſeqq.*). Preces porro, quae in ſacrificio Miſſae fundebantur, idem Apoſtolus indicat (1. *Tim. II.* 1. *ſeq.*) ubi ait: *Obſecro igitur primum omnium fieri* OBSECRATIONES, ORATIONES, POSTVLATIONES, GRATIARVM ACTIONES *pro omnibus hominibus, pro regibus, & omnibus, qui in ſublimitate ſunt, ut quietam, & tranquillam vitam agamus in omni pietate, & caſtitate*. Haec certe ad Miſſae ſacrificium referri diſerte tradit S. AVGVSTINVS (*ep. LIX. ad* PAVLLINVM, *ſeu potius ad* VICTORINVM *quaeſt.* 5.) „ Eligo, inquit, in his verbis hoc intelligere, quod omnis,
„ vel pene omnis frequentat Eccleſia, ut *precationes* accipiamus di-
„ ctas, quas facimus in celebratione Sacramentorum, antequam il-
„ lud, quod eſt in Domini menſa, incipiat benedici: *orationes* quum
„ benedicitur, & ſanctificatur, & ad diſtribuendum comminuitur, quam
„ totam petitionem fere omnis Eccleſia Dominica oratione concludit.
„ *Interpellationes* autem, ſive ut noſtri codices habent, *poſtulationes* fiunt,
„ quum populus benedicitur. Tunc enim Antiſtites veluti advocati
„ ſuſceptos ſuos per manus impoſitionem miſericordioſiſſimae offerunt
„ pietati. Quibus peractis, & participato tanto Sacramento, *gratiarum*
„ *actio* cuncta concludit. „ AVGVSTINO conſentit S. PROSPER, ſeu quicumque antiquus auctor ſit celeberrimi operis de *vocatione gentium* (*lib.* 1. *cap.* 4.) his verbis: „ Praecepit itaque Apoſtolus, immo
„ per Apoſtolum Dominus, qui loquebatur in Apoſtolo, fieri *obſecra-*
„ *tiones & poſtulationes, gratiarum actiones pro omnibus hominibus, pro re-*
„ *gibus, ac pro iis, qui in ſublimitate ſunt*. Quam legem ſupplicationis
„ ita omnium ſacerdotum & omnium fidelium devotio concorditer te-
„ net, ut nulla pars mundi ſit, in qua hujuſmodi orationes non ce-
„ lebrentur a populis Chriſtianis. Supplicat ergo ubique Eccleſia Deo
„ non ſolum pro Sanctis & in Chriſto jam regeneratis, ſed etiam pro
„ omnibus infidelibus & inimicis Crucis Chriſti, pro omnibus idolo-
„ rum cultoribus, pro omnibus, qui Chriſtum in membris ipſius per-
„ ſequuntur, pro Judaeis, quorum caecitati lumen Evangelii non re-
„ fulget, pro haereticis & ſchiſmaticis. „ Nec dubitaverim, jam tunc confectis ſacris myſteriis, ſeu poſt recitatam orationem Dominicam ſalutaſſe ſe invicem Fideles *in oſculo ſancto*. Certe ORIGENES in ea PAVLLI verba: *Salutate vos invicem*, *ex hoc*, inquit, *ſermone mos Eccleſiis traditus eſt, ut poſt orationes, oſculo invicem ſe recipiant Fratres*. Veteres addunt formulas quaſdam benedicendi populo, cujuſmodi illa PAVLLI (*II. Cor. XIII.* 13.): *Gratia Domini noſtri Jeſu Chriſti & caritas Dei, & communicatio Sancti Spiritus cum omnibus vobis. Amen. Statis etiam diebus* (praecipuis ſcilicet, ſive feſtis, ut OECVMENIVS explicat) *menſas* (Chriſtiani) *faciebant communes & peracta ſynaxi* (quod CHRYSOSTOMVS ex PAVLLI prima ad *Corinthios* epiſtola *cap. XI.* colligit in eamdem epiſtolam *homilia XXVII.*) *poſt Sacramentorum communionem omnes commune inibant convivium, divitibus quidem cibos afferentibus, pauperibus autem & qui nihil habebant, etiam vocatis, & omni-*

bus

Digitized by Google

bus communiter veſcentibus. Denique non omittendum, quod (1. *Cor. XVI.*) idem PAVLLVS teſtificatur, factas fuiſſe in ſacris Fidelium coetibus *collectas per unam Sabbati*, ſeu die Dominico ad levandam Eccleſiarum egeſtatem poſtea ex Apoſtolorum auctoritate erogandas. Haec ſumma rituum eſt, quos ex PAVLLI epiſtolis BONA, GRANCOLASIVS, aliique Liturgicarum rerum peritiſſimi viri praeeuntibus Patribus collegerunt. Verum hinc exploratum plane eſt, quanto in errore verſentur, qui poſt WALFRIDVM STABONEM, BERNONEM *Augienſem*, RVPERTVM, & HONORIVM *Auguſtodunenſem* Apoſtolicam Miſſam conſecratione, Dominica oratione, & Sacerdotis, eorumque qui adeſſent communione definitam ſtatuunt, illa GREGORII M. quam reſtituere conati ſumus, mendoſa ſententia decepti (1).

V. Ut tamen ad ea, quae in Liturgia Apoſtolici juris ſunt, accedamus, regulam ponamus, quam ipſe *Hugo* GROTIVS in voto *pro pace Eccleſ.* (*pag.* 670.) de Miſſa ſtatuit. *Conſenſus*, inquit, *Liturgiarum per omnia loca, ac tempora in precibus illis, ut Deus dona per ſpiritum ſuum ſanctificet, eaque faciat Corpus, & Sanguinem Chriſti, me dubitare non ſinunt, venire hoc a prima Apoſtolorum inſtitutione*. Hinc enim ejuſdem vi argumenti ſequitur, quaecumque in Liturgiis per omnia loca ac tempora uſurpata ſunt, ea nos ex Apoſtolica inſtitutione accepiſſe. Ac bene eſt. *Erneſtus* GRABE heterodoxus & ipſe id candide fatetur in ſuis ad IRENAEI *lib.* 1. *cap.* 3. adnotationibus: ait enim, *illos, qui omnibus illis Liturgiis* (Apoſtolicis nempe, de quibus loquitur) *exprimuntur, quique jam olim ubique inter ſacra myſteria uſitati fuerunt, Ritus ex Apoſtolica traditione fluxiſſe; Eccleſias enim ab Apoſtolis inſtitutas formam aliquam, & ritum offerendi ſacrificium, cui tam arcta ſit, & praecipua cum Religione connexio, non accepiſſe, quis ſanus ſibi perſuadeat? Non quod tamen Liturgias omnes Apoſtolicas iis, quorum nomine inſigniuntur, adjudicare velim. Sufficiat Liturgiarum antiquiorum, ſi non Scriptores, ſaltem primos auctores fuiſſe Apoſtolos*. Age jam. „ Sunt quaedam, ut optime animad- „ vertit Emin. BONA (*lib.* 1. *Rer. Liturg. cap.* 6. §. 1.) in omnibus Li- „ turgiis, in quibus omnes Eccleſiae conveniunt, utpote ſine quibus ſa- „ crificii ratio nullo modo ſubſiſteret, cujuſmodi ſunt panis & vini „ praeparatio, oblatio, conſecratio, conſummatio, & ipſius Sacramen- „ ti communicare volentibus diſtributio. Aliae item praecipuae partes „ ſunt, quae licet ad Sacrificii integritatem non ſpectent; in omnibus „ tamen omnium gentium Liturgiis reperiuntur, Pſalmorum ſcilicet „ modulatio, lectio Sacrae Scripturae, Miniſtrorum adparatus, thuri- „ ficatio, Catechumenorum, & aliorum profanorum excluſio, fractio „ hoſtiae, precatio pacis, preces diverſae, Gratiarum actio, & ſi quae „ aliae ſunt ejuſdem generis. „ Haec ergo omnia ex GROTII & GRABII regula ad Apoſtolicam inſtitutionem jure referimus. Alia.

VI. Ad modum autem, & ritum, quo haec omnia peraguntur, & verba, quibus preces exprimuntur, ne ipſos quidem Apoſtolos eumdem conſtanter ſervaſſe crediderim. Invictum eſt, quo ad hoc comprobandum Cl. LESLAEVS utitur, argumentum (*Praef. in Miſſale mixt.* Non tamen ritus & caeremoniae, quibus haec peragebantur, multoque minus ipſa precum verba.

(1) Confer BENEDICTVM XIV. *de ſacrif. Miſſae lib. II. cap.* 19. *n.* 2. & 3.

p.XLIII.) „ Apoſtolus PETRVS in *Palaeſtina Antiochiae*, & in *Syria*, in „ *Ponto*, in *Galatia*, *Romae*, in *Italia*, & in aliis *Orientis*, & *occidentis* Provinciis Euchariſtiam non ſemel celebravit. Num eodem ubique ritu? Si annuis, quaero, num *Romano*, num *Hieroſolymitano*? Si „ *Romano*; cur in *Oriente* Liturgia *Romana* nullibi obtinuit? *Si Hieroſolymitano*; cur hic ritus *Romae*, & in *Occidente* admiſſus non fuit? „ Eſt igitur credibile, S. PETRVM, & alios Apoſtolos uni eidemque „ Liturgiae conſtanter non adhaeſiſſe. „ Praeterea nunc breviore, nunc longiore Apoſtolos forma, pro temporum ſcilicet locorumque circumſtantiis Liturgiam celebraſſe longe eſt veroſimillimum. De prolixiore ab Apoſtolis peracta Liturgia Card. BONA (*lib. I. cap. V.* §. 3.) CHRYSOSTOMI teſtimonium profert *hom.* in primam ad *Corinthios* epiſtolam *XXVIII.* ajentis: *quum ſacras illas coenas accipiebant Apoſtoli, quid tum faciebant? Nonne in preces convertebantur, & hymnos? Nonne in ſanctas vigilias? nonne in longam illam doctrinam, & multae philoſophiae plenam?* Siquid tamen video, nihil hoc ad eos, quos celebrabant Apoſtoli, Chriſtianorum conventus pertinet, mirorque cl. PINIVM, qui Apoſtolos ſacram Liturgiam breviter vel ſemper, vel plerumque ſaltem expediviſſe contendit in egregio *de Liturg. ant. Hiſp. Tractatu cap.* 1. §. *V. n.* 45. ut objectam ab Emin. BONA CHRYSOSTOMI ſententiam eluderet, nihil aliud effugii inveniſſe, quam *quod forte ſanctus ille Pater modo oratorio plus dixerit, minus volens intelligi*. Nam CHRYSOSTOMVS non coenas Chriſtianorum eo loco ſpectavit, ſed extremam ab Apoſtolis cum Chriſto mox cruci adfigendo habitam, ubi vigiliae actae, longus ille a Chriſto inſtitutus ſermo & a IOHANNE recitatus, hymni dicti (Marc. *XIV.* 26.). Quare continenter addit: *magna enim & admirabilia tunc eis narrabat, & annunciabat Jeſus, quum Judas diſcederet vocatum, qui eum erant crucifixuri*. Quod tamen CHRYSOSTOMO perperam tributum fuit, PROCLVS *Cpolitanus* ejus diſcipulus adſeruit in libello *de traditione divinae Liturgiae*. Sed is fortaſſe recentior eſt, ut de rebus Apoſtolorum teſtari apud criticos poſſit. Illum etiam mittamus eorum contenti, quae ex Actibus Apoſtolorum PAVLLO, quum *Troade* moraretur, accidiſſe S. AVGVSTINVS perhibet (ep. *vet. edit. LXXXVI.* ad *Caſulanum*): *Et ita eadem nocte fracturus panem, ſicut frangitur in Sacramento Corporis Chriſti, produxit ſermonem uſque ad medium noctis, ut poſt Sacramenta celebrata rurſus uſque ad diluculum alloquens congregatos etc.* Breviore quoque Liturgiae forma Apoſtolos interdum uſos fuiſſe perſequutionum, quibuſcum conflictabantur, aeſtus, itinerum, quae ſuſcipiebant, longitudo, alia Apoſtolatus munera ſatis ſuadent; quae omnia eos a Liturgia in prolixius tempus protrahenda prohibere debebant. Haec tamen brevitas praecipue Pſalmorum cantum, Scripturarum lectionem, ſacras ad coetum adhortationes ſpectabat; haec enim in ſacris conventibus ad praeſidis nutum modo contrahebantur, modo longius producebantur. Preces ipſae Liturgicae quum plerumque ſub initium ſaltem naſcentis Eccleſiae non tam conceptis verbis, quam divino adflante numine ab Apoſtolis funderentur, non eadem ſemper temporis menſura contineri poterant.

Adultiore tamen facta

VII. Ubi autem res chriſtiana propagari coepit, ac fidelium numerus

merus

merus crevit, dubitare vix poſſum, quin Apoſtoli ordinem Liturgiae, & ſolemnes etiam aliquas Liturgicarum precum formulas conſtituerint, ut populus univerſae ſacrorum peragendorum myſteriorum rationi adſuetior factus fervidiore pietatis ac religionis ſenſu illis intereſſet. Ac de ordine quidem Miſſae illud ſatis eſſet in memoriam revocare, quod ad DECENTIVM Epiſcopum *Eugubinum* S. INNOCENTIVS I. perſcripſit: „ ſi inſtituta Eccleſiaſtica, ut ſunt ab Apoſtolis tradita, integra „ vellent ſervare Domini Sacerdotes, nulla diverſitas, nulla varietas in „ ipſis ordinibus, & conſecrationibus haberetur. Sed dum unuſquiſque, „ non quod traditum eſt, ſed quod ſibi viſum fuerit, hoc aeſtimat eſſe „ tenendum, inde diverſa in diverſis locis, vel Eccleſiis, aut teneri, aut „ celebrari videntur, ac fit ſcandalum populis, qui dum neſciunt tra„ditiones antiquas humana praeſumptione corruptas, putant ſibi aut Ec„cleſias non convenire, aut ab Apoſtolis, vel ab Apoſtolicis viris con„trarietatem inductam. „ Verum nec praetereunda ſilentio eſt conſtans ſaeculorum omnium traditio, quae, ut vere admonuit cl. *P. Honoratus* a S. MARIA (*Lib. V. de uſu critices diſſ. III. art. II.* §. 2.,) nos docet, SS. PETRVM & IACOBVM ore ſaltem tenus, atque exemplo normam dediſſe Liturgiarum fere omnium, quae ab Eccleſia *Graeca* & *Latina* uſurpatae fuerunt. Addidi adverbium *fere*, quod ab HONORATO omiſſum fuit. Nam Eccleſiae *Aſiaticae* alium, ut ajunt, *curſum*, ſive ordinem Liturgiae ſervabant, ab Epiſcopis deinde, quos fide Chriſtiana fortaſſis in *Aſia* imbutos Apoſtoli PETRVS, & PAVLLVS *Roma* in *Hiſpanias* miſerunt, apud *Hiſpanos* invectum, tum etiam a S. IRENAEO in *Gallias* illatum. Hujus nempe Liturgiae, quae cum in *Galliis*, tum in *Hiſpaniis* eadem obtinuit, ut viri doctiſſimi magnis ducti argumentis adfirmant, primaevum auctorem Anonymus fortaſſe Monachus *Luxovienſis* ſaeculi VII. Scriptor ab *Henrico* SPELMANO (*T. I. Concil. Magn. Brit. p.* 177.) editus perhibet S. IOHANNEM Apoſtolum, & Evangeliſtam, qui hanc formam obeundi divina Eccleſiis *Aſiae* tradiderit, additque S. POLYCARPVM *Smyrnenſem* Epiſcopum, & Martyrem celebrem eodem ordine divina officia perfeciſſe, eidemque adſuetum, dum in *Aſia* POLYCARPI diſcipulus verſaretur, S. IRENAEVM illum poſtea *Gallias* docuiſſe. En ejus verba: *Sanctus* IOHANNES *Evangeliſta primum curſum* Gallorum *decantavit, inde poſtea Beatus* POLYCARPVS *diſcipulus* S. IOHANNIS, *inde poſtea* HIERENEVS, *qui fuit Epiſcopus Lugdunenſis Gallei, tertius ipſe ipſum curſum decantavit in Galleis*. Quare quum *Gallicanus* & *Hiſpanus* ordo, quidquid le BRVNIO, & PINIO contra viſum fuerit, non a *Latina* modo, ſed etiam a *Graecorum*, aut *orientalium* Liturgia maxime diſcrepet, quemadmodum a LESLAEO ſcitiſſime demonſtratum fuit in erudita ad *Miſſale mixtum* praefatione (*p. I. ſeqq.*) ſi vetuſto huic Anonymo, quem etiam MABILLONIVS magni fecit, fides habeatur, S. IOHANNES Liturgiam *Aſianis* praeſtituiſſe dicendus eſt a *Graeca* & *Latina* diverſam, quae tamen plurimum retinuerit primigeniae illius Liturgiae eiſdem *Aſianis* a PAVLLO traditae. Redeo ad IACOBVM & PETRVM, IACOBVM quidem aliquam *Hieroſolymitanis* Liturgiam praeſcripſiſſe, ex qua deinde auctior illa profluxerit, quam IACOBI appellant, vel conſenſus *Graecarum*

facta re Chriſtiana ordinem univerſae Liturgiae,

Praeſertim S. IOANNES.

IACOBVS.

carum & *Orientalium* fere omnium Eccleſiarum in ea amplectenda conſenſus maximo mihi eſt argumento. Quid enim tot Eccleſias tam diſſitas, tam varias, tam moribus diſcrepantes impellere potuit, ut ſuam ipſae Liturgiam ad eam maxime adcommodarent, niſi quaedam & in IACOBVM, qui frater Domini fuerit, & in *Hieroſolymitanam* Eccleſiam, quae caeteras omnes cum antiquitate, tum mortis ac myſteriis Dominicae vitae in ea regione peractis antecellit, reverentia? Huic argumento vim auget diſerta EPIPHANII auctoritas; ait enim *haereſi* LXXIX. PETRVS & ANDREAS, IACOBVS, & IOHANNES, PHILIPPVS & BARTHOLOMAEVS, THOMAS, THADDAEVS & IACOBVS *Alphaei*, & IVDAS *Jacobi*, & SIMON *Cananaeus*, & MATTHIAS *in complementum* 12. *electus*. *Hi omnes electi ſunt Apoſtoli per orbem ſacram Evangelii functionem adminiſtrantes, una cum* PAVLLO & BARNABA, *ac reliquis; & myſteriorum ordinatores fuere cum* IACOBO *fratre Domini*, & *primo* Hieroſolymorum *Epiſcopo*. Viden? ut EPIPHANIVS IACOBVM Domini fratrem, quem a IACOBO ALPHAEI Apoſtolo aperte diſtinguit, myſteriorum, ſeu ſacri miniſterii cum Apoſtolis *ordinatorem* appellet. Aliquem igitur Miſſae ordinem IACOBVS ſtatuit, qui, adaucta temporum ſpacio, uti in ejuſmodi rebus fieri neceſſe eſt, *Hieroſolymitana* Liturgia religioſe ſervatus fuerit atque hinc IACOBI nomine inſcriptus. Praeterea Liturgia *Hieroſolymitana* a S. CYRILLO nondum Epiſcopo anno CCCXLVII. propoſita in catecheſi myſtagogica V. in iis, quae Sancto Catechetae particulatim explicare viſum fuit (multa enim vel minus obſcura, vel a ſuo ipſius inſtituto aliena praetermiſit) cum *Jacobaea* plane conſentit. Cuinam vero *Cyrillianam* Liturgiam quod ſaltem ad ordinem ac rituum praecipuorum inſtitutum ſpectat, veroſimilius quam IACOBO illius Eccleſiae Epiſcopo tribuemus? Nam quoniam ille aliquem certe praeſcripſit, ut ex EPIPHANIO audivimus, an credibile ſit, illum ab ejus ſucceſſoribus inter diriſſimas, quibus vexata Eccleſia illa fuerat, perſequutiones plane immutatum, nulla praeclariſſimi deceſſoris ac veluti patris obſervantia ab inutili hocce conſilio dimotis, quum tamen IACOBI nomen ab omnibus poſtea *orientis* Eccleſiis tanti factum videamus, ut quam Liturgiam ab eo perſcriptam fuiſſe exiſtimarunt, eam ne rejectis quidem poſterioris certe aetatis additamentis, ſibi prae ceteris ſuſcipiendam putarint? Ad S. PETRVM quod adtinet, *Romanae* illum Liturgiae auctorem fuiſſe, formamque Liturgiae ab eo traditam ad INNOCENTII I. tempora ſervatam fuiſſe luculentus teſtis eſt ipſe INNOCENTIVS in laudata ad DECENTIVM epiſtola XXV. Addatur S. ISIDORVS *Hiſpalenſis*: qui (*Lib. I. de eccleſ. offic. cap. XV.*) *ordo*, inquit, *Miſſae vel orationum, quibus oblata Deo Sacrificia conſecrantur, primum a Sancto* PETRO *eſt inſtitutus, cujus celebrationem uno eodemque modo univerſus peragit orbis*.

Ac Petrus ſtatuerunt.

VIII. Dixeram Apoſtolos praeter ordinem Liturgiae ſaltem ſolemnes quaſdam formulas conſtituiſſe. Harum, quae nonniſi ab Apoſtolis edi potuere, formularum veſtigia in veteribus Patribus ſuperſunt. S. IRENAEVS (*lib. I. adv. haer. cap. I.*) *Valentinianos* ſuos aeonas ex ſolemni formula, qua ἐπὶ τῆς εὐχαριστίας Chriſtiani dicere *aeonas aeonum* conſueverant, confirmare auſos fuiſſe teſtatur. Haec porro formula, quemadmodum

Immo etiam ſtatas quaſdam & ſolemnes formulas.

dum non FEV-ARDENTIO ſolum, ſed etiam GRABIO ad eum IRENAEI locum, & BINGHAMO (*orig. & Ant. Eccleſ. lib. XIII. cap. V. p.* 133.) viſum eſt, ſolemnis illa precum ad laudum in Euchariſtiae celebratione fundi ſolitarum concluſio eſt: *per omnia ſaecula ſaeculorum*, cui populus reſpondebat: *Amen*. Eamdem formulam in *Africa* uſurpatam fuiſſe ex TERTVLLIANO diſcimus in libro *de ſpectaculis* (*cap. XXV.*) Loquens ille de Chriſtianis *Romanorum* ſpectacula celebrantibus, *quale eſt*, inquit, *de Eccleſia Dei in diaboli Eccleſiam tendere? de coelo quod ajunt in coenum? illas manus, quas ad dominum extuleris, poſtmodum laudando hiſtrionem fatigare? ex ore, quo* Amen *in ſanctum protuleris, gladiatori teſtimonium reddere., εις αιωνας* (in ſaecula ſaeculorum) *alii omnino dicere, niſi Deo Chriſto*. Fortaſſe tamen *Dei Chriſti*, cui illa formula adclamabatur, mentio conijciendi locum praeberet, non illam, quam ab IRENAEO indicatam vidimus, formulam TERTVLLIANVM ſpectaſſe, ſed eam, qua de Chriſto dicere ſoliti ſumus: *qui tecum vivit & regnat in ſaecula ſaeculorum*. Alia apud CYPRIANVM occurrit in lib. *de oratione Dominica*, ubi ait: *ante orationem, praefatione praemiſſa, parat Fratrum mentes dicendo: ſurſum corda, ut dum reſpondet Plebs*: habemus ad Dominum. *admoneatur nihil aliud ſe, quam Dominum cogitare debere*. Haec enim vero quum in omnibus omnium gentium Liturgiis uſurpentur, ex ea, quam initio poſuimus, regula ad Apoſtolos referri par eſt. Sed hujus rei magnificentius quoddam argumentum VIGILIVS ſuppeditat, qui in epiſtola ad PROFVTVRVM *Braccarenſem* Epiſcopum *Romanos* Canonem *ex Apoſtolica* (utique S. PETRI) *traditione*, adcepiſſe teſtificatur. En VIGILII verba. „ Ordinem quoque precum, in „ celebritate Miſſarum, nullo nos tempore, nulla feſtivitate ſignifica- „ mus habere diverſum, ſed ſemper eodem tenore oblata Deo munera „ conſecrare. Quoties vero Paſchalis, Pentecoſtes, Epiphaniae, Sancto- „ rumque Dei fuerit agenda feſtivitas, ſingula capitula diebus apta „ ſubijcimus, quibus commemorationem ſanctae Solemnitatis, aut eo- „ rum facimus, quorum natalitia celebramus. Cetera vero ordine con- „ ſueto proſequimur. Quapropter & ipſius canonicae precis textum di- „ reximus ſubter adjectum, quam Deo propitio ex Apoſtolica tradi- „ tione adcepimus. Et ut caritas tua cognoſcat, quibus locis aliqua fe- „ ſtivitatibus apta connectes, paſchalis diei preces ſimiliter adjecimus.„ Quae VIGILII verba, inquit LESLAEVS (*Praef. in Miſſ. Mozarab. p. LXV.*) ad Miſſae Canonem, non autem ad integram Miſſam Romanam, pertinere perſpicuum eſt. Nam ſolus Miſſae *Romanae* canon, eodem tenore conſtanter recitatur, non vero ea, quae canonem praecedunt, & conſequuntur. Certe tempore VIGILII multae & diverſae *praefationes* in Miſſis recitabantur, & orationes multae, variaeque ante *praefationem*, & abſoluto canone, dicebantur, quemadmodum Sacramentaria vetuſta *Leonianum* & *Gelaſianum* demonſtrant. In canone quoque capitula diebus apta inſerebantur *infra actionem*, uti in Sacramentario *Gelaſiano* videre eſt (a).

IX. Quae

(a) Exemplar tamen integrae Miſſae Paſchalis ſimul cum *textu canonicae precis*, ſeu Canonis ad PROFVTVRVM VIGILIVM miſiſſe (*p.LXVI.*) addit

Digitized by Google

Num leges ſint haec Apoſtolorum ſtatuta, adverſus BOEHMERVM diſputatur.

IX. Quae hactenus ab Apoſtolis conſtituta vidimus, ea plane omnia, ſi ita ab illis vel propoſita, vel uſurpata dixero, ut legis vim haberent, exaggeratius aliquid pronunciavero; multa enim ex iis ipſis, quae nos vel verbo, vel exemplo Apoſtoli docuerunt, Epiſcoporum arbitrio reliquerunt aut ſervanda, aut ſi vellent, abolenda, quod de precibus quibuſdam, ſeu etiam caeremoniis (tempore, modo, aliiſque id genus adjunctis) ſive ad Pſalmodiam ſive ad ipſam Liturgiam pertinentibus praeſertim intelligi velim. Ad cetera quod ſpectat, non pauca Apoſtoli a Domino, ut diximus, acceperunt nobis praecipienda; ea autem legibus adnumeranda eſſe is ſolum inſicietur, qui cum HOBBESIO legum ferendarum poteſtatem Chriſto per ſummam impietatem negarit. Sed & reliqua, quae ſua ipſi auctoritate praeſcripſerunt, leges Apoſtolicae dicendae ſunt. Negat id BOEHMERVS, & quidquid ab Apoſtolis de ritibus, ſacriſque caeremoniis *decori* cauſſa ſancitum fuit, non legis ſed conſilii fuiſſe contendit. Sed oppido fallitur Lutheranus hic Jureconſultus. *Decori*, quod in ſacris ſervandum Apoſtoli voluerunt, rationem eos ad illa quae ſtatuerunt, praeſcribenda compuliſſe nullus dubito. At quaenam BOEHMERI conſequutio iſthaec eſt, legis auctoritate Apoſtolicas hujuſmodi ſanctiones ſpoliare, quod *decori* cauſſa editae fuerint? Poteſtatem a Chriſto Apoſtolis datam fuiſſe condendarum legum vel ipſi aequiores Proteſtantes ut MOSHEMIVS, non negant. Cur quaeſo quae hac poteſtate, licet *decori* ſpectata ratione conſtituta ab illis ſunt, leges non habeantur? Atqui PAVLLVS ſe aliqua ex his praeci-

addit LESLAEVS non ſatis, ut reor, ſibi conſtans, *Paſchalis* enim *diei preces*, quas VIGILIVS cum Canone ſe mittere ait, ſunt ipſa illa *capitula diebus apta*, quae *ſubjici Romae* dixerat (nempe *infra actionem*) *quoties Paſchalis* &c. *fuerit agenda feſtivitas*. Quamobrem ſe illas adijcere ait, ut PROFVTVRVS cognoſceret, *quibus locis aliqua* FESTIVITATIBVS APTA *connecteret*. Scio ASSEMANVM in diſſertatione de *origine Liturgiarum* (*p.* 164.) & SALAM (*ad* BONAE *lib. I. cap. XI.* §. 4. *pag.* 234.) aliter ſtatuere. Quod enim VIGILIVS ait: *ordinem quoque precum, in celebritate Miſſarum, nullo nos tempore, nulla feſtivitate ſignificamus habere diverſum, ſed ſemper eodem tenore oblata Deo munera conſecrare*, ita interpretantur, Miſſam quamlibet, cujuſcumque diei ſuum introitum, Collectam, Epiſtolam, Graduale, Evangelium, Offertorium, & reliqua ſuo loco, & ordine de more diſpoſita ſemper habuiſſe. Verum docti hi viri non animadverterunt, hac, quam ipſi intelligunt, ratione omnes omnium gentium Liturgias *nullo tempore*, *nulla feſtivitate diverſas* dici poſſe, nam ut exemplo utar, quod PROFVTVRVM propius ſpectat, etiam Liturgia *Gotho-hiſpana*, quae *Braccarae* uſurpabatur, *eodem* ſemper *tenore* celebrabatur, nempe ab *officio* inchoabatur, quod Collecta ſequebatur, tum Lectio Prophetiae. Nec ſane video, quid hac de re dubii PROFVTVRO ſuboriri potuerit. Hoc ergo ex reſponſione VIGILII, ut LESLAEVS monet (*p. LXVI.*) ſatis aperte patet, Liturgiam, qua *Braccarenſis* Provincia utebatur, in eo a *Romana* fuiſſe diſſimilem, quod haec canonem haberet, precum ordinem, & verborum tenorem eumdem conſtanter retinentem, illa vero nullam Miſſae partem haberet, quae variabilis non fuerit; quo adparet Miſſam *Braccarenſium* eamdem fuiſſe atque *Gotho-Hiſpanam*, in qua iſta Miſſarum, precum, & orationum (licet *eodem tenore* diſpoſitarum) varietas manifeſte cernitur.

Digitized by Google

praecipere diſerte adfirmat. *Hoc autem praecipio*, inquit *ille* 1. *Cor. XI.* 17. quod ſive cum AVGVSTINO (*de opere Monach. cap.* 31.) aliiſque *Latinis* interpretibus ad ſuperiora referas, ubi mulieres orare velatas debere edixerat, ſive cum *Graecis* doctoribus, ac LYRANO, ad vitia in Euchariſtiae celebratione apud *Corinthios* invecta, quae reprehendere adgreditur, perinde eſt. Quid vero illud eodem capite (*v.* 34.): *Cetera autem quum venero, diſponam? Graece* eſt *διατάξομαι ordinabo, conſtituam*, ac *ſigillatim praeſcribam*. Hoc quoque ad conſilium BOEHMERVS transfert; ſed a S. AVGVSTINO refellitur, qui ad IANVARIVM ſcribit: *unde intelligi datur, quia multum erat, ut in epiſtola totum illum agendi ordinem* (ad dignam, honeſtam, & ordinatam myſteriorum celebrationem) *inſinuaret, quem univerſa per orbem ſervat Eccleſia, ab ipſo ordinatum eſſe, quod nulla morum diverſitate variatur*. Anne enim meri conſilii dicatur, quod *ordinatum* fuit, ut *ab univerſa per orbem ſervaretur Eccleſia, nec ulla morum diverſitate variaretur*? Hinc autem argumentum enaſcitur, ceteris Apoſtolorum hactenus percenſis conſtitutionibus commune. Hae enim hujuſmodi pleraeque ſunt, ut ab univerſa Eccleſia ſervatae ſemper fuerint. Quapropter ad praecepta, ſeu leges omnino pertinent. *Sunt multa*, inquit S. AVGVSTINVS (*lib. V. de Bapt. cap. XXIII.*) *quae univerſa tenet Eccleſia*, ET OB HOC *ab Apoſtolis* PRAECEPTA *bene creduntur*. Quod argumentum eo majoris eſt ponderis, quod de rebus agimus diſciplinae, quae, ut ait TERTVLLIANVS *lib. de velandis Virginibus*, *admittunt novitatem*. Si enim in his etiam univerſa Eccleſia praeſcriptos ab Apoſtolis ritus, praeſcriptas formulas, praeſcriptum ordinem ſemper ſervavit, quae verior tantae conſtantiae cauſſa excogitari poteſt, quam quod eas illa ſanctiones veluti ſacratas leges ſpectarit, a quibus diſcedere, quum pro ſua dignitate poſſet, pro ſua tamen in illarum auctores reverentia abſque ſumma, quae nulla hactenus fuit, neceſſitate non deberet?

CAPVT III.

Ab Apoſtolis in Epiſcopos jus Liturgicum manavit: Concilia tamen paullatim, vel Patriarchae ſibi illud vindicarunt.

I. QUod Apoſtolos a Chriſto accepiſſe, atque dum viverent, exercuiſſe jus Liturgicum vidimus, non tam Apoſtolatus jus fuit, quam Epiſcopatus. Apoſtoli enim quum ut Epiſcopi Eccleſiam Dei regere, atque hinc cum Dei cultum curare, tum Sacramentorum adminiſtrationi praeeſſe tenerentur, jure Liturgico, quod circa haec duo verſatur maxime, potiri debuerunt. Illud ad Apoſtolatum ſolummodo pertinet quod quemadmodum erat illorum ſollicitudo omnium omnino Eccleſiarum, neque alicujus dioeceſis, quam veteres παροικίαν appellabant, finibus circumſcribebatur, ita & jus ipſorum Liturgicum infinitum erat, & in omnes Eccleſias exporrigi poterat. Quamobrem

Ab Apoſtolis debuit jus liturgicum ad Epiſcopos derivari.

Epiſcopi, qui in iis, quae muneris ſunt Paſtoralis, Apoſtolis ſucceſſerunt, uti cultus divini cura, & Sacramentorum adminiſtratio, ad eos eamprimis ſpectat, ita & jure Liturgico quamquam certis ſingularum dioeceſium terminis contento praediti non ſecus atque Apoſtoli eſſe debuerunt. Atque illud enimvero a primis Eccleſiae ſaeculis exercuerunt. Hinc apud *Graecos*, quae celebriores ſunt Liturgiae praeter *Jacobaeam*, quae tamen ex FLORENTINII, PAPEBROCHII, STILTINGHII, aliorumque doctiſſimorum virorum ſententia IACOBVM fratrem quidem domini, ſed alium a duobus *Jacobis* Apoſtolis auctorem habuit, Epiſcoporum vel Patriarcharum nomine inſignitae ſunt, ut apud *Alexandrinos* MARCI, & GREGORII NAZIANZENI, apud *Conſtantinopolitanos* vero BASILII & IOHANNIS CHRYSOSTOMI. SYRI *Neſtorianis* erroribus addicti Liturgias habent *Apoſtolorum*, NESTORII, THEODORI MOPSWESTENI, ac DIODORI *Tarſenſis* Epiſcoporum nominibus praenotatas. At *Syri Jacobitae* plurimis utuntur Liturgiis, quas eorum Epiſcopi ad ſaeculum XIV. procuderunt.

Quod ſingulis ſuis in dioeceſibus primis tribus Eccleſiae ſaeculis liberius exercuerunt.

II. Hac ad ſacros ritus pertinentia ſtatuendi, ac reformandi poteſtate liberius Epiſcopi tribus primis Eccleſiae ſaeculis utebantur. Quum enim propter crudeliſſimas, quibus univerſa Eccleſia jactabatur, perſecutiones Hierarchia varios, in quos pacis tempore diſtributa eſt, gradus ſuſtinere vix poſſet, neque niſi aegerrime Epiſcopis in concilia coire liceret, ſinguli quae ſibi opportuniora videbantur, uti & aliis in rebus, ita & in re Liturgica conſtituebant, non repugnantibus majorum dioeceſeon Praeſulibus, quibus in ea rerum perturbatione graviora fidei negocia cordi erant. Negari tamen nequit, illis ipſis ſaeculis ſiqua Concilia habita ſunt, ea de ſacris quoque ritibus, ceteriſque ad eos pertinentibus aliqua decreviſſe. Certe inter Canones Apoſtolorum, quos docti viri a Synodis ſecundo, ac tertio labente ſaeculo celebratis editos fuiſſe conſentiunt, tertius, quartus, quinctus, octavus, nonus, decimus, quadrageſimusſnonus, & quinquageſimus res liturgicas attingunt. Ubi autem Concilia facilius cogi coeperunt, ab illis univerſae Liturgiae rationem curatam novimus. Exſtant enimvero *Eliberitani* Concilii, quod *Ferdinandus* MENDOZA ad annum CCC. aut CCCI. refert, Canones XXIII. *de temporibus jejuniorum*, XXVI. *ut omni ſabbato jejunetur*, XXVIII. *de oblationibus eorum, qui non communicant*, XXXIV. *ne cereum in coemeteriis incendatur*, XXXV. *ne feminae in coemeteriis pervigilent*, XXXVI. *ne picturae in Eccleſia fiant*, XLIII. *de celebratione Pentecoſtes*, XLIX. *de frugibus fidelium, ne a Judaeis benedicantur*, & LXXVII. *de baptizatis, qui nondum confirmati moriuntur*. Plures liturgicos canones ſuppeditant Concilia *Antiochenum* a CCCXXXII. ex *Ballerinorum* ſententia habitum, *Laodicenum*, *Gangrenſe*, quod iidem *Ballerinii* inter annum CCCLXII. & CCCLXX. collocant, & *Carthaginienſia* annorum CCCXCIX. CCCCI. & CCCCXIX. Quin etiam *Nicaenum I.* oecumenicum praeter ea, quae de paſchate agendo conſtituit, celeberrimum viceſimum canonem edidit *de flectendo genu*.

A Conciliis tamen & tunc interdum coercitum.

Multo autem magis ſequentibus ſaeculis.

quibus tum de rituum diſcrepantia tollenda laboratum fuit.

III. Ceterum ex tanta, quam innuimus, veterum Epiſcoporum in ritibus ſtatuendis poteſtate fieri non potuit, quin maxima inter Eccleſias rituum diverſitas oriretur; quod etiam a SOCRATE obſervatum

fuit

Digitized by Google

fuit (*lib. V. hiſt. Eccl. cap. XXI.*). BINGHAMVS (*orig. Eccl. lib. XIII. cap. V. §. 1.*) hujuſmodi rituum varietatem eo deveniſſe animadvertit, ut *ſi nova quaedam Eccleſia Epiſcopalis ex alia quadam ſumpta eſſet: & erecta, nova illa exemplar & praeſcriptam methodum veteris Eccleſiae ſequi haud coacta fuerit, ſed ipſa ſibi divini cultus formam effingere potuerit, rebus ſuis & ſtatui adcommodatam. Cujus rei*, inquit, *perſpicuum exemplum nobis ſuggerit* SOZOMENVS (lib. V. cap. 3.) de Majuma *civitate ex vico quodam* Palaeſtinae *erecta, & olim dioeceſi* Gazenſi *contributa. Nam ſimulac in diſtinctam ſedem Epiſcopalem erecta eſſet, non amplius regulas & formulas Eccleſiae* Gazaeorum *ſtricte obſervare cogebatur, ſed, ut ille ſpeciatim adnotat, utraque urbs ſuum ſcorſum habebat Epiſcopum, ſuum clerum: dies item feſtos martyrum ſuorum & commemorationes Epiſcoporum & presbyterorum, qui illis praefuerant. Quod idem eſt, ac ſi diceret, recens illam erectam habuiſſe Liturgiam, & officia Eccleſiaſtica ſibi peculiaria, a Liturgia & officiis illius Eccleſiae, ex qua ſumpta erat, diſtincta.* Nihil tamen minus *perſpicuum* quam quod BINGHAMO viſum fuit. Nam haec id unum produnt, quamlibet Eccleſiam ſua peculiaria officia ad communes matris ſuae Eccleſiae conſuetudines adcommodara habuiſſe (quod omnibus Eccleſiis, quas tamen unam, eamdemque Liturgiam celebraſſe conſtat, ut *Gallicanis*, *Hiſpanis*, atque adeo *Romanis* uſurpatum ſemper fuit) non vero diſtinctum, ac diſſidens officiorum genus in novam illam Eccleſiam invectum fuiſſe. Omiſſo igitur hoc diſcrepantium rituum exemplo, ceteris contenti ſimus, quae vetera monumenta certo ſuppeditant. Haec inter Conciliorum canones cenſeo, quibus de hac ipſa rituum tollenda varietate ſtrenue laboratum novimus. Prima fortaſſis, quae ad hoc curas adjecerit, *Gallicana* Eccleſia fuit. Nam a. CCCCLXI. Concilium *Veneticum* apud *Britones* in Provincia *Turonenſi* (*can. XV.*) ſtatuit: *Rectum duximus, ut vel intra Provinciam noſtram ſacrorum ordo, & pſallendi una conſuetudo, & ſicut unam cum Trinitatis confeſſione fidem tenemus, unam & officiorum regulam teneamus, ne variata obſervatione in aliquo devotio noſtra diſcrepare videatur. Agathenſe* porro Concilium a. DVI. canonem hunc XXX. condidit: *quia convenit, ordinem Eccleſiae ab omnibus aequaliter cuſtodiri, ſtudendum eſt, ut ſicut ubique fit, & poſt antiphonas collectiones per ordinem ab Epiſcopis, vel preſbyteris dicantur, & hymni matutini vel veſpertini diebus omnibus decantentur, & in concluſione matutinarum, vel veſpertinarum miſſarum, poſt hymnos capitella de pſalmis dicantur, & plebs collecta oratione ad veſperam ab Epiſcopo cum benedictione dimittatur.* In Concilio quoque *Epaonenſi* a. DIX. ſancitum fuit (*c. 27.*): *Ad celebranda divina officia ordinem, quem Metropolitani tenent, Provinciales eorum obſervare debent. Hiſpanae* Eccleſiae eodem fere tempore eaſdem ſibi leges praeſtituerunt. Nam in Concilio *Gerundenſi* ann. DXVII. ſimile pro *Tarraconenſi* Provincia latum decretum exſtat (*Can. 1.*) *Ut inſtitutio miſſarum ſicut in Metropolitana Eccleſia agitur, ita in Dei nomine in omni* Tarraconenſi *Provincia, tam ipſius Miſſae ordo, quam pſallendi, vel miniſtrandi conſuetudo ſervetur.* Anno DLXIII. *Bracarenſis I.* Concilii Patres aliquot in eamdem ſententiam canones ediderunt. En illos. Can. XIX. *Placuit omnibus communi conſenſu, ut unus atque idem pſallendi ordo in matutinis, vel veſpertinis officiis teneatur; & non diverſae ac privatae, neque monaſterio-*

rum conſuetudines cum eccleſiaſtica regula ſint permixtae. Can. XX. *Item placuit, ut per ſolemnium dierum vigilias vel miſſas, omnes eaſdem & non diverſas lectiones in Eccleſia legant*. Can. XXII. *Item placuit, ut eodem ordine Miſſae celebrentur ab omnibus, quomodo* PROFVTVRVS *quondam hujus Metropolitanae Eccleſiae Epiſcopus ab ipſa Apoſtolicae Sedis auctoritate ſuſcepit ſcriptum*. Can. XXIII. *Item placuit, ut nullus eum baptizandi ordinem praetermittat, quem & antea tenuit Metropolitana* Bracarenſis *Eccleſia, & pro amputanda aliquorum dubietate praedictus* PROFVTVRVS *Epiſcopus ſcriptum ſibi & directum a Sede beatiſſimi Apoſtoli* PETRI *ſuſcepit*. Denique hanc de ſervando in ſacris ritibus uno ordine regulam pro omnibus *Hiſpaniae*, & *Galliciae* Eccleſiis *Toletanum* IV. Concilium a. DCXXXIII. conſtituit Can. II. „ Poſt rectae fidei confeſſionem, quae in ſancta Dei „ Eccleſia praedicatur, placuit, ut omnes Sacerdotes, qui Catholi„ cae fidei unitatem complectimur, nihil ultra diverſum, aut diſſonum „ in Eccleſiaſticis ſacramentis agamus, ne qualibet noſtra diverſitas apud „ ignotos, ſeu carnales ſchiſmatis errorem videatur oſtendere, & mul„ tis exſiſtat in ſcandalum varietas Eccleſiarum. Unus igitur ordo oran„ di atque pſallendi nobis per omnem *Hiſpaniam*, atque *Galliciam* con„ ſervetur, unus modus in Miſſarum ſolemnitatibus, unus in veſperti„ nis matutiniſque officiis, nec diverſa ſit ultra in nobis eccleſiaſtica con„ ſuetudo, qui in una fide continemur & regno: hoc enim & antiqui „ canones decreverunt, ut unaquaeque provincia & pſallendi & mini„ ſtrandi parem conſuetudinem teneat. „

Tum de ſervandis diligenter jam receptis ritibus cautum.

IV. Ne quid autem clericorum aut ignorantia aut deſidia & negligentia hiſce ſtatutis contrarium temporum decurſu in ſacra irreperet, a Conciliis, atque adeo a pluribus Epiſcopis ſedulo cautum fuit. Quare Concilium *Bracarenſe* II. (*cap: I.*) ſancivit, *ut per ſingulas Eccleſias Epiſcopi per dioeceſes ambulantes primum diſcutiant clericos, quomodo ordinem Baptiſmi teneant, vel Miſſarum, & qualiter quaecumque officia in Eccleſia peragantur. Et ſi recte quidem invenerint, Deo gratias agant; ſi autem minus, docere debeant ignaros*. Ulterius progreſſus THEODVLFVS *Aurelianenſis* (*in Epiſt. ad clerum ſuum cap.* 4.) decrevit, deferri ad Synodum libros, veſtimenta, & vaſa ſacra. *Quando*, inquit, *more ſolito ad Synodum convenitis, veſtimenta, & libros, & vaſa ſacra, cum quibus veſtrum miniſterium, & injunctum officium peragitis, vobiſcum deferte: nec non duos, aut tres clericos, cum quibus Miſſarum ſolemnia celebratis, vobiſcum adducite, ut probetur, quam diligenter, & quam ſtudioſe Dei ſervitium peragatis*. Idem in ſuo Capitulari praecepit RICVLFVS *Sueſſionenſis*. Neque aliter Capitula CAROLI CALVI (*tit. V. cap.* 9.) ubi Epiſcopis iniungitur, ut in Synodis Presbyteros ſuos examinent, *non per occaſionem, ſed per veritatem miniſterii ſui teſte Deo, ad quod conſtituti ſunt*.

In Graeca Eccleſia Patriarcha CPolitanus omne fere jus Liturgicum ſibi vindicavit.

V. Aliter in *Graeca* Eccleſia res ceſſit. Nam *CPolitanus* Patriarcha, ex quo primum ei a *Romano* Pontifice locum *Chalcedonenſes* Patres adſeruerunt, *Oecumenici* ſibi paullatim nomen adrogavit; tum auctoritatem in ceteros *Orientis* Patriarchas uſurpare coepit, atque Imperatorum gratia, & praeſidio ſuperbiens ſuae Eccleſiae mores aliis *Orientis* Eccleſiis ſervandos praeſcripſit. Id ASSEMANVS (*in diſſ. de orig. Liturg. p.* 132) ex libro quincto *Juris Graeco-Romani* recte confirmat. Nam ibi interrogan-

Digitized by Google

rogante MARCO *Alexandrino* Patriarcha , an Liturgiae IACOBI , & MARCI recipiendae eſſent a Catholica Eccleſia , necne ? *Theodorus* BALSAMON patria quidem *Conſtantinopolitanus* , at Patriarcha *Antiochenus Graecorum* , reſpondit : *eas utpote non Canonicarum Scripturarum numero additas , num.* 85. *can. SS. Apoſtolorum* , *&* 59. *Can.* Laodicenae *Synodi , enumerantes* V. & N. T. *ipſoſque Apoſtolicos libros , qui ſoli nobis in uſu eſſe debent , nullam ſacrificii* S. IACOBI , *vel* MARCI *mentionem faciunt : neque enim Catholica Sanctiſſimi , & oecumenici Throni* Conſtantinopolitani Eccleſia *ullo modo eas Liturgias agnoſcit . Pronunciamus igitur non eſſe has recipiendas ; etſi enim ab iis factae eſſent , ab omni uſu vacare jubentur , ut & alia multa .... Quamobrem omnes Eccleſiae Dei ſequi debent morem novae* Romae , *nimirum* Conſtantinopolis , *& ſacra celebrare juxta traditionem magnorum doctorum , & luminarium pietatis* S. Johannis CHRYSOSTOMI , *&* S. BASILII , ait *num.* 4. *cap.* 1. *tit.* 2. *lib. Baſilicon. de quibus ſcripta lex non eſt , morem , quo* Roma *utitur , ſervari oportet* . Hinc (*ad Can. XXXII. Trullanum* ,) ait ſe cum Patriarcha *Alexandrino* hac de re coram Imperatore diſputaſſe. *Enimvero nobiſcum , & cum Oecumenico in magna Eccleſia ſacra celebraturus* , IACOBI *Liturgiae volumen obſervare voluit , ſed a nobis prohibitus eſt , & ſe non ſecus ac nos ſacra celebraturum pollicebatur* . Haec BALSAMON , qui paullo ante adſeruerat , ab *Antiochenis* IACOBI Liturgiam non agnoſci , *Graecis* ſcilicet , ſeu *Melchitis* , qui ab aliis ſeceſſerant *Syris* , ut fidem moreſque *Conſtantinopolitanos* profiterentur . Etiam apud *Syros Maronitas* poſt ſaeculum VIII. ſummam rei Liturgicae ſolis Patriarchis ſervatam idem ASSEMANVS (*p.* 134.) conijcit , *quia* inquit , *poſt illud ſaeculum nonniſi Patriarchae Liturgias condidiſſe perhibentur , quorum & auctoritas ſupra Liturgias ita reſtricta fuit in noviſſima Synodo* Libanenſi *celebrata ann.* MDCCXXXVI. , *ut nonniſi adcedente Epiſcoporum Synodo Patriarchae inſit* .

C A P V T IV.

Jus Liturgicum Summi Pontificis in univerſam Eccleſiam primum adſeritur ; deinde ex iis , quae in controverſia de Paſchate celebrando inter VICTOREM Romanum Pontificem & Aſiaticos Epiſcopos ſecundo ſaeculo exorta utrinque geſta ſunt , ſummopere illuſtratur .

I. TAndem ad *Romanum* Pontificem deveniamus . Supremum in univerſam Eccleſiam jus Liturgicum ad eum pertinere is ſolum neget , qui illius Primatum aut cum haereticis de medio penitus tollat , aut cum DVPINIO , & FEBRONIO ignotis antiquae Eccleſiae limitibus circumſcribat . Nimirum , ut ait SIRICIVS (*ep. X.*) *Catholicorum Epiſcoporum unam confeſſionem eſſe debere Apoſtolica diſciplina commonuit . Si ergo una fides eſt , manere debet & una traditio . Si una traditio eſt , una* Jus Liturgicum inter praecipua Romani Pontificis jura .

debet

Digitized by Google

debet diſciplina per omnes Eccleſias cuſtodiri . Diverſis in regionibus quidem Eccleſiae ſunt conditae : ſed per omnem mundum unitate fidei catholicae una eſt appellata. Hinc porro illud ſequitur, ejus primas ſupremaſque in re Liturgica eſſe partes debere, cui fidei depoſitum cumprimis a Chriſto concreditum fuerit. Nam quemadmodum capite primo etiam ex S. CAELESTINO monuimus, res ita in Eccleſia conſtitutae ſunt, ut *Legem credendi lex ſtatuat ſupplicandi*, & ex unitate diſciplinae unitas quoque traditionis ad fidem explicandam & confirmandam, atque adeo docendam saepiſſime pernéceſſariae arguatur. Cuinam autem fidei depoſitum a Chriſto praecipue commendatum dicatur, niſi PETRO, ſuper quem veluti firmiſſimam petram ille Eccleſiam ſuam a ſe aedificandam promiſit, & qui confirmare fratres ſuos a Domino juſſus fuit? Unitas quoque diſciplinae quoad fieri poteſt, ſaltem in iis, quae ad ipſam ſpectant publici cultus, ac ſacramentorum ſubſtantiam, praeſertim quum ea ad unitatem fidei maxime conferat, a quonam curanda ſit, niſi ab eo, qui centrum unitatis a Chriſto conſtitutus fuerit? Hic autem alius non eſt, niſi PETRI ſucceſſor *Romanus* Pontifex.

quo & a primis Eccleſia saeculis uſus fuit, ut praeter

II. Enimvero a primis uſque Eccleſiae ſaeculis ſupremam in rebus Liturgicis auctoritatem Rom. Eccleſiae Praeſules exercuiſſe quis ignorat? Non ego decreta in medium heic proferam, quae ex vulgato libro Pontificali, ex *Iſidorianis* Epiſtolis, aliiſque id genus commentitiis ſcriptis circumferuntur. Ea Anonymi duo in appendice Tomi tertii de *Liturgia Rom. Pont.* ex totidem Reginae *Suecorum* Codicibus, altero X. altero XII. ſaeculi a cl. *Dominico* GEORGIO editi (*p.* 434. *&* 458.) ſtudioſe collegerunt. Qui adulterinis hiſce mercibus delectatur, bina illa opuſcula adire poterit. Nobis certiora & luculentiora tantae auctoritatis documenta non deſunt.

SIRICII.

Sic idem SIRICIUS (*epiſt. I. ad* HIMER. *Tarrac.*) a. CCCLXXXV. ſtatuit, ut praeter Paſcha, & Pentecoſten (excepta neceſſitate) baptiſma non celebraretur. Notanda autem praecipue verba ſunt, quibus ille hoc ſuum decretum concludit: *Hactenus erratum in hac parte ſufficiat : nunc praefatam regulam omnes teneant ſacerdotes, qui nolunt ab Apoſtolicae petrae, ſuper quam Chriſtus univerſalem conſtruxit Eccleſiam, ſoliditate divelli*. An non iſthaec ſupremam legumlatoris auctoritatem produnt? Eadem SIRICIUS poteſtate uſus eſt, dum in citata epiſtola X. ad *Gallos* Epiſcopos (eam enim ipſi potius quam INNOCENTIO I. adjudicandam eſſe multis Cl. COUSTANTIUS confirmat) extra Paſcha presbyteris, non item diaconis licere baptiſmum conferre, oleique exorcizati ſeu chriſmatis unam ſufficere, quae in extremo ſcrutinio baptizandis adhibebatur, unctionem decrevit.

INNOCENTII

Neque minus ſuae ſedis jus INNOCENTIUS I. prodidit, vel quum (*ep. VI.*) legem tulit de ultima poenitentia, vel quum (*ep. XXV.*) pacis oſculum dandum poſt confecta myſteria, & nomina ante precem Sacerdotis non recitanda, & non debere baptizatos niſi ab Epiſcopo conſignari, & rite omni ſabbato jejunari DECENTIO *Eugubino* Epiſcopo reſcripſit.

CAELESTINI.

Ex eodem jure ſanxit CAELESTINUS I. (*ep. IV. ad Epiſcopos Provinciae Viennenſis & Narbonenſis*), non debere Sacerdotes, aut clericos palliis amictos, aut praecinctos lumbis in Eccleſia miniſtrare.

LEONIS M. GE.

Infinitus ſim, ſi cetera perſequi velim. Quot LEO *Magnus*,

quot

quot GELASIVS, quot GREGORIVS item *Magnus* de rebus liturgicis ſtatuta ediderint, vel eorum Sacramentaria demonſtrant. Sed quod ad S. GREGORIVM M. adtinet, illud praeterea animadverti velim, quod in lib. VII. epiſtola LXIV. capite primo a nobis emendata legere eſt. *Siculi* quidam (*Syracuſani* fortaſſis, aut *Catanenſes*) vitio GREGORIO verterant, *quia* alleluja *dici ad Miſſas extra Pentecoſtes tempora fecerat, quia ſubdiaconos ſpoliatos procedere, quia* Kyrie *eleiſon dici, quia orationem Dominicam mox poſt orationem dici ſtatuerat*. Verum qua de cauſſa GREGORIVM illi redarguebant? Num quod haec contra praeter jus ſuum ſanxiſſe cenſerent? Nihil minus. Hoc *Siculis* grave nec ferendum videbatur, quod quum GREGORIVS *Eccleſiam* CPolitanam *diſponeret comprimere, ejus conſuetudines per omnia ſequeretur*. Nempe eam eſſe in ipſis Liturgicis rebus *Romanae* ſedis dignitatem *Siculis* perſuaſum erat, ut leges ferre, non a *Conſtantinopolitana* Eccleſia deberet adcipere. Quid vero GREGORIVS? Singula quae adtigimus, percurrit, neque ſe illa a *Graecis* mutuatum fuiſſe oſtendit, ac tandem Epiſtolam his verbis concludit: *In quo ergo* Graecorum *conſuetudines ſequuti ſumus, qui aut veteres* NOSTRAS *reparavimus, aut* NOVAS *& utiles* CONSTITVIMVS?

GELASII, & GREGORII M. decreta,

III. Sed antiquiora hujus juris a *Romano* Pontifice exerciti documenta fortaſſe quis quaerat? Recolatur igitur celeberrima, quae ſecundo ſaeculo inter VICTOREM ſummum Pontificem, & *Aſianos* Epiſcopos exorta eſt de celebrando Paſchate controverſia. Nihil illa ad *Romanae* Sedis auctoritatem oſtendendam illuſtrius. Rem ſic narrat EVSEBIVS (*lib. V. hiſt. Eccleſ. cap. XXIII. ſeqq.*) „ Mota eſt eo tempore quaeſtio „ ex eo, quod cunctae per *Aſiam* (*minorem*) Paroeciae (*hoc eſt dioeceſes*) velut ex antiquiore traditione quartadecima luna Paſchatis „ feſtum obſervandum eſſe putabant, cum reliquis Eccleſiis per univerſum orbem conſuetudo non eſſet ad hunc modum obſervandi Paſchatis, quae ex Apoſtolica traditione (*D.* PETRI *&* PAVLLI *in „ locis, in quibus Eccleſia potiori parte conſtabat ex Gentilibus ad fidem converſis, ſic ordinantium*) morem hunc hactenus durantem ſervant, quod „ jejunia nullo ſint alio niſi die Servatoris noſtri Reſurrectionis ſolvenda. Coguntur itaque ob hanc cauſſam Synodi, & conventus Epiſcoporum, ac cuncti una ſententia decretum Eccleſiaſticum per epiſtolas omnibus ubique Eccleſiis conſtituunt, quod nullo alio umquam, „ quam Dominico die Reſurrectionis Domini celebrandum ſit myſterium. Exſtat etiamnum ſcriptum eorum, qui ob eam cauſſam tum „ in *Palaeſtina* congregati fuerant, quibus praefuerunt THEOPHILVS „ *Caeſarienſis*, & NARCISSVS *Hieroſolymitanae* Paroeciae Epiſcopus. „ Et *Romae* quoque conſimiliter alia propter eamdem cauſſam habita „ eſt Synodus, cui VICTOR Epiſcopus praeſedit. Deinde & alia Epiſcoporum *Ponti*, quibus PALMAS tamquam vetuſtiſſimus praefuit. „ Ad haec & alia Paroeciarum per *Galliam*, quas IRENAEVS moderatus eſt. Denique & Epiſcopi per *Oſrhoenam*, ac quae in illa ſunt „ civitates; & praecipue BRANCHILLI *Corinthiorum* Epiſcopi, ac „ plurimorum aliorum, qui uno & eodem decreto ac judicio eamdem „ ſententiam conſtituerunt. Epiſcopis vero per *Aſiam* (*minorem*) qui

oſtendunt utrinque geſta ſaeculo II. in controverſia de Paſchate inter VICTOREM & Aſianos Epiſcopos exorta.

„ morem

Digitized by Google

„ morem ipſis ab antiquo traditum retinendum eſſe adfirmabant, praee-
„ rat POLYCRATES, qui in eo ſcripto, quod ad VICTOREM, *Ro-*
„ *manamque* Eccleſiam exaravit, traditionem ad ipſius uſque tempora
„ ſervatam hiſce verbis exponit: *Nos illibatum* (ἀραδιούργητον inviolabi-
„ lem, non facile immutandum) *agimus Paſchatis diem. Magna enim lu-*
„ *minaria in Aſia obdormiverunt* PHILIPPVS unus *ex duodecim Apoſtolis*,
„ & IOHANNES, *qui ſupra pectus Domini recubuit*, POLYCARPVS &c.
„ *Iſti omnes diem Paſchae in quartadecima die menſis obſervaverunt juxta*
„ *Evangelium, fidei regulam per omnia conſervantes. Unde non perturbabor*
„ *ex iis, quae ad terrorem referuntur* (ἐπὶ τοῖς καταπλησσομένοις; non
„ formidabo eos, qui nobis minantur, prout vertit D. HIERONY-
„ MVS). *Poteram etiam praeſentium Epiſcoporum facere mentionem, quos*
„ *petiſtis, ut convocarem, ſicut & feci; quorum nomina, ſi ſcribam, ingens*
„ *multitudo* (πολλὰ πλήθη εἰσίν) *ſunt, qui in epiſtolam hanc conſentiunt &c.*
„ Poſt iſta *Romanus* Epiſcopus VICTOR confeſtim totius *Aſiae* Paroe-
„ cias una cum vicinis Eccleſiis tamquam aliena ſentientes a commu-
„ nionis unitate abſcindere conatur, invehiturque in eas per litteras,
„ ac cunctos illic fratres prorſus excommunicatos denunciat. Verum
„ hoc non omnibus Epiſcopis placebat, ſed hortabantur eum, ut quae
„ unitatis, pacis, & dilectionis cum proximis eſſent, ſentiret. Exſtant
„ autem & verba illorum, qui VICTOREM acriter reprehenderunt.
„ E quibus & IRENAEVS nomine Fratrum (*Epiſcoporum*) per *Gal-*
„ *liam*, quibus praeerat, ſcripſit, & id quidem adprobans, ſola Domi-
„ nica die Reſurrectionis Domini celebrandum eſſe myſterium; VI-
„ CTOREM vero, ne cunctas Eccleſias Dei antiquae conſuetudinis tra-
„ ditionem retinentes alienaret, competenter, & multis admonet. IRE-
„ NAEVS autem non VICTORI ſolum, ſed & variis ac plurimis alia-
„ rum Eccleſiarum praeſidibus mutuis epiſtolis de nota hac quaeſtione
„ ſcripſit. Qui vero in *Palaeſtina* erant Epiſcopi, NARCISSVS &
„ THEOPHILVS, & alii, qui cum iſtis convenerant ad Synodum,
„ poſtquam de traditione celebrandi Paſchatis, quae ad ipſos ex ſucceſ-
„ ſione Apoſtolorum deſcenderat, multis tractaſſent, circa calcem ſcri-
„ pti ſui iſta ad verbum ſubjecerunt: *Satagite autem noſtrae epiſtolae exem-*
„ *pla per totam Paroeciam mittere, ne rei ſimus erroris eorum, qui ſuas*
„ *ipſorum animas tam facile ſeducunt. Significamus autem vobis, quod &*
„ Alexandriae *eadem die, qua nos, Paſchatis diem agunt.* „ Hactenus
EVSEBIVS.

Hac quidem abutuntur multi ſive ad VICTOREM imprudentiae ac temeritatis adcuſandum,

IV. BOEHMERVS (*diſs. IX. ex XII. Jur. Eccleſ. ant. p.* 473.) ait, hancce quaeſtionem excitatam fuiſſe TEMERITATE VICTORIS E*piſcopi Romani*; MOSHEMIVS quoque in Commentariis *de rebus Chriſtianorum* ante CONSTANTINVM M. (*p.* 447.) *facinus* hoc VICTORIS vocat *temeritatis*, & *imprudentiae* plenum. Ad hos nuper adceſſit *Juſtinus* FEBRONIVS (T. II. p. 611.), ubi inter cetera ait: *illum* (VICTOREM) *ut eccleſiaſticae unitatis minus ſtudioſum*, NIMIAQVE PRAECIPITATIONE *in excommunicando abductum improbaverunt quamplurimi ejuſdem temporis Praeſules ſanctitate conſpicui, quos inter* IRENAEVS. Aliud VICTORIS vitium notat DVPINIVS (*de ant. Eccl. diſcipl. p.* 143.) nempe uſurpatam in *Aſianos* Epiſcopos non legitimam

Sive ad Apoſtolicae Sedis depri-men-

juris

jurisdictionem . „ Quod ſi, inqnit, tum temporis in more poſitum fuiſ-
„ ſet nihil gravius ad diſciplinam pertinens ſine *Romani* Pontificis aucto-
„ ritate decernere, ſi VICTORI licitnm fuiffet judicia in *Aſia* lata re-
„ tractare, ſi *Aſiani* debuiſſent parere judiciis a *Romano* Episcopo latis,
„ immerito Epiſcopi Catholici VICTOREM *acerbe* perſtrinxiſſent,
„ quum potius *Aſiani* fuiſſent reprehendendi, qui quidem contra ejus jura
„ & privilegia, nec non contra conſuetudinem Apoſtolicam, ut adverſarii
„ volunt, tam audacter peccaſſent. Porro excommunicatio a VICTORE
„ lata non probat, eum ullam in *Aſianos* juriſdictionem habuiſſe, quum
„ omnes pariter Epiſcopi ex veteri conſuetudine poſſint ſe ab aliorum
„ communione ſecernere. Adde quod ceteri Epiſcopi cum *Aſianis* com-
„ municare non ceſſarunt . „ Eadem fere FEBRONIVS VICTORI
exprobrat tnm citato loco, tum *tomo I. cap. IX. §. 7. n.* 2. & 4. *pag.* 730.
ſeq. MOSHEMIVS contra ab hoc vitio VICTOREM abſolvit, ſed is
excommunicationem a VICTORE ſive intentatam, ſive etiam prola-
tam in nihilum fere redigit. „ Proteſtantes, inquit (l. c.), primum
„ in hac re ſpecimen arrogantiae, naſcentiſque dominationis Epiſcopo-
„ rum *Romanorum*, primum excommunicationis Anti-Chriſtianae exem-
„ plum nos obſervare jubent. Verum errant viri egregii, atque ex re-
„ centiorum temporum moribus rem antiquam metiuntur. Ea, qua
„ VICTOR vivebat, aetate tanta nondum erat Antiſtitis *Romani* po-
„ teſtas, ut quorum ſententias & inſtituta improbabat, eos totius Ec-
„ cleſiae corpore abſcindere poſſet. Hoc ipſa haec controverſiae Paſchalis
„ hiſtoria omnem extra controverſiam ponit. Jus enim & facultas ſi *Ro-
„ mano* Epiſcopo fuiſſet, quos vellet univerſae Eccleſiae communione
„ privandi, neque IRENAEVS, neque reliqui Epiſcopi voluntati ejus
„ adverſari auſi fuiſſent, ſed ratum habuiſſent, quod ab ipſo judicatum
„ erat. Verum unicuique Epiſcopo licebat, quos in graviſſimis erroribus
„ verſari ducebat, aut religionem polluere, ſua & Eccleſiae, quam gu-
„ bernabat, communitate excludere, ſeu indignos fratrum nomine pro-
„ nuntiare, Qua quidem facultate ne hodie quidem carent doctores Ec-
„ cleſiae. Hoc communi omnium Epiſcoporum jure VICTOR uteba-
„ tur, ceteraſque eccleſias per litteras certiores faciebat, ſe *Aſiaticos* ob
„ pertinaciam in veteri more ſuo defendendo ſuae & *Romanae* Eccleſiae
„ communione ſecluſiſſe, ſperans, fore, ut exemplum ſuum reliqui An-
„ tiſtites ſequerentur, pariterque *Aſiaticos* germanorum fratrum numero
„ expellerent: in quo tamen opinio hominem fallebat . . . . . Nolebant
„ reliqui Epiſcopi exemplum hoc VICTORIS aeque periculoſum,
„ atque imprudens, imitari. Imitati vero fuiſſent, & nolentes etiam
„ & inviti imitari debuiſſent, ſi hac aetate *Romani* Antiſtitis voluntate
„ fores Eccleſiae hominibus occludi potuiſſent. „ Verum heic quaeri poſ-
ſet, majoremne inſcitiam, an impudentiam hi VICTORIS cenſores
praeſeferant: utramque certe produnt ſingularem.

mendam auctoritatem.

V. Certe ut de *temeritatis*, & *impudentiae* nota, quam VICTORI cum
BOEHMERO & MOSHEMIO FEBRONIVS inurit, primum dicam,
nihil ea audacius fingi poteſt, ſive rationes, quae illum ad eam tuendam
diſciplinam impulerunt, ſive cauſſam, quam VICTOR propugnavit, ſive
demum, quo illam defendit, modum conſideremus. Cauſſa quidem di-

Sed per ſummam inſcitiam, atque impudentiam, ſeu cauſſam quam VICTOR defendit,

ſciplina fuit, quam ſi *Aſianas* Eccleſias exceperis, reliquae per univerſum orbem Eccleſiae non modo ſervabant, ſed etiam ſe ex Apoſtolorum traditione ſervare profitebantur. Id ex EVSEBIO ipſo audivimus. Ipſe ACESIVS *Novatianus* Epiſcopus a SOCRATE (*lib.* 1. *cap.* 10.) ſub *Nicaeni* Concilii finem ſic adloquens CONSTANTINVM *Magnum* inducitur: *Nihil novi, o Imperator, Concilium decrevit: nam antiquitus a primis Eccleſiae jactis fundamentis, & ab* APOSTOLORVM TEMPORIBVS *idem tempus Paſchatis celebrandi adcepi*. Poſtea vero haec una a VICTORE vindicata viguit diſciplina pluribus Conciliis ad eam confirmandam adlaborantibus. Nam qui ſub CONSTANTINO ex pluribus Eccleſiis *Arelate* convenerunt Epiſcopi, Canone primo SILVESTRVM *Romanum* Pontificem in hunc modum adloquuntur: *Primo loco de obſervatione Paſchae Dominici, ut uno die, & uno tempore per omnem orbem obſervetur, & juxta conſuetudinem litteras ad omnes tu dirigas*. Quod vero ne ſic quidem Eccleſiarum in Paſchate celebrando diſſenſio ſublata eſſet, inter cetera cauſſa fuit, cur *Nicaenum* Concilium cogeretur. EVSEBIVS id diſerte tradit (*lib. I. de vita* CONSTANT. cap. V.) *Alius quoque his antiquior ſuberat morbus longe graviſſimus: qui Eccleſias jampridem infeſtabat, diſſenſio ſcilicet de ſalutari feſto*. Idem ex S. ATHANASIO diſcimus in lib. *de Synodis* (*num.* 5.). Nicaena *Synodus*, inquit, *non temere, ſed ex urgente neceſſitate, & ex legitima cauſſa coacta eſt; nam* Syriae, Ciliciae, & Meſopotamiae *populi circa feſti celebrationem claudicabant*. Oecumenica porro haec Synodus propugnatam a VICTORE ſententiam lege lata comprobavit: *Placuit*, inquit CONSTANTINVS in epiſtola ad Epiſcopos, qui Synodo non interfuerant, *communi omnium judicio, ut Sanctiſſimi Paſchae feſtivitas uno eodemque die celebraretur*. Quare iidem *Nicaeni* Patres in epiſtola ad *Alexandrinam* Eccleſiam apud THEODORETVM (*lib. I. hiſt. cap. IX.*) ajunt: *Nunciamus praeterea vobis de concordia ſanctiſſimi Paſchae, hoc etiam negocium precibus veſtris adjuvantibus feliciter confectum fuiſſe, cunctoſque, qui in Oriente ſunt fratres, qui antea cum Romanis & vobiſcum, & cum omnibus jam inde ab ultima antiquitate Paſcha obſervantibus minime conſentiebant, deinceps vobiſcum eſſe celebraturos*. *Nicaeni* Concilii ſanctionem graviſſimo decreto *Antiocheni* Patres a. CCCXLI. ſeu potius juxta *Ballerinios* CCCXXXII. confirmarunt. „ Omnes, inquiunt *Can. I.* apud eoſdem *Ballerinios* (*T. III.*
„ *S. Leon col.* 424.) qui audent diſſolvere regulam ſancti & magni Con-
„ cilii *Nicaeni*, quod celebratum eſt in praeſentia Domini amantiſſimi
„ CONSTANTINI Imperatoris noſtri, de ſancta feſtivitate Paſchali
„ Salvatoris noſtri, incommunicabiles & ejectos ab Eccleſia eſſe debere:
„ maxime ſi perſeveraverint eſſe ſtudio contentionis, ad ſubvertenda ea,
„ quae optime conſtituta ſunt. Et haec quidem dicta ſunt de Laicis. Si
„ autem de Praepoſitis Eccleſiae aliquis, ideſt vel Epiſcopus, vel Preſ-
„ byter, vel Diaconus poſt hanc definitionem, & hunc terminum in
„ ſubverſionem populorum, & Eccleſiarum perturbationem nitatur, ac
„ ſic renitens cum Judaeis Paſcha voluerit celebrare, hunc ſancta Syno-
„ nodus ab hoc jam alienum ab Eccleſia judicavit, tamquam eum, qui
„ non ſolum proprii peccati, ſed & aliorum corruptae mentis & con-
„ verſationis ſupplantator extiterit reus. Et non ſolum hujuſmodi de-

„ ponit

„ ponit a Sacerdotio ; ſed & hos, qui eis auſi fuerint communicare poſt
„ damnationem. Depoſitos autem etiam honore, qui extrinſecus eſt, pri-
„ vari oportet, quem Sanctus Canon, & Dei Sacerdotium meruit. „

VI. Neque vero graves VICTORI rationes defuerunt, quae ad hanc ab *Aſianis* poſtulandam diſciplinam illum impellerent ; immo propemodum neceſſarias habuit. „ Impletis namque, ut recte Cl. AMORT animadvertit (*Tom. III. Element. Jur. Canon. diſſ. I. pag.* 12. *Venet. edit.*) jam „ manifeſte Prophetarum & Chriſti oraculis de extinctione, ac translatione Religionis *Judaicae* poſt ſecundam everſionem *Jeroſolymae* & gentis ſub HADRIANO, merito naſci poterat quaeſtio, an obſervatio „ legis *Moſaicae* quoad ritus praefigurativos, quae hactenus tolerabatur „ inſtar caeremoniae inanis ac *mortuae*, non jam habenda eſſet pro *mortifera* ; praeſertim quum *Ebionitae*, & *Maſoretae* multos in ſuum errorem de neceſſaria adhuc obſervantia legis pertrahere niterentur. „ Quin etiam BLASTVM *Romanae* Eccleſiae Presbyterum quatuordecim circiter ante annos a deceſſore ſuo ELEVTHERIO excommunicatum VICTOR noverat cum multis de cauſſis, tum praecipue quod TERTVLLIANO teſte (*de Praeſcript. haeretic. cap.* 53.) *Paſcha non aliter cuſtodiendam eſſe dicebat, niſi ſecundum legem* Moyſis *quartodecimo menſis*. Quamobrem timere fortaſſis non injuria poterat, ne ASIANOS paullatim idem error implicaret. Atque in hoc ille metu confirmari potuit acceptis tum *Palaeſtinorum* Antiſtitum, tum ipſius POLYCRATIS litteris. Illi enim ſub epiſtolae finem haec adnotaverant : *Satagite autem noſtrae epiſtolae exempla per totam Paroeciam mittere, ne rei ſimus erroris eorum, qui ſuas ipſorum animas tam facile ſeducunt* : quibus ſane verbis *Aſianos* non tam violatae generalis diſciplinae, quam erroris ad fidem aliqua ratione pertinentis adcuſare videbantur. Hic vero deceſſores ſuos *diem Paſchae in quartadecima die menſis obſervaſſe* JVXTA EVANGELIVM, FIDEI REGVLAM *per omnia conſervantes* perſcripſerat ; quae ſententia eo facile pertrahi poterat, ut qui contrariam diſciplinam ſervabant, veluti ab Evangelio, & Fidei regula alieni ex POLYCRATIS mente habendi eſſent. Quid ? quod POLYCRATES, quo ſuam in *Aſiana* retinenda diſciplina obſirmationem tueretur, debitam Deo obedientiam obtendebat. Huic autem vix eſſe locus poterat, niſi POLYCRATES *Aſianorum* diſciplinam ex divina inſtitutione profluxiſſe exiſtimaſſet. Equidem non ita POLYCRATEM alioſque Sanctiſſimos *Aſiae* Epiſcopos reapſe ſenſiſſe Cl. *Franciſco Antonio* de SIMEONIBVS (*T. I. de Rom. Pont. judiciar. poteſt. pag.* 411.) facile dederim ; ſi enim tanto illi in errore verſati fuiſſent, neque IRENAEVS neque alii VICTOREM rogaſſent, ne eos a communione ſegregaret. Verum etſi illi pro ſola diſciplinae conſuetudine pugnabant, VICTORI tamen gravius aliquid ſuſpicandi occaſionem praebuerunt, ut Pontifex, in hoc diſciplinae negocio, Fidei ipſius periculo conſulendum ſibi magna veri ſpecie cenſeret. „ Acceſſerat, inquit „ AMORTIVS (*p.* 12.) aliud non levis momenti motivum, fideles „ quoad caeremonias ſolemnes publicas apertius diſtinguendi a *Judaeis*, „ quia hi omnibus gentilibus ob perpetuas ſeditiones erant exoſi. Itaque „ quum experientia docuerit, in perſequutionibus opinione gentilium „ Chriſtianos cum *Judaeis* ſaepe fuiſſe confuſos, etiam haec ratio pre- „ mere

ſeu rationes, quibus ad eius defenſionem ſuſcipiendam permotus eſt ;

Digitized by Google

„ mere poterat VICTOREM ad introducendum in tota Eccleſia ſo-
„ lemne diſtinctivum a *Judaeis*..„

ſeu modum, quo in hoc negocio ſe geſſit, conſideremus.

VII. Sed tandem quei VICTOR in hoc cum *Aſianis* diſſidio ſe geſſerit, videamus. Primum igitur Concilia ubique cogi juſſit, ut Eccleſiarum omnium hac ſuper re conſuetudines, & traditiones facilius certiuſque pernoſceret. BEDA in tractatu *de aequinoctio vernali Palaeſtinae* Synodi quaedam profert acta, in quibus hoc Concilium VICTORIS auctoritate conveniſſe aperte traditur. Sic enim incipiunt: „ Papa VICTOR *Romanae* Urbis Epiſcopus direxit auctoritatem ad „ THEOPHILVM *Caeſarienſem*, *Palaeſtinaeque* Antiſtitem, ut quomo„ do Paſcha recto jure a cunctis Catholicis celebraretur, inibi fieret „ ordinatio, ubi Dominus & Salvator mundi fuerat in carne verſatus. „ Percepta itaque auctoritate praedictus Epiſcopus non ſolum de ſua „ Provincia, ſed etiam de diverſis regionibus omnes Epiſcopos evocavit. „ Ubi quum illa multitudo convenit, tunc THEOPHILVS Epiſcopus „ protulit auctoritatem ad ſe miſſam Papae VICTORIS, & quid ſibi „ operis fuiſſet injuctum oſtendit. „ Ex his porro liquet, Synodum illam non conveniſſe, niſi poſtquam adepiſſet THEOPHILVS VICTORIS *auctoritatem*, hoc eſt epiſtolam, qua quid agendum eſſet, injungebatur. Neque vero nova aut inſolens videri debet haec vocabuli *auctoritatis* interpretatio. „ Idem quippe uſus, quemadmodum Cl. COV„ STANTIVS (*T. I. Epiſt. RR. PP. col.* 92.) obſervat, antiquis familia„ ris eſt, adeo ut in pervetuſta Canonum collectione, quae *Morbacenſi* „ in Monaſterio adſervatur, haud alio nomine inſcribatur unaquaeque „ ſummorum Pontificum epiſtola. Non enim ibi legere eſt *Epiſtola* SI„ RICII, ſed *auctoritas* SIRICII *ad* HIMERIVM, & ſic deinceps „ *auctoritas* ZOSIMI *ad* ISICIVM &c. „ Equidem novi *Palaeſtina* geſta, quae heic BEDA appellat, TILLEMONTIO, atque ipſi COVSTANTIO, dubiae eſſe fidei; at ea ab illius criticis animadverſionibus nuper laudatus de SIMEONIBVS (*p.*401.), ab hujus vero ſcrupulis AMORTIVS (*Tom. III. Elem. Jur. Canon. p.* 15.) vindicavit. „ Sed neque, in„ quit idem COVSTANTIVS, apud EVSEBIVM deſunt indicia, un„ de Epiſcopos *Palaeſtinae*, aliarumve provinciarum litteris VICTO„ RIS invitatos concilia celebraſſe opinemur. Nempe de Synodicis *Pa„ laeſtinorum* litteris ſic ille loquitur: *Epiſcopi* Palaeſtinae, *quos ſupra me„ moravi*, NARCISSVS *ſcilicet* (Jeroſol.) *&* THEOPHILVS (Cae„ ſareae) *& cum illis* CASSIVS Tyri *&* CLARVS Ptolemaidis *Epiſ„ copi, & qui ſimul cum ipſis convenerant, poſtquam de traditione diei Paſcha„ lis, quae jam inde ab Apoſtolis ad ipſos continua ſucceſſione manaverat, „ multa in ſuis litteris diſſeruerint, tandem ad finem epiſtolae his utuntur „ verbis: Date operam, ut Epiſtolae noſtrae per omnes Eccleſias mittantur, ne „ nobis crimen imputent, qui animas ſuas a recto veritatis tramite facile ab„ ducunt. Illud etiam vobis ſignificamus, eodem, quo apud nos die, Paſcha* „ Alexandriae *celebrari: a nobis enim ad illos, & viciſſim ab illis ad nos „ litterae perferuntur, ita ut uno conſenſu & ſimul ſacrum peragamus diem.* „ His porro verbis, *videte, ut epiſtolae noſtrae per omnes Eccleſias mittantur*, „ ſcribere ſe indicant ad eum, ad quem ſollicitudo pertinebat omnium

„ Eccle-

Digitized by Google

„ Eccleſiarum (1), nec videntur ſic ad VICTOREM reſcripſiſſe, niſi
„ quia ille prius ipſos litteris ſuis praevenerat. Quod quidem alio EV-
„ SEBII loco firmius probatur. Is quippe (*lib. V. hiſt. Cap.* 24.) eam
„ adſervavit epiſtolae POLYCRATIS partem, in qua iſte praeſul Epiſ-
„ copos *Aſianos* a ſe, prout ante petierat VICTOR, convocatos fuiſſe
„ conceptis verbis teſtatur. *Poſſem*, inquit ad ipſummet VICTOREM,
„ *etiam Epiſcoporum, qui mecum ſunt, facere mentionem, quos quum a me*
„ CONVOCARI PETIISSETIS, *convocavi*. Quocirca nemini temera-
„ rius videbitur, qui VICTOREM id, quod ab *Epheſiorum* Epiſcopo
„ petiit, a ceteris etiam, qui diverſis in provinciis Synodos eadem de
„ cauſſa celebrarunt, petiiſſe judicarit. Hoc etiam ipſo ordine, quo Sy-
„ nodorum illarum litteras recenſet EVSEBIVS, firmatur. Iſtud nem-
„ pe in fronte praemittit: *Exſtat Epiſtola Synodi* Romanae, *cui* VICTO-
„ RIS *Epiſcopi nomen praefixum eſt*. Túm deinde ſubjicit: *habentur prae-*
„ *terea litterae Epiſcoporum Ponti, quibus* PALMA, *utpote antiquiſſimus*
„ *praefuit. Epiſtola quoque Eccleſiarum* Galliae *exſtat, quibus praeerat* IRE-
„ NAEVS. *Eccleſiarum quoque* Osrhoenae *Provinciae & in urbibus regio-*
„ *nis illius conſtitutarum litterae viſuntur. Seorſum vero* BACHYLLI Co-
„ rinthiorum *Epiſcopi, aliorumque complurium epiſtolae exſtant*. Unde col-
„ ligere eſt, VICTOREM per diverſas provincias encyclicam miſiſſe
„ epiſtolam, qua ab Epiſcopis, quo die Paſcha celebrandum eſſe ſen-
„ tirent, ſibi ſignificari petebat, eoſque petitioni illius conſenſiſſe. „ Ac-
ceptis tot Conciliorum epiſtolis VICTOR *Romanum* ipſe quoque Concilium habuit, in eoque lectis illis litteris ad POLYCRATEM ſcripſit. Nam licet EVSEBIVS primam omnium iſtarum Synodorum *Romanam* memoret, nullus dubito, quin haec illas ſequuta fuerit. In epiſtola porro, quam ex *Romana* Synodo ad POLYCRATEM miſit, petiiſſe VICTOR videtur, ut ille ſuorum Epiſcoporum Concilium cogeret, eoſque ad deſerendam, quam hactenus cum *Judaeis* ſervaverant, conſuetudinem hortaretur: ni facerent, eos ab unitate Eccleſiae ſe abſciſſurum minabatur. Profecto VICTOR non ita minaciter cum *Aſianis* egiſſet, niſi prius de Eccleſiarum conſuetudine, quemadmodum Synodorum indictione voluerat, certior factus fuiſſet. Quamobrem vel ex hoc capite

Roma-

---

(1) TILLEMONTIVS quoque (*T. III. ubi de* VICTORE) ad *Romanes* has litteras perſcriptas fuiſſe, conſentit: DVGVETVS quidem (*conferenc. Eccleſ. T. 1. diſſ.* X. *pag.* 173.) Eccleſias *Syriae* heic indicari exiſtimat, quas contrariam *Palaeſtinis*, & *Romanis* in Paſchate celebrando conſuetudinem ſectatas fuiſſe S. ATHANASIVS in *Lib. de Synodis* teſtificatur. Sed ATHANASII quidem temporibus *Syras* Eccleſias ad *Aſianorum* diſciplinam deflexiſſe conſtat; VICTORIS autem aetate *Romanis* in Paſchatis celebratione conſenſiſſe tum ex EVSEBIO diſcimus, qui ut recte (*adnot. I. in* VICTOR.) TILLEMONTIVS obſervat, ſolos *Aſianos a Romanis* hac in re diſſenſiſſe memorat, tum ex ANATOLIO *Laodiceno* apud *Syros* ſub annum CCLXXVI. Epiſcopo, qui apud BVCHERIVM Paſcha die Dominico neceſſario immolandum admonebat. Ut ut eſt, *Palaeſtini* Epiſcopi, ſi ſolum *Syriae* Eccleſias heic denotaſſent, inſinita illa phraſi *per omnes Eccleſias* uſi nequaquam fuiſſent; nec ſane video, cur ad *Syros* potius, quam ad *Aſianos*, quorum gratia potiſſimum ea exorta erat in Eccleſiis diſceptatio, litteras ii ſuas mitti voluiſſent.

Digitized by Google

Romana illa Synodus poſt delatas *Romam* Synodales ceterarum Eccleſiarum litteras differenda eſt. Quid vero heic aut imprudentiae, aut temeritatis nota dignum? Id enim nihil aliud fuit, quam eos paterne admonete, ut abjecta *Judaeorum* conſuetudine univerſae Eccleſiae regulam ſequerentur. At vero POLYCRATES ſuam ſe, ſuoſque diſciplinam ſervare velle obfirmate reſcripſit, nihil Pontificis minis deterritus. Tum enimvero VICTOR *Aſianorum* pertinacia commotus, atque in concepta de fidei apud eos periculo ſuſpicione ab eorum litteris, ut diximus, confirmatus in illos ſententiam dixit. Anne vero inconſideratum, & praecipitem in hac cauſſa ſe VICTOR praeſtitit, qui *Aſianos* non ante damnavit, quam in omnium Eccleſiarum conſuetudines inquiſiiſſet, Concilii *Romani* ſuffragia rogaſſet, minis illos abſterrere conatus fuiſſet? Sed luculentiora mitis, quem VICTOR praeſetulit, animi argumenta promamus. Cogitaverat VICTOR a communione *Aſianos* abſcindere, quemadmodum minatus fuerat. *Verum*, inquit EVSEBIVS, *haec non omnibus placebant Epiſcopis. Proinde* VICTOREM *ex adverſo hortati ſunt, ut ea potius ſentire vellet, quae paci caritatique erga proximum congruebant*. Horum praecipuus IRENAEVS fuit, cujus tamen litterae, unde lux maxima huic cauſſae adfulgeret, praeter unius fragmentum interciderunt. Quid porro VICTOR? Scio doctiſſimos viros BELLARMINVM, BARONIVM, PAGIVM, *Petrum de* MARCA, SCHELESTRATIVM, TILLEMONTIVM, MASSVETVM IRENAEI editorem, *Franciſcum* de SIMEONIBVS, BINERVM in ea fuiſſe ſententia, ut VICTOREM nihil his deterritum excommunicationem in *Aſianos* tuliſſe exiſtimarint. Malo ego cum HALLOIXIO, *Henrico* VALESIO, DAVDIO (*Tom. II. hiſtor. univ. p.* 458.) VICTOREM anathematis fulmen cohibuiſſe, ſola ſuae Patriarchalis communionis negatione contentum. Nam praeter adlata EVSEBII verba, quae *Henrico* VALESIO decretoria viſa ſunt, *abſcindere conatur*, HIERONIMVS quoque (*de vir. illuſtr.* c. XLIV.) ſatis id indicat, dum ait: *Feruntur* (IRENAEI) *& aliae ad* VICTOREM *Epiſcopum* ROMANVM *de quaeſtione Paſchae epiſtolae, in quibus commonent, non facile debere unitatem Collegii ſcindere: ſiquidem* VICTOR *multos* ASIAE *&* ORIENTIS *Epiſcopos, qui decimaquarta luna cum Judaeis paſcha celebrabant*, DAMNANDOS CREDIDERAT. Exſtat quoque inſignis ea de re EPIPHANII locus (*haer. LXX.*) ubi ait, POLYCARPI (l. POLYCRATIS) & VICTORIS *aetate quum Orientales ab Occidentalibus divulſi pacificas a ſe invicem litteras nullas adciperent*. Hinc enim diſcimus, VICTOREM, & *Occidentalis* Patriarchatus Epiſcopos cum *Aſianis* communionem abrupiſſe, intermiſſa ſcilicet litterarum *pacificarum* communicatione, & fermenti (ſeu panis benedictus id fuerit, ſeu Euchariſtia) ſub Paſchale tempus miſſione (2), quin tamen illos ab Eccleſiae unitate praeciderent. Sic enimvero quaecumque de hoc VICTORIS & *Aſianorum* diſſidio apud EVSEBIVM, ceteroſque veteres Scriptores legimus, nullo negocio inter ſe ſe conciliantur, ac vere a NICOLAO I. (*ep. IX. ad Mich. Imp.*) ſcri-

(2) Vide tamen, quae in hanc *epiſt. RR. PP. col.* 105.) rem COVSTANTIVS adnotat (*T.* 1.

ſcriptum fuiſſe intelligimus: *Aſianos* VICTOR *a communione* COLLEGII (ſeu Epiſcopali) *ſeparavit*. Neque tamen haec ipſa *Occidentalium* Eccleſiarum cum *Aſianis* Epiſcopalis communionis intermiſſio diuturnafuit. Nempe, ut ait ANATOLIVS *Laodicenus* a BVCHERIO editus (*p.*444.) *contentio quaedam exorta eſt inter eorum ſucceſſores*, VICTOREM *ſcilicet* Romanae *urbis eo tempore Epiſcopum*, & POLYCRATEM, *qui tunc in Epiſcopis* Aſiae *primatum gerere videbatur, quae* IRENAEO *tunc* Galliae *partis praeſule rectiſſime pacata eſt, utriſque partibus in ſua regula perſeverantibus, nec a coepto antiquitatis more declinantibus*. IRENAEVS VICTOREM litteris, quae periere, certo edocuerit, nihil fidei timendum, neque *Aſianos* id velle, ut neceſſario, & ex fidei regula Paſcha cum *Judaeis* celebrandum foret; repugnare tantummodo, ne avitam, atque a IOHANNE in re unius diſciplinae acceptam conſuetudinem abjicere cogerentur. Quamobrem VICTOR, qui cauſſa potiſſimum fidei ſe cum *Aſianis* auſteriorem exhibuerat, eos iterum in ſuam ſuorumque Epiſcoporum communionem recepit.

VIII. Nunc cum illis res mihi erit, qui ad elevandam Apoſtolicae Sedis dignitatem hac *Aſianorum* controverſia abutuntur. Si ſaperent, intelligerent, quae in hac contentione geſta ſunt, luculentiſſima eſſe Pontificiae auctoritatis argumenta. Ea primum eminet in tot Conciliorum ad VICTORIS juſſionem convocatione. Deinde neque ex Epiſcopis, qui VICTORI obſtiterunt, quominus in *Aſianos* excommunicatione animadverteret, neque ex ipſis *Aſianis* ullus fuit, qui poteſtatem Epiſcopis praecipiendi, eorumque, ſi repugnarent, ab Eccleſiae unitate abſcindendorum in VICTORE non agnoverit. Nam ut de *Aſianis* primum loquar, nonne POLYCRATES eorum anteſignanus VICTORI reſcripſit, *qui ſe majores erant, dixiſſe: obedire oportet Deo magis, quam hominibus?* Is igitur ab illis VICTOR habebatur, cui obedire deberent, niſi VICTORIS mandatum cum Dei juſſione confligere falſo putaſſent. Epiſcopi vero, qui ab *Aſianis* conſuetudine diſcrepabant, nec tamen eos ab Eccleſiae unitate ſegregari probabant, VICTORI haud vitio vertebant, quod quam non haberet, poteſtatem ſibi vindicaret, ſed quod legitima poteſtate male uti ipſis videretur: *Multi*, inquit EVSEBIVS, VICTOREM *hortati ſunt, ut ea potius ſentiret, quae paci & unitati, caritatique erga proximum congruebant*. De IRENAEO autem ſingulariter ait: VICTOREM *decenter admonet, ne integras Dei Eccleſias morem ſibi a majoribus traditum cuſtodientes a communione abſcindat*. Hiſne abhortationibus, haccine admonitione contenti fuiſſent, ſi VICTOR non ſuam in hac cauſſa poteſtatem ſibi adrogaſſet? Praeterea vide cum PERRONIO (*Repl. a la reſponſ. du Roy de la grand Bretagne p.* 340.) & MAIMBVRGIO in epiſtola ſecunda, quam *Romanae* Eccleſiae nondum inimicus ſub FRANCISCI ROMANI nomine vulgavit (3), quae pacis exem-

Haec porro controverſia ad illuſtrandam Romanae Sedis auctoritatem maxime facit.

(3) „ De plus ce grand & ce Saint „ Archeveſque de *Lion*, n' allegue „ pas au Pape ſon exemple, & ce„ luy des autres Eveſques des *Gau„ les*, aſſemblés dans un Concile te„ nu pour cet effet, ni les exemples „ des Conciles de la *Paleſtine*, de „ *Pont*, de *Corinthe*, & beaucoup d' „ autres Provinces, convoqués pour „ la meſme cauſe, & qui s'attachans „ tous

Digitized by Google

exempla VICTORI IRENAEVS propoſuerit ; non ſuum ipſius , & *Gallicarum* Eccleſiarum , non Conciliorum , quae in *Palaeſtina* , *Ponto* aliiſque Chriſtianis Provinciis celebrata fuerant , ſed ANICETI , PII , HYGINI , TELESPHORI , & SIXTI *Romanorum* Pontificum , qui pacem coluerant *cum iis* , *qui ad ſe veniebant ex Eccleſiis* , quae diverſa diſciplina utebantur . Cur hoc ? niſi quia illorum damnandorum poteſtas penes hoſce tantummodo erat . At non obſtiterunt ſolum VICTORI Epiſcopi , ſed illum arguerunt , atque acriter perſtrinxerunt . RVFINVS equidem , quae paullo antea EVSEBII de IRENAEO loquentis verba recitavimus , ſic reddidit : VICTOREM *tamen* ARGVIT , *quod non recte fecerit , abſcindere a corpore Eccleſiae tot & tantas Eccleſias* . Sed non COVSTANTIVS modo (*T. I. Epiſt. RR. PP. col.* 101.) heic RVFINVM *ab* EVSEBII *mente aberraſſe monuit* , ſed etiam MAIMBVRGIVS in laudata epiſtola ſecunda ſcripſerat : *de dire , comme a fait* CALVIN , *ſuivant l' hiſtorien* RVFIN , *qu' il le réprit fort aigrément ; c' eſt ſuivre un hérétique* Arien , *qui parle plus modeſtement ; je veux dire* d' EVSEBE . Quia tamen EVSEBIVS ipſe aliquorum , qui VICTOREM *acerbius perſtrinxerant* , epiſtolas indicat , mirabor primum adverſariorum inconſtantiam , qui quum VICTOREM quod *auſterius* cum *Aſianis* egerit , reprehendant , Epiſcopos tamen , qui VICTOREM , *acerbius perſtrinxerunt* , commendent . Deinde quum inter eos , qui VICTOREM *acerbius perſtrinxerant* , IRENAEVM EVSEBIVS appellet , quem tamen *decenti* uſum cum VICTORE admonitione fere continenter addit , verba illa *acerbius perſtrinxerunt* , ſeu quod alii vertunt , *acriter reprehenderunt* , emollienda , atque ad mitiorem aliquam ſententiam pertrahenda eſſe nemo non videt . At certe , inquies , ſchiſmatici ab *Occidentalibus* Epiſcopi *Aſiani* habiti non ſunt . Neque vero haberi poterant , quum eos ab Eccleſiae unitate VICTOR non abſciderit . *Occidentales* tamen Epiſcopi utique VICTORIS exemplo & auctoritate ab *Orientalibus divulſi* pacificas illis litteras , ut ab EPIPHANIO accepimus , aliquamdiu non miſerunt . Fac tamen , VICTOREM in *Aſianos* anathematis ſententiam tuliſſe . Undenam DVPINIVS , undenam FEBRONIVS *Aſianos* non fuiſſe ab aliis ſchiſmaticos habitos colliget ? Nam quod VICTORIS ſeveritas multis non placeret , eumque IRENAEVS , aliique Epiſcopi ad mitiora conſilia traducere conarentur , id ſolum efficit , timuiſſe illos ,

---

„ tous a la tradition Apoſtolique „ pour la célebration de la Paſque au „ dimanche , n' avoient pourtant pas „ condamnè les Eveſques d' *Aſie* : „ mais il ſe contente de luy produire les exemples des Papes ſes prédeceſſeurs , qui eſtans dans les meſmes ſentimens que luy , n' avoient „ pas néanmoins encore excommunié „ ceux , qui ſuivoient un autre couſtume . Ce qui fait voir manifeſtement , „ qu' il croyoit , que le pouvoir de „ les condamner appartenoit au Pape . „ Haec MAIMBVRGIVS . Quod ſi poſtea in Tractatu hiſtorico *de l' établiſſement , & des prerogatives de l' Egliſe de Rome cap. VIII.* ambitionis , & vindictae ſtimulis actus aliter ſenſit , nos illius miſerebit , ejuſque caſum lacrimabimur . Eo ſcilicet prolapſus eſt , ut falli in rebus fidei *Romanum* Pontificem poſſe ex hoc diſciplinae diſſidio contenderit ; quo nihil ineptius fingi poteſt . Confer Auctorem operis inſcripti *de la Puiſſance de l' Egliſe p. 133. ſeqq.*

illos, ne ſi VICTOR in ſententia perſtaret, & *Aſiani* non reſipiſcerent, inter ſchiſmaticos eſſent hi a ſe connumerandi: quod quum aegre ferrent, VICTOREM de ſuo dimovere conſilio ſtudebant. Quid autem hoc demum eſt, niſi vim Pontificiae excommunicationis agnoſcere? Mirum porro eſſe non debet, nihil de ſchiſmatis incendio, quod quum pax brevi reddita fuerit, vix erumpens reſtinctum fuerit, nobis ſuboleviſſe. Quamquam nae ii perridiculi mihi videntur, qui hoc diſſidium oſtentant, perinde ac ſi omnia illius documenta nobis ſuppeterent: quae ſi aetatem tuliſſent, non dubito, quin vel ab eo indicando abſtinerent, quum in tanta monumentorum inopia *Romanae* tamen Sedis dignitas, atque auctoritas ſeſe aperte prodat. Aliam AMORTIVS rationem adfert, cur *Aſiani* a ſchiſmatis labe immunes evaſerint. „ „ Quum, *inquit ille* (*T. III. Elem. Jur. Eccleſ. p.* 12.) ad hoc ut ali„ qua ſanctio ſupremi *directoris Collegialis* dicatur edita nomine totius „ Collegii, requiratur adceſſio & conſenſus fere omnium membrorum „ Collegii; in iſto vero caſu complures inſignes Epiſcopi VICTORI „ quoad ruptionem communionis cum refractariis ſe oppoſuerint, illa „ ruptio communionis tentata vel intentata a VICTORE, non ſo„ lum reliquit inviolatam refractariorum communionem cum reliquis „ in *Oriente*, & *Occidente* Epiſcopis, ſed vim ſuam brevi amiſit, vel „ continuari & urgeri deſiit in ipſa *Romana* Eccleſia. „ Nollem tamen haec viro docto de calamo excidiſſe. Numquid enim *Romanus* Pontifex *director collegialis* eſt, non caput & princeps Eccleſiae? Numquid nomine Collegii Epiſcopalis, non ſuo & PETRI ſanctiones edit? Numquid PETRO dictum a Chriſto: *Quodcumque ligaveris ſuper terram Apoſtolis probantibus, erit ligatum & in coelis?* Prodat AMORTIVS, ubinam Chriſtus hac conditione promiſſa ſua circumſcripſerit. Sed multo pejora a DVGVETIO (*Conf. Eccleſ. T. I. diſs. X. p.* 176.) traduntur. Nimirum illi, quod VICTORI aliquot Epiſcopi repugnarint, argumento eſt. 1. Epiſcopos cauſſarum, ob quas excommunicatio infligeretur, judices fuiſſe. 2. potuiſſe illos cum iis, qui ab aliis excommunicati eſſent, communicare, ubi de ſententiae injuſtitia conſtitiſſet. Quae ſane falſa quum ſint, praeſertim ubi de *Romana* Eccleſia agitur, *a qua*, ut ad Epiſcopos *Theſſaliae* S. BONIFACIVS I. ſcribebat, *ſe quiſque abſcidit, fit chriſtianae Religionis extorris; inde enim*, inquiunt Patres Aquilejenſes in epiſtola ad GRATIANVM, *in omnes venerandae communionis jura dimanant*; nihil praeterea cum Epiſcoporum VICTORI repugnantium molitionibus commune habent. Hortabantur illi VICTOREM, ut quae paci & caritati magis conſentanea eſſent, ſentiret: quod a judicis auctoritate longe abeſt. Neque VICTOREM ea de re admonebant, quod ipſo invito in *Aſianorum* communione perſtare contenderent, ſed ne ab illorum communione diſcedere Pontificis juſſis cogerentur. Ubi enim VICTOR Patriarchalem ſaltem communionem cum *Aſianis* intermiſit, eam qui obſtiterant, *Occidentales* quoque Epiſcopi abruperunt. (4) Hactenus ſumpſi, VICTOREM, ſi anathemate Aſianos perculiſſet, eos ab Eccleſiae unitate abſciſſurum fuiſſe. Nihil

(4) Confer *Antifebronium* (*T. II. Piſaur. edit. lib. II. cap.* 2, §. 2. & 3.)

enim Catholicis aliud eſt, *Romanum* Pontificem excommunicationis ſententia in quempiam animadvertere, quam ab Eccleſiae unitate ac compage illum divellere. MOSHEMIVS qui hoc inficiatur, id ex paucis, quae ſuperſunt, hujus controverſiae documentis diſcere poterat. EVSEBIVS (*lib. V. cap.* 24. *Valeſ. edit.*) de VICTORE ait: *datiſque litteris univerſos, qui illic erant, Fratres proſcribit, & AB VNITATE ECCLESIAE ALIENOS eſſe pronunciat*; quod RVFINVS vertit: *Litteras mittit, quibus omnes ſimul abſque diſcretione* AB ECCLESIASTICO FOEDERE *ſegregaret.* PHOTIVS vero (*Bibl. Cod. CXX.*) de IRENAEO ait, crebras illum ad VICTOREM litteras miſiſſe, *ne ob Paſchatis diſſenſionem* AB ECCLESIA (non *Romana*, ut MOSHEMIVS ſomniat, ſed univerſa, quam infinitum illud nomen deſignat) *aliquos abdicaret*. Idipſum PHOTIO antiquior EVSEBIVS verbis, quae ſupra adtulimus, indicavit: VICTOREM *decenter admonet, ne integras Dei Eccleſias .... a communione* (Catholica, ſeu, ut RVFINVS interpretatus eſt, *a corpore unitatis*), *abſcindat*. Quin ipſe IRENAEVS in epiſtola ad VICTOREM de ANICETO & POLYCARPO narrat, eos cum pace a ſe invicem diſceſſiſſe, *tam iis, qui obſervabant, quam iis, qui minime obſervabant, pacem, communionemque* TOTIVS ECCLESIAE *retinentibus*. Quorſum haec, niſi quia VICTOR *Aſianos a pace communioneque totius Eccleſiae* ſegregare cogitaverat? Sed de hoc VICTORIS cum *Aſianis* diſſidio ſatis multa diximus, nec pluribus opus eſt, ut vel hinc ſupremum jus Liturgicum *Romano* Pontifici vindicetur.

CAPVT V.

Romani Pontifices jure ſuo uſi ſunt, quum Eccleſias ſaltem Occidentales ad Romanae Eccleſiae ritus adducere ſtuduerunt: ſaepe tamen ritus a Romanis diverſos in aliis Eccleſiis prudenti oeconomia aut tolerarunt aut permiſerunt.

Studium Romanorum Pontificum ad Eccleſiae ſuae ritus, ſublatis aliis quocumque introducendos a Proteſtantibus

I. HOC ſummorum Pontificum ſtudium, haec cura fuit, ut omnes ſaltem gentes, quae in *occiduis* partibus ſunt, traditiones & ritus *Romanae* Eccleſiae in ordine Miſſae, in Sacramentorum adminiſtratione, in Pſalmodia, ceteriſque ad publicum cultum pertinentibus amplecterentur. Id equidem ad Curiae *Romanae* artes refert *Chriſtianus Godofredus* HOFFMAN in diſſertatione *de Libris caerem. & Rit. Eccleſ. & Cur. Rom.* (*p.* 8.) *Quumque*, inquit, *ritus & caeremoniae maximam Religionis partem faciant, facile ſuſpicari* (*Lutherano* tamen Scriptori) *licet, quam late ſe illa rituum & caeremoniarum diſciplina extenderit, & quam arcano conſilio per eam tacitum aliquod imperium introduci potuerit*. Sed *Romanos* Pontifices HOFFMANNVS de ſectariorum ſuorum more audaciſſime calumniatur. Si enim ad propagandos ſacri imperii fines Curia *Romana* Ritus ſuos quocumque gentium introducere laboraſſet, an non *Orientalium* quoque Eccleſiarum ritus maxime a ſuis diſcrepantes abolere ſtuduiſſet?

plus aequo amplificatus

duxiſſet ? Atqui id a *Romanorum* Pontificum conſuetudine plane alienum vidimus. Vere BENEDICTVS XIV. in Conſtitutione a MDCCXLII. pro Italo-Graecis §. 9. ait: *Orientalis Eccleſiae ritus, utpote non minima ex parte a ſanctis Patribus profecti, vel a majoribus traditi, ſic animis* Graecorum, *aliorumque inſederunt, ut Praedeceſſores noſtri* Romani *Pontifices ſatius, conſultiusque duxerint ritus hujuſmodi, qua in parte nec fidei Catholicae adverſantur, nec periculum generant animarum, aut Eccleſiaſticae derogant honeſtati, adprobare, ſeu permittere, quam illos ad Romanorum caeremoniarum normam reducere*. Certe NICOLAVS I. ep. II. ad PHOTIVM ſcribebat: *de conſuetudinibus, quas nobis opponere viſi eſtis, ſcribentes per diverſas Eccleſias diverſas eſſe conſuetudines, ſi illis canonica non obſiſtit auctoritas, pro qua obviare debeamus, nihil judicamus, vel eis reſiſtimus*. Immo *Graecis* ipſis, & *Albanenſibus* ritus *Graeci* inter *Latinos* degentibus, tam Praelatis, Parochis, & Presbyteris ſaecularibus, quam Regularibus & laicis, ut ſuis ritibus, atque obſervantiis, ſive conſuetudinibus uti, ac illos, ac illas obſervare, Miſſasque & alia divina officia ſecundum eorum antiquam conſuetudinem celebrare libere, ac licite poſſint, idem BENEDICTVS XIV. conceſſit, & indulſit, *nec ſuper his*, addit Pontifex, *a quoquam* Latino *Ordinario, illos vel illorum quemlibet moleſtari, vel inquietari permittimus: inhibentes omnibus & ſingulis Praelatis, aliisque, ne quis ritus & coeremonias* Graecorum *in Concilio* Florentino, *vel alias adprobatas blaſphemare, aut reprobare, ſeu improbare auſit*. Sed ne apud ipſas quidem *Occidentales* Eccleſias ſummi Pontifices ſuos ritus invehere tam acriter contenderunt, ut diverſas a ſuis coeremonias omnes penitus abrogari mandarint. Nota eſt epiſtola S. GREGORII M. ad AVGVSTINVM, quem in *Angliam* miſit, ut illas gentes converteret; illi enim interroganti, *cum una quum ſit fides, ſunt Eccleſiarum conſuetudines tam diverſae? & altera conſuetudo Miſſarum eſt in Romana Eccleſia, atque altera in* Galliarum *Eccleſiis tenetur?* Sic reſpondit S. Pontifex: *novit Fraternitas tua Romanae Eccleſiae conſuetudinem, in qua ſe meminit enutritam. Sed mihi placet, ut ſive in ſancta Romana, ſive in Galliarum, ſive in qualibet Eccleſia aliquid inveniſti, quod plus omnipotenti Deo poſſit placere, ſollicite eligas, & in* Anglorum *Eccleſia, quae adhuc in fide nova eſt, inſtitutione praecipua, quae de multis Eccleſiis colligere potuiſti, infundas. Non enim pro locis res, ſed pro bonis rebus loca nobis amanda ſunt*.

II. Non negaverim tamen, *Romanos* Pontifices pro Patriarchali in *Occidentales* Eccleſias jure curaſſe, ut eadem quoad fieri poſſet *Romanae* Eccleſiae diſciplina ab omnibus ſervaretur. Verum ſi Concilia, ut antea vidimus, de rituum abolenda apud ſuae gentis Eccleſias diſſonantia maxime adlaborarunt, quis *Romanos* Pontifices Canonum vindices reprehendat, quod ad eamdem de medio tollendam curas adjecerint? *Hanc rituum in divinis officiis concordiam* (quod MABILLONIVS in Praefatione ad libros tres *de Liturgia Gallicana* ſcite monuit), *magnopere curarunt, teſte* CASSIANO, *etiam primi vitae religioſae inſtitutores: verentes ſcilicet, ne qua in quotidianis ſolemnitatibus inter viros ejuſdem culturae conſortes diſſonantia vel varietas exorta, quandoque in poſterum erroris, vel aemulationis, ſeu ſchiſmatis noxium germen emitteret, ut ipſe ſcribit in lib. II. Inſtitut. cap. V.* Quod vero hac diverſitate ſublata, *Romanae* potiſſimum vindicatus

 Eccle-

praeſertim invicto INNOCENTII I. argumento

Eccleſiae mores alienis ſubſtitui Pontifices ſtuduerint, graviſſimis ſane de cauſſis factum. Eas INNOCENTIVS I. in celeberrima ad DECENTIVM *Eugubinum* epiſtola XXV. complexus eſt his verbis. „ Quis „ enim neſciat aut non advertat, id quod a Principe Apoſtolorum PE- „ TRO *Romanae* Eccleſiae traditum eſt, ac nunc uſque cuſtoditur, ab „ omnibus debere ſervari, nec ſuperduci aut introduci aliquid, quod „ auctoritatem non habeat, aut aliunde adcipere videatur exemplum? „ praeſertim quum ſit manifeſtum, in omnem *Italiam*, *Gallias*, *Hiſpa-* „ *nias*, *Africam*, atque *Siciliam*, & inſulas interjacentes, nullum inſti- „ tuiſſe Eccleſias, niſi eos, quos venerabilis Apoſtolus PETRVS, aut ejus „ ſucceſſores conſtituerint Sacerdotes. Aut legant, ſi in his provinciis „ alius Apoſtolorum invenitur aut legitur docuiſſe. Qui ſi non legunt, „ quia nuſquam inveniunt, oportet eos hoc ſequi, quod Eccleſia *Roma-* „ *na* cuſtodit, a qua eos principium adcepiſſe non dubium eſt, ne dum „ peregrinis adſertionibus ſtudent, caput inſtitutionum videantur omit- „ tere. „ Duo heic INNOCENTIVS adtingit, quae ceteras Eccleſias ad *Romanos* ſectandos ritus veluti cogere debeant. Primum eſt *Romanae* Eccleſiae, *cui*, quemadmodum TERTVLLIANVS in ſuis *Praeſcriptionibus* (cap. XXXVI.) loquitur, *totam doctrinam Apoſtoli* (PETRVS & PAVLLVS) *cum ſanguine ſuo profuderunt*, majeſtas ac dignitas. *Ad hanc* enim (verba ſunt IRENAEI lib. III. cap. 3.) *propter potiorem principalitatem neceſſe eſt omnem convenire Eccleſiam, hoc eſt eos qui ſunt undique Fideles, in qua ſemper ab his qui ſunt, undique conſervata eſt, quae ab Apoſtolis eſt traditio*. Quae quamquam ad fidei decreta potiſſimum ſpectant, negari tamen nequit, quin magnam vim habeant, ut *Romani* ritus omnibus praeferantur. Quis enim non videat, Eccleſias facilius in una fidei morumque concordia perſtituras, ſi eiſdem, quibus *Romana* Eccleſia uteretur, caeremoniis, eademque factorum forma, qua *Romana*, continerentur? Hinc WALFRIDVS Abbas (*lib. de reb. Eccleſ. cap.* 22.) *Et* Romani *quidem*, inquit, *uſum obſervationum a B.* PETRO *Principe Apoſtolorum adcipientes, ſuis quique temporibus, quae congrua judicata ſunt, addiderunt. Quorum morem ideo in ſacris rebus tam multae gentes imitantur, quia & tanti magiſterii ex capite Apoſtolico primordiis clarent, & nulla per orbem Eccleſia aeque ut* Romana *ab omni faece haereſeon cunctis retro temporibus pura permanſit*. Alterum eſt ejuſdem *Romanae* ſedis cum ceteris *Occidentis* Eccleſiis comparatae materna veluti auctoritas; nihil enim aequius, quam quod *Occidentis* Eccleſiae, quum a *Romana* ſuam originem ducant, matris ſuae mores imitari maxime ſtudeant. Hoc eodem argumento uſus eſt S. LEO M. in epiſtola ad univerſos Epiſcopos per *Siciliam* conſtitutos, quos increpans, quod *Baptiſmi Sacramentum numeroſius in die Epiphaniae, quam Paſchali tempore celebrarent*, ait: *Quam culpam nullo modo potuiſſetis incidere, ſi unde conſecrationis honorem adcepiſtis, inde legem totius obſervantiae ſumeretis, & B.* PETRI *Apoſtoli ſedes, quae vobis Sacerdotalis mater eſt dignitatis, eſſet Eccleſiaſticae magiſtra rationis*. Nec aliter S. GREGORIVS M. *lib. VII. epiſt.* 32. ad DOMINICVM *Carthaginienſem* Epiſcopum ſcripſit: *Scientes praeterea, unde in* Africanis *partibus ſumpſerit ordinatio Sacerdotalis exordium, laudabiliter agitis, quod Sedem Apoſtolicam diligendo ad officii veſtri originem prudenti recorda-*

ordatione recurritis. Hinc porro tertia ejuſdem in ritibus cum *Romana* Eccleſia convenientiae cauſſa veluti ſponte ſua enaſcitur, *Romanae* nimirum ſedis in reliquas *Occidentis* Eccleſias jus Patriarchicum. Nam ut a viris doctis animadverſum eſt, Provinciis ab INNOCENTIO heic indicatis ſi *Germaniae primae*, & *ſecundae* Britanniarumque Eccleſiae, ab HILARIO in Libro *de Synodis* inter eas, quae una fidei communione ac ſocietate cum *Gallis* copulabantur, recenſae adjungantur; tum etiam variae *Illyrici* Provinciae, quas idem INNOCENTIVS *ep. XIII. n.* 2. ſuam in eam vicem RVFO committens appellat; dioeceſeon, quae ad *Romanum* Patriarchatum adtinent, ſatis adcurata habebitur enumeratio. Quum ergo nemo *Orientales* Patriarchas culpet, quod ſuarum dioeceſium Eccleſias ad ritus principis Eccleſiae traducere conati ſint, ſed ſolum *Conſtantinopolitano* vitio vertatur, quod aliorum praeterea Patriarchatuum Eccleſias *Conſtantinopolitanis* moribus parere contra fas coegerit; quis *Occidentis* Patriarchae *Romano* Pontifici ſuccenſeat, ſi eodem, quo *Orientis* Patriarchae, jure in dioeceſes ſibi obnoxias utatur?

III. Inventus tamen eſt noſtris temporibus, qui hac quoque in re ſummi Pontificis auctoritatem enervare conatus ſit, *Juſtinus* FEBRONIVS, cujus haec ſunt verba (*T. I. cap. V. §.* 2. *p.* 278.) *Habuerunt praeterea, & habent diverſae nationes & ſingulares Eccleſiae pro particulari ſuo regimine ſingulares uſus legeſque, laudabiles utique & inviolabiles, dummodo* communibus *Eccleſiae &* eſſentialibus *conſtitutionibus non repugnent; his derogare non creditur eſſe in poteſtate ſummi Pontificis*. Equidem ſi magnam in hujuſmodi abrogandis conſuetudinibus adhibendam eſſe a *Romanis* Pontificibus prudentiam, ne ob adiaphoros uſus pax Eccleſiae turbetur, FEBRONIVS dixiſſet, non repugnarem; quamquam hoc illi monitore, ut poſtea videbimus, non indigebant. At POTESTATEM ſummi Pontificis FEBRONIVS in dubium vocat. Quid ergo INNOCENTIO hanc ſuae ſedi auctoritatem vindicanti reponet? Audiamus. *Imprimis hic* (INNOCENTII) *diſcurſus laborat fundamento, quum veroſimile non ſit, alium Apoſtolum praeter* PETRVM *toto Occidente Evangelium non praedicaſſe, aut inſtituiſſe Eccleſias. Deinde etiam effectu caruit intentio Papae* INNOCENTII, *quod irrefragabiliter evincunt Miſſa* Ambroſiana, Mozarabica, & Gallicana. Ita ille (pag. 179.) Papae! Quod a. CCCCXVI. INNOCENTIO I. adeo verum viſum fuit, ut *Occidentales* Eccleſias ad origines ſuas, quas a PETRO ejuſque ſucceſſoribus repetere abnuerent, proferendas paene provocarit, id ne veroſimile quidem habuit FEBRONIVS a. MDCCLXV. At cuinam veteres Eccleſiarum origines exploratiores dicemus? XVIII. ſaeculi Jureconſulto, an quincti ineuntis ſaeculi Scriptori, ac *Romanae* Eccleſiae Pontifici, cui plurima in ſuae hujus Eccleſiae cartophylacio praeſto eſſe poterant ſacrarum antiquitatum monumenta? Adde confidentiam, qua ſapientiſſimus Pontifex loquitur: *aut legant ſi in his provinciis alius Apoſtolorum invenitur, aut legitur docuiſſe. Quod ſi non legunt, quia nuſquam inveniunt &c.* Credamne ego, id INNOCENTIVM tam firmiter adſerturum fuiſſe, niſi res ita nota, ita teſtata, ita manifeſta fuiſſet, ut ne dubitari quidem de illa ab inimico homine poſſet? Haec ad primam illam *Febronianae* reſponſionis partem refellendam dicta eſſe volo. Quod autem adverſarius addit,

quod FEBRONIVS audacter & inepte refellit

Digitized by Google

addit, *etiam effectu caruiſſe intentionem Papae* INNOCENTII adeo non *irrefragabiliter evincunt Miſſa* Ambroſiana, Mozarabica, & Gallicana, ut ſolum oſtendant, ipſum INNOCENTII nec propoſitum, nec mentem fuiſſe adſequutum. Numquid enim de Miſſis *Ambroſiana*, *Gallicana*, & *Mozarabica* abrogandis INNOCENTIVS laborabat? Tunc enimvero quod illae multa poſt ſaecula perſtiterint, *etiam effectu caruiſſe intentionem Papae* INNOCENTII vere diceretur. At aliud omnino INNOCENTII conſilium fuit. Neque in tota illa epiſtola vel verbum invenias, quo illae Miſſae notentur. Immo aliquid in ea eſt, quo liturgiae illae tueri ſe poſſent. Recolat FEBRONIVS illa INNOCENTII verba, *nec ſuperinduci aliquid, quod auctoritatem non habeat*. Quid haec quaeſo ſignificant? Id unum, ſiquid intelligo, nihil in *Romanis* ritibus a PETRO traditis addi aut demi debere, niſi quod magna & imprimis gravi auctoritate firmetur. Quod igitur ejuſmodi auctoritatem haberet, *Romanis* ritibus ſuperinduci INNOCENTIVS non aegre ferebat. Quid ergo ad FEBRONII inſtitutum Miſſa *Ambroſiana*, *Mozarabica*, & *Gallicana*? Nihil omnino, niſi forte illas FEBRONIVS velit ex iis fuiſſe, *quae auctoritatem non haberent*; quod ſane non minus temere, quam inſcite pronunciaretur.

prefertim exemplis Miſſae Ambroſianae, Mozarabicae, & Gallicanae

quarum haec Saeculo XI.

IV. Ceterum quod INNOCENTIVS nec urſit, nec cogitavit, poſtmodum Liturgiae *Gallicana* & *Mozarabica* Sedis Apoſtolicae auctoritate exoleverunt. Ac de illa quidem facile id eſt conijcere. PIPPINVS primum in *Gallicanas* Eccleſias cantum *Romanum* induxit, ut docet PAVLLVS Papa I. in epiſtola ad ipſum, cui *Antiphonale*, & *Reſponſale* mittit. Inhaeſit Patris veſtigiis CAROLVS M., qui cantum *Romanum* in Eccleſia *Francica* adhiberi variis edictis juſſit. Narrat haec late Monachus *Engoliſmenſis* in vita CAROLI M. „ Mox petiit Dominus Rex „ CAROLVS ab HADRIANO Papa Cantores, qui *Franciam* corrige„ rent de cantu. At ille dedit ei THEODORVM, & BENEDICTVM „ *Romanae* Eccleſiae doctiſſimos Cantores, qui a S. GREGORIO (II) „ eruditi fuerunt, tribuitque Antiphonarios, S. GREGORII (non ſe„ cundi nuper indicati, ut perperam collegit ECCARDVS *Rer. Fran„ cic. lib.* 25. §. 12. *p.* 717., ſed M.) quos ipſe notaverat nota *Romana*. „ Dominus vero Rex CAROLVS revertens in *Franciam*, miſit unum „ Cantorem *Metis* civitate, alterum in *Sueſſionis* civitate: praecipiens „ de omnibus civitatibus *Franciae* Magiſtris ſcholae Antiphonarios eis „ ad corrigendum tradere. Correcti ſunt ergo Antiphonarii *Francorum*, „ quos unuſquiſque pro ſuo arbitrio viriaverat, addens vel minuens, & „ omnes *Franciae* Cantores didicerunt notam *Romanam*. „ Non id tamen ſatis CAROLO fuit, ſed Sacramentarium *Gregorianum*, *Romanae* ſcilicet Liturgiae librum a GREGORIO M. adornatum ab eodem HADRIANO Pontifice petiit, impetravitque, teſtante ipſius HADRIANI epiſtola, quae eſt octogeſima ſecunda *Codicis Carolini*, in qua haec verba. *De Sacramentario vero, a ſancto Praedeceſſore noſtro deifluo Papa* GREGORIO *diſpoſito, jam pridem* PAVLLVS *grammaticus a nobis eum pro vobis petiit, & ſecundum ſanctae noſtrae Eccleſiae traditionem per* IOHANNEM *monachum atque abbatem civitatis* Ravennatium *veſtrae regali emiſimus excellentiae*. Inde poſtmodum CAROLVS edicto ſancivit, ut

Digitized by Google

ut unuſquiſque Presbyter Miſſam celebraret *ordine Romano*, ut legitur in *Capitularium lib. 5. cap.* 371. novae editionis, *alias* 219. Hoc autem ſine temeritatis nota cum MABILLONIO (*Praef. in Liturg. Gallic.*) dicere licet, HADRIANVM id egiſſe apud CAROLVM, qui ultro, ut *Romano* Pontifici gratificaretur, petenti adnuerit.

V. Ad *Mozarabicam* porro quod adtinet, fuit illa primum a IOHANNE X. probata; de quo AGVIRRIVS (*T. III. Conc. Hiſp. p.* 174.) hoc exhibet *Toletanum* monumentum a *Johanne* PINIO (*in Tract. de Liturg. ant. Hiſp. cap. V.* §. 2.) diligenter expenſum. „ Quo tempore „ ZANELLVS presbyter reverentiſſimus & prudentiſſimus a praefato „ Papa IOHANNE ad *Hiſpanias* eſt miſſus, ut ſtatum eccleſiae Reli„ gionis ejuſdem regionis perquireret, & quo ritu miniſteria Miſſarum „ celebrarent, diligenter perquireret, & comperta fideliter Apoſtolicae „ ſedi referret. Quod injunctum ſibi officium praefatus ZANELLVS „ presbyter ſolerter complevit, & *Hiſpanias* veniens, omnem ordinem „ eccleſiaſtici officii, & regulam conſecrationis Corporis & Sanguinis „ Domini Noſtri Jeſu Chriſti perſpicaciter perſcrutatus requiſivit. Ca„ nones & omnes libros Sacramentorum perlegit. Quae cuncta Catho„ lica fide munita inveniens exultavit, & domino Papae IOHANNI, „ & omni conventui *Romanae* Eccleſiae laudaverunt, & roboraverunt. „ Et hoc ſolum placuit addere, ut more Apoſtolicae Eccleſiae celebra„ rent ſecreta Miſſae. Ergo hac auctoritate manſit ratum & laudabile „ officium *Hiſpanae* Eccleſiae, uſque ad tempus domini ALEXAN„ DRI ſecundi Papae. „ Ab hoc deinde Pontifice a. MLXIII., ut in eodem AGVIRRII documento legitur „ Cardinalis HVGO CAN„ DIDVS vocatus . . . . miſſus *Hiſpaniam* venit, officium Eccleſiae „ ejus a ſupra nominato PP. IOHANNE laudatum vel roboratum ever„ tere voluit, ſed Apoſtolica auctoritate munitum & confirmatum in„ veniens, intactum, ut invenit, reliquit. Cui Cardinali ſuccedentes „ quidam Cardinales alii, hoc idem facere laboraverunt; ſed nullo mo„ do facere potuerunt. Pro qua re *Hiſpaniarum* Epiſcopi vehementer „ irati, conſilio inito tres Epiſcopos *Romam* miſerunt, ſcilicet MV„ NIONEM *Calagurritanum*, & EXIMIVM *Aucenſem*, & FORTVNA„ TVM *Alavenſem*. Hi ergo cum libris officiorum *Hiſpaniarum* Eccle„ ſiarum ſe Domino Papae ALEXANDRO in generali Concilio prae„ ſentaverunt, obtulerunt, id eſt, librum ordinum, & librum Miſſa„ rum, & librum Orationum, & librum Antiphonarum. Quos libros „ Dominus Papa, & omne Concilium ſuſcipiens, diligenter perſcru„ tantes, & ſagaci ſtudio perquirentes, bene Catholicos, & omni hae„ retica pravitate mundos invenerunt: & ne quis amplius officium „ *Hiſpanae* Eccleſiae inquietare vel damnare, vel mutare praeſumeret, „ Apoſtolica auctoritate prohibuerunt, & etiam interdixerunt: & data „ benedictione ſuper praefatos Epiſcopos, cum laetitia ad propria re„ dierunt. „ Anno quoque inſequente quum tres *Hiſpaniarum* Epiſcopi ad *Mantuanam* Synodum libros Gothicos Rituales detuliſſent, hi ab eodem ALEXANDRO & univerſo Concilio cogniti ſunt, inventique orthodoxi. Quum tamen *ſuggerentibus religioſis viris* GREGORIVS VII., ut ipſe ait in epiſtola ad ALPHONSVM *Caſtellae* Regem, didiciſſet,

altera ſaeculo XI. ſublata fuit Apoſtolicae Sedis auctoritate.

in

in *Mozarabici* ritus libris *quaedam contra Catholicam fidem inſerta eſſe* (1), nihil non molitus eſt, ut abrogato eo ritu *Romanam Hiſpanicae Eccleſiae* ample-

---

(1) Nollm his GREGORII verbis FEBRONIVS quiſpiam ad calumniam erroris in judiciis, quae dogmatica appellamus, *Romanis* Pontificibus impingendam abutatur. Quei anim, fortaſſis inquiet illa, *quaedam contra catholicam fidem Hiſpana* officio *inſerta* adfirmare GREGORIVS potuit, quum IOHANNES X. Et ALEXANDER II. proximus *ejus* deceſſor nihil in eo non orthodoxum eſſe agnoverint, ac declaraverint? Aut ergo hi errarunt, aut ipſe. Utrumlibet autem eligamus, in facto dogmatico, cujuſmodi eſt de Libri cujuſpiam orthodoxia judicium, *Romanos* errare poſſe Pontifices colligetur. Sed bene aſt; ſi res attente perpendatur, ſalva erit horum omnium Pontificum da officio *Mozarabico* ſententia. Animadverti igitur velim, GREGORIVM VII. dum hac de ra primum ad SANCIVM *Aragoniae*, deinde ad ALPHONSVM *Caſteliae* Regem, atqua eumdem SANCIVM a. MLXXIV. litteras daret, nibil de officii *Mozarabici* erroribus rectae fidei adverſantibus meminiſſe. Eos ſolum hortabatur, ut *Romanae* Eccleſiae ordinem & officium reciperent, non
„ *Toletanae*, vel cujuslibet aliae, ſed
„ iſtius, quae a PETRO & PAVL-
„ LO ſupra firmam petram per Chri-
„ ſtum fundata eſt, & ſanguine con-
„ ſecrata; cui portae inferi, ideſt lin-
„ guae haereticorum, numquam prae-
„ valere potuerunt, ſicut cetera re-
„ gna *Occidentis & Septemtrionis*, te-
„ neatis. Unde enim non dubita-
„ tis, vos ſuſcepiſſe religionis exor-
„ dium, raſtat etiam, ut inde reci-
„ piatis in eccleſiaſtico ordine divi-
„ num officium: quod INNOCEN-
„ TII Papae ad *Eugubinum* directa
„ Epiſcopum vos docet epiſtola; quod
„ HORMISDAE ad *Hiſpalenſem* miſ-
„ ſa decreta inſinuant, quod *Toleta-*
„ *num*, & *Bracarenſe* demonſtrant Con-
„ cilia; quod etiam Epiſcopi veſtri
„ ad nos nuper venientes juxta con-
„ ſtitutionem Concilii per ſcripta ſua
„ facera promiſerunt, & in manu no-
„ ſtra firmaverunt. „ Nihil quoque a. MLXXVI de hujuſmodi erroribus monuit GREGORIVS, dum ad SIMEONEM *Hiſpaniarum* Epiſcopum fortaſſe (quod PINIVS ſuſpicatus eſt) *Occenſem*, ſeu *Aucenſem* epiſtolam Apoſtolici ſtudii plenam, ut *Romanum ordinem per totam* Hiſpaniam, *&* Galliciam, *& ubicumque poſſet, in omnibus rectius teneri* curaret. Neque propterea mirandum aſt, ſanctum Pontificem *Mozarabici* officii, cujus errores nondum notaverat, abrogationem tanto conatu urſiſſe. Nam ALEXANDER ipſe *ſecundus*, qui ejus officii libros Catholicos eſſe pronunciaverat, ſtudio omni apud *Aragoniae* Regem, immo & apud *Barcinonenſem* Comitem RAYMVNDVM contendit, effecitque, ut in ejus ditione *Romanus* ordo *Toletano* abolito deinceps ſervaretur, iis utique de cauſſis, quas nuper a GREGORIO in litteris ad SANCIVM & ALPHONSVM audivimus. Solum a. MLXXX. in aliis ad eumdem ALPHONSVM litteris *quaedam contra Catholicam fidem Hiſpano* officio *inſerta* fuiſſe GREGORIVS doluit. Sed vide; non ait GREGORIVS, ſa in *Mozarabicis* libris hoſce errores deprehendiſſe, ſed *ſuggerentibus religioſis viris id didiciſſe*. Nimirum quum GREGORIVS in *Hiſpaniam* RICHARDVM Cardinalem, & Abbatem *Maſſilienſem*, ut ritum *Mozarabicum* aboleret, legatum ſuum miſiſſet, reſtitit RICHARDO ROBERTUS *Cluniacenſis* Monachus, de quo idem GREGORIVS in epiſtola ad HVGONEM Abbatem *Cluniacenſem* acriter conqueſtus eſt. Nihil itaque facilius, quam ut Monachi, quo ROBERTI invidiam a ſe depellerent, ac Pontificis ſtudiis faverent, legatum

Digitized by Google

amplecterentur (2), atque id effecit, ſex tantum in *Toletanis* Eccleſiis *Mozarabicae* Liturgiae Miniſtris remanentibus. „ Poſtea vero quam, in„ quit *Blaſius* ORTIZIVS, hominum illorum (*Mozarabum*) ſoboles, „ ut res mortalium ſunt) imminui in dies atque deficere coepiſſet, „ ſimul & eorum ritus Eccleſiaſticus ſenſim labi, concidereque adpa„ rebat, ac vulgaris ſacrorum conſuetudo in eorum etiam Eccleſias „ paullatim irrepere, adeo quidem ut memoria noſtra nonniſi paucis „ quibuſdam ſtatis feſtiſque diebus, eo ritu in illis ſacrificaretur: ita „ quum ritus totus in occaſum jam proclivis, propediemque interitu„ rus videretur, *Franciſcus* XIMENES Archiepiſcopus (*Toletanus*) „ ut erat vir ille fervens admodum religionis cultor, priſcarumque cae„ remoniarum ſtudioſiſſimus illius inſtaurandi curam, cogitationemque „ ſuſcepit. „ Effecit ergo, ut in ſex *Mozarabicis*, quae *Toleti* ſunt, paroeciis vetus *Mozarabicus* ritus ſervaretur, ac praeterea, ut ait IVLIVS II. in prima Conſtitutione, de qua mox dicam, *Officium praedictum* (Mozarabicum) *in quadam Cappella ſita in clauſtro Eccleſiae* Toletanae (ſacellum appellant *Corporis Chriſti*) *auctoritate* (ordinaria) *inſtituit, ac tredecim perpetuos, ſeu amovibiles ad nutum Archiepiſcopi Toletani & pro tempore exiſtentis cappellanos, qui dictum officium juxta antiquam ordinationem debite celebrare tenerentur, & unus eorum Cappellanus major, ſeu abbas nuncuparetur & aliis praeeſſet, & dictam cappellam regeret, & gubernaret, deputavit*, adſignatis congruis redditibus. Haec autem a IVLIO II. Apoſtolicae Sedis auctoritate confirmari curavit. Duplex enimvero exſtat hac de re IVLII diploma, quod PINIVS (*Cap. VIII.* §. 3. & 4.) recitat, alterum a. MDVIII. XII. Kal. Octobris, alterum a. MDXII. duodecimo Kal. Februarii editum. XIMENII exemplo cum *Salmanticae* an. MDXVII. in aedicula S. *Salvatoris*, tum *Valliſoleti* in ſacello majoris paroeciae S. MARIAE MAGDALENAE conſtituti ſunt Sacerdotes, qui aliquoties in ſingulos annos Miſſam *Mozarabico* ritu celebrarent. Nec dubito, quin quemadmodum *Valliſoletanam* probavit PIVS IV. Conſtitutione data XIV. Octobris an. MDLXIV. ita & *Salmanticenſem* Inſtitutionem LEO X. confirmarit, licet nulla *Leonianae* Conſtitutionis apud

paucis exceptis Eccleſiis

tum ſive ex veteri fama, quae de vitiis ab ELIPANDO, & FELICE *Mozarabum* codicibus perdurabat, ſive ex privata ipſorum opinione de hujuſmodi erroribus admonuerint; Legatus vero Pontificem. Conijcere igitur his adceptis GREGORIVS potuit, deceſſores ſuos IOHANNEM X. & ALEXANDRVM II. ab *Hiſpaniarum* Epiſcopis, qui libros ipſis examinandos detulerant, callida codicum ad id ſtudioſe emendatorum oblatione deceptos fuiſſe; revera tamen alios omnino codices, in quibus aliqua exſtarent *contra Catholicam fidem*, *Hiſpanis* in uſu eſſe. Quae ſi iſta geſta ſunt, ut longe veriſimillimum videtur, ubi heic GREGORII dogmaticum de libris *Mozarabicis* judicium, quum ipſe nec illos inſpexerit, nec in errores ſibi a Religioſis illis viris delatos accuratius inquiri juſſerit? Nullus quoque erit GREGORII cum ſuis deceſſoribus conflictus, quum hi de libris ſibi oblatis judicarint; ille de libris, quos in priore illo examine ad *Romanam* effugiendam condemnationem vel diſſimulatos, vel per fraudem correctos fuiſſe exiſtimabat.

(a) Vide PINIVM (*in Tract. cit. cap. VI.* §. 3. *ſeqq.*)

PINIVM, qui (cap. VIII. §. 5.) *Pianam* indicat, mentio occurrat. itaque *Mozarabica* Liturgia, quae Sedis Apoſtolicae auctoritate ſublata fuerat, reſtituta fuit, ac paucis illis in Eccleſiis ſervata.

Ambroſiana demum RR. PP. adnuentibus confirmata eſt

VI. *Ambroſiana*, quae tertia eſt a FEBRONIO memorata Liturgia, etiamnum perſtat, ſed *Romanae* Sedis auctoritate. NICOLAVS quidem II. ritum *Ambroſianum* S. Petri DAMIANI opera ſupprimere in animo habuit, ut ex SIGONIO. (de *Regno Italiae lib. IX.*) refert SALA (ad BONAE *lib. I. cap. X. p.* 183.); „ Attamen, inquit idem SALA, quum „ ipſe Cardinalis *Oſtienſis* (*Petrus* ſcilicet DAMIANVS) epiſtola „ quadam apud eumdem SIGONIVM loco citato laudata exhibuiſſet: „ *quod in Eccleſia* Mediolanenſi *non eſt novum, quae ſemper diverſi dogmatis homines habuit, initio ab* AVXENTIO *incboato, &* AMBROSIO, „ idemque dum in *Inſubria* conſiſteret, dicti Cleri *Mediolanenſis* ordinem, „ & majeſtatem admiratus caeremonias in ſacris officiis celebrandis ſua „ praeſentia ratas habuiſſet, ritus iſte permiſſus eſt, & in ſuae in„ ſtitutionis obſervantia relictus. „ Gravius periculum ritui *Ambroſiano* non ab Apoſtolica Sede, ſed a *Mediolanenſi* cive imminuit. Nempe novimus, (quod idem SALA ex *Bernardino* CORIO *hiſt. Mediol. part. V.* & SPONDANO *ad an.* MCCCCXL. narrat *p.* 193.) „ quum *Branda* CASTIL„ LIONAEVS Card. *Mediol.* & Epiſcopus *Placentinus* ab EVGENIO „ IV. Sedis Apoſtolicae Legatus miſſus, ut inter ipſum, & PHILIP„ PVM MARIAM VICECOMITEM *Inſubrum* ducem pacem firmaret, „ qui etiam Abbas erat Monaſterii S. AMBROSII *Mediolanenſis*, in ani„ mo haberet officium *Ambroſianum* abrogare, & *Romanum* introducere, „ primum ejeciſſe illinc Monachos *Ciſtercienſes*, qui ab initio fundatio„ nis ipſorum ordinis ibi collocati fuerant, atque eorum loco *Carthu„ ſianos* introduxiſſe; ſed quum ea re *Mediolanenſes* offenſi ad Ducem re„ curriſſent, iſque abire extemplo *Carthuſienſes* ſub ignis poena juſſiſſet, „ Cardinalem alia via tentata, a Praepoſito Eccleſiae S. THECLAE „ accepiſſe codicem Ritus *Ambroſiani* ejus cuſtodiae concreditum, quem „ ipſemet S. AMBROSIVS compoſuiſſe, & ſcripſiſſe fertur, atque in fe„ ſto Natalis Domini rem divinam in Altari majori *Romano* ritu cele„ brare curaſſe; cives hoc ipſo ad Cardinalis aedes cum facibus advo„ laſſe, minas incendii ingeminantes, ni Codex redderetur. Eo terri„ tum Cardinalem, illum e feneſtra projeciſſe, ac poſtridie *Mediolano* „ exeuntem, numquam amplius eo reverſum eſſe. „ Novum hic ritus diſcrimen ſubiit, quo tempore *S. Carolus* BORROMAEVS patriam ſanctiſſimis legibus regebat. *Romae* enimvero tunc de eo ritu abrogando cogitabatur. Ut id praeſtantiſſimus ille Antiſtes inaudiit, plures, quae in *Vaticana* Bibliotheca adſervantur, epiſtolas, praeſertim ad *Nicolaum* SPECIANVM Protonotarium Apoſtolicum ibi negociorum ſuorum actorem ſcripſit, ſollicite curans, ut ipſe retineretur, & confirmaretur: & revera ejus pro ritu ſuae Eccleſiae ſervando ſtudium irritum non fuit, obtinuit enim poſtulata, quemadmodum legitur in ejus vita. Hinc Sanctus idem Cardinalis Eccleſiae ſuae *Ambroſianae* ritus religioſe poſtmodum conſervavit, ea praecipua, ut dicebat, ratione, quod non *Mediolanenſes* ſolum, ſed auctoritate, & adprobatione Pontificia *Romani* eſſent, & Apoſtolici. Ita geſtorum ejus Scriptor CAROLVS a *Baſilica* PETRI (*cap.* 27.)

apud

apud SALAM, cujus fere verba exſeripſimus. Vides ergo iis ipſis *Gallicanae*, *Mozarabicae*, & *Ambroſianae* Liturgiae exemplis, quae ad INNOCENTII I. infirmandam auctoritatem PEBRONIVS protulit, *Romanorum* Pontificum jus Liturgicum mirifice ſtabiliri;

Hoc tamen ſua prudenti R.R.PP. oeconomia temperarunt tum ob ſummam populorum ab avitis confuetudinibus divellendorum difficultatem;

VII. Sed & hinc animadvertere licet prudentem eorumdem *Romanorum* Praeſulum in hujus ſui juris uſu oeconomiam. Noverant nempe populos e receptis ſuis conſuetudinibus nonniſi aegerrime divelli. „ Quod „ ſi, inquit ſapientiſſimus Card. BONA (*lib I. cap. VII. §. 4.*) robur ad- „ cedat praejudicatae opinioni ex eorum ſanctitate, quos veluti Aucto- „ res rituum ſuorum colunt, vix locus relinquitur contrariae perſuaſio- „ ni, omnem inobedientiae & pervicaciae notam eluente praetextu pie- „ tatis & Religionis. Hanc reddit rationem SOZOMENVS (*lib. VII.* „ *cap. XIX.*) cur plerique ſemel ſuſceptis ritibus pertinaciter inhaeſerint, „ quia videlicet ob reverentiam vel eorum, qui illos ab initio introduxerunt, „ vel eorum, qui iſtis ſucceſſerunt, praevaricari ſibi nec licitum, nec tole- „ randum eſſe putabant. Sequitur SOZOMENVM NICEPHORVS lib. 12. „ cap. 34. *Tales*, inquit, *diſſenſiones in Eccleſiis invaluiſſe opinor, reverentia eo-* „ *rum, qui eis ab initio praefuerunt, & qui illis deinde ſucceſſerunt. Nam ii tam-* „ *quam leges quaſdam ab illis acceptas per manus poſteris tradiderunt; non ſatis* „ *pium, neque ferendum eſſe arbitrati, ſi traditiones, in quibus educati eſſent, non* „ *honorifice colerent, ſed contemptim reijcerent.* Accedit alia ratio ex ipſa „ vi & potentia conſuetudinis, quae quum inveterata eſt, vix poteſt „ vinci. Ideo homines vindices eſſe ſolent, & acerrimi propugnatores „ legum, & caeremoniarum, quas a Majoribus acceperunt, & quum „ iis innutriti ſint, non facile poſſunt ab earum uſu divelli. Omnes „ denique in his, quae fidei non adverſentur, abundant in proprio ſen- „ ſu, adeo ut nec ſancti viri ab hac communi mortalium adfectione „ immunes fuerint. Cui dicto fidem praeſtat AMBROSIVS (*lib. 3. de* „ *Sacram. Cap. I.*) *In omnibus*, ait, *cupio ſequi Eccleſiam* Romanam, *ſed* „ *tamen & nos homines ſenſum habemus; ideo quod alibi rectius ſervatur, &* „ *nos recte cuſtodimus.* „ Recole quae ſupra Card. CASTILLIONAEO, quum *Ambroſianum* ritum de medio tollere adgreſſus fuiſſet, contigiſſe vidimus. Graviſſimas quoque turbas in *Hiſpaniis* exortas ſcimus, dum ALEXANDER II. & S. GREGORIVS M. *Mozarabico* ritui *Romanum* ſubſtituere ſtuduerunt. Has quidem omnes difficultates vicit interritus GREGORII animus, juvante illius conatus Regum *Hiſpanorum* pietate. Sed ut obluctantium *Hiſpanorum* pervicaciam frangeret, non tam ritus diverſitas, quam fidei cura GREGORIVM impulit. Nam pro temporum illorum conditione perſuaſum Sancto Pontifici fuerat, *Hiſpanos* ſub Chriſtianae Religionis apud eos primordia *Romanum* ordinem uſurpaſſe, a quo haereticorum, & *Saracenorum* fraudibus ac vi deſciviſſe. Perſpicuum id eſt ex ea, quam ad ALPHONSVM *Caſtellae* Regem a. MLXXIV. dediſſe diximus epiſtola. Hoc enim eſt ejus initium. „ Quum beatus „ Apoſtolus PAVLLVS *Hiſpaniam* ſe adiiſſe ſignificet, ac poſtea ſeptem „ Epiſcopos ab urbe *Roma* ad inſtruendos *Hiſpaniae* populos a PETRO „ & PAVLLO Apoſtolis directos fuiſſe, qui deſtructa idololatria chriſtia- „ nitatem fundaverunt, Religionem plantaverunt, ordinem & officium „ in divinis cultibus agendis oſtenderunt, & ſanguine ſuo Eccleſias de-

Digitized by Google

„ dicavere, veſtra diligentia non ignoret: quantam concordiam cum „ *Romana* Urbe *Hiſpaniam* in religione & ordine divini officii habuiſſe „ ſatis patet; ſed poſtquam veſania *Priſcillianiſtarum* diu pollutum, & „ perfidia *Arianorum* depravatum, & a *Romano* ritu ſeparatum, irruen- „ tibus prius *Gothis*, & demum invadentibus *Saracenis*, Regnum *Hiſpa-* „ *niae* fuit, non ſolum Religio eſt minuta, verum etiam mundanae „ ſunt opes labefactatae. „ Ubi autem a Religioſis viris aliqua contra Catholicam fidem in *Mozarabum* libris exſtare GREGORIVS accepit, praeconceptus ab eo periculi, quocum orthodoxa religio apud *Hiſpanos* conflictaretur, metus vehementer auctus eſt. Quid igitur mirabimur, illum pro ſuo in Catholicam fidem ſtudio nihil intactum reliquiſſe, ut ad *Romanae* Eccleſiae ritus *Hiſpanas* gentes revocaret? Ubi autem nullum fidei periculum ſubeſt, nec de ipſa divini cultus aut Sacramentorum ſubſtantia agitur, nihil praeterea inhoneſtum, indecorum, ludicrum in ſacris ritibus admittitur, an non ſummae imprudentiae foret id urgere, quod ſine maximis contentionibus, atque adeo ſchiſmatis periculo vix adſequi liceat?

rum ob eam maxime cauſam, quod rituum diverſitas fidei unitatem non laedit;

Recte ANSELMVS *Cantuarienſis* in reſponſione ad querelas VALERANNI *Nuuemburgenſis* Epiſcopi (*Cap. I.*) eidem de varietate rituum Eccleſiaſticorum conquerenti *habere nos a Sanctis Patribus* ait, *quod ſi unitas ſervatur caritatis in fide catholica, nihil officit conſuetudo diverſa; quoniam multae ſunt diverſitates, quae non in ſubſtantia Sacramenti, neque in virtute ejus, aut fide diſcordant, neque omnes in unam conſuetudinem colligi poſſunt, exiſtimo eos potius in pace concorditer tolerandos, quam diſcordes cum ſcandalo damnandos*. Horum ſimilia ſunt, quae S. BERNARDO reſcripſit (*lib. IV. ep. 17.*) PETRVS MAVRITIVS *Cluniacenſis* Abbas (*num. 8.*) „ Quumque, inquit, omnem pene numerum excedat multi- „ plicitas Eccleſiarum ſub una fide, & eadem caritate Deo famulantium, „ tanta pene apud eos invenitur varietas uſuum, quanta eſt infinitas „ locorum. Hoc in cantibus, hoc in lectionibus, hoc in omnibus Ec- „ cleſiaſticis officiis, hoc in veſtitu vario, hoc praeter authentica, quae „ mutari non poſſunt, jejunia in jejuniis diverſis, hoc in univerſis ſi- „ milibus, quae pro temporum, locorum, gentium, regionum varie- „ tatibus, a Praelatis Eccleſiarum, quibus ſecundum Apoſtolum, quan- „ tum ad talia pertinet, in ſuo ſenſu licet abundare, inſtituta ſunt. „ Relinquent ergo omnes iſtae caritatem, quia mutaverunt conſuetudi- „ nem? Ceſſabunt eſſe Chriſtiani, quia videntur in diverſis uſibus varii? „ Peribit ab iis omnibus ſummae pacis bonum, quia unuſquiſque modo „ vario operetur bonum? Non ita &c. „

praeſertim S. PIVS V. in nova Miſſalis & Breviarii reformatione

VIII. Haec in cauſſa fuerunt, cur S. PIVS V. novam Miſſalis, & Breviarii reformationem ſumma circumſpectione propoſuerit. Cura fuit S. Pontificis, ut *collatis omnibus cum vetuſtis Vaticanae Bibliothecae, aliiſque undique conquiſitis, emendatis, atque incorruptis Codicibus, nec non veterum probatorum Auctorum conſultis ſcriptis, ad priſtinam Sanctorum Patrum normam, ac ritum redigeretur Miſſale*. Hoc idem ut ſacrae Liturgicae actionis unitas etiam haberetur in ritibus, proponendum Summus Pontifex duxit *omnibus* chriſtiani orbis provinciarum *Patriarchalibus, Cathedralibus, Collegiatis, & Parochialibus, ſaecularibus, & regularibus, & ſine cura Eccleſiis, vel Cappellis*. Facta nihilominus ab eo facultas fuit ut, vetuſtos ritus,

qui

qui vel ab ipſa prima inſtitutione a Sede Apoſtolica adprobati fuiſſent, vel diuturna innixerentur conſuetudine (*quae conſuetudo, vel ipſa inſtitutio, ſupra ducentos annos Miſſarum celebrandarum adſidue obſervata eſſet*), retinere valerent, quae voluiſſent Eccleſiae. Hac de re ab eodem Pontifice *data* fuit Conſtitutio *Romae apud* S. PETRVM *anno Incarnationis Dominicae MDXX. pridie Idus Julii, Pontificatus anno quincto*. Parem adhibuerat ille diligentiam in ea *ad priſtinam regulam revocanda divini officii formula*, quam *pie olim ac ſapienter Summi Pontifices, praeſertim* GELASIVS & GREGORIVS *primi conſtituerant*, GREGORIVS *autem ſeptimus reformaverat*. Data legitur Conſtitutio *Romae apud* S. PETRVM *anno incarnationis Dominicae MDLXVIII. ſeptimo idus Julii, Pontificatus anno tertio*. Formulam tamen pſallendi horas Canonicas, diligentia ſumma ad priſtinum reſtitutam nitorem, obſervare jubet praedictas Eccleſias Pontifex Maximus: *illis tamen exceptis*, inquiens, *quas ab ipſa prima inſtitutione a Sede Apoſtolica adprobata, vel conſuetudine, (quae conſuetudo, vel ipſa inſtitutio ducentos annos antecedat,) aliis certis breviariis uſas fuiſſe conſtiterit: quibus ut inveteratum illud dicendi, & pſallendi ſuum officium non adimimus; ſic eiſdem, ſi forte hoc noſtrum, quod modo pervulgatum eſt, magis placeat, dummodo Epiſcopus, & univerſum Capitulum in eo conſentiat, ut id in Choro dicere, & pſallere poſſint, permittimus*. Pro facultate a PIO V. data ſuis vetuſtis ſacris in officiis perſolvendis, divinaque celebranda Liturgia Ritibus adhaeſere intra, & extra *Italiam* Eccleſiae plures Cathedrales, & Collegiatae, ac Ordines aliqui Regulares, inter eoſque *Praedicatorum* ordo. Ad eas etiam Ritus Eccleſiarum *Aquilejenſis*, & *Forojulienſis* pertinebant *conſuetudines* vetuſtas, quas idem Pontifex retineri poſſe permiſerat. Quare quum *Aquilejenſes* Canonici ab Apoſtolica Sede poſtulaſſent, ut *Romano* Breviario extra chorum uti liceret, donec *Aquilejenſium* librorum commode fieri impreſſio poſſet, Oratoribus indulgendum cenſuit Sacra Congregatio. Cardinalis *Senonenſis* litteras *Romae* datas *die* 10. *Septembris* anno MDLXXXV. ad *Paullum* BISANTIVM, qui AVXILIARIS Epiſcopi, & Vicarii Generalis munere fungebatur, typis vulgavit MADRISIVS in Appendice II. ad opera S. PAVLLINI Patriarchae. Haec adfero verba italice ſcripta: *E' coſa ſanta e conveniente, che ſi ſerva il Rito di quella Chieſa tanto antico, & approvato, e tutti ſi conſrontino nell' officio ſteſſo. Però il Capitolo ſi provvederà di* Breviarii di quel Rito: *il che potrà fare commodamente ſendo poco fa ſtampato in* Como. *Et quando non ſi poſſi far altrimenti, Monſignor Patriarca procuri, che a ſue ſpeſe tra dui anni ſia ſtampato: e intanto ſia lecito extra* Chorum *ſolamente dir l' officio* Romano. In irritum tamen abiere vota. Nova librorum, quae demandata fuerat, impreſſio minime peracta: evellique nova *Piani* Breviari, ac Miſſalis invecta conſuetudo non potuit. *Romanus* igitur PII V. ritus ita invaluit, ut poſt decem annos peculiaris *Aquilejenſis* Ritus in Metropolitana ipſa Eccleſia veſtigium nullum extaret. Synodum Provincialem *Utini* anno MDXCVI. celebravit *Franciſcus* BARBARVS Patriarcha, qui curam adhibuit omnem, ut *Piana* divinae Liturgiae, ſacrorumque officiorum formula in ipſa *Aquilejenſi*, aliiſque dioeceſeos Eccleſiis jam uſu recepta firmaretur, ac uni-

verſa

Digitized by Google

verſa reciperetur in Eccleſiaſtica Provincia (3). Nihil his luculentius ad depellendam a Romana Sede invidioſam ſuperbae cujuſdam in rem omnium gentium Liturgicam dominationis calumniam adferri poſſet . Obmuteſcant igitur impudentiſſimi ejus criminatores, ſummamque *Romanorum* Pontificum auctoritatem cum pari prudentia coniunctam venerari tandem addiſcant .

---

(3) Adiſis Cl. P. de RVBEIS *in diſſ. de Sacr. Forojul. Ritib. cap.* 2. ubi haec fuſe narrat, ac legitimis tabulis confirmat.

DIS-

Digitized by Google

DISSERTATIO II.

De uſu librorum Liturgicorum in rebus Theologicis

EMENDATIOR ET AUCTIOR.

CAPUT I.

Argumenta exhibentur, quae nullam in re Theologica eſſe Liturgicis libris auctoritatem efficiunt.

I. VTiliſſimam de librorum Liturgicorum in re Theologica auctoritate diſputationem adgredior, illud antea monens, Sacramentariorum praeſertim ac Ritualium librorum auctoritatem huc ſpectare, ceteri enim Liturgici libri ad Theologicas diſceptationes transferri vix poſſunt. Hoc ergo capite ea promemus argumenta, quibus horum librorum auctoritas infirmari poſſe videtur.

II. At primum quidem argumentum ex Clariſs. Virorum LE-BRVNII, & *Johannis* PINII ſententia petitur, exiſtimantium, nullam Liturgiam fuiſſe prioribus quatuor Eccleſiae ſaeculis ſcripto conſignatam .. Neque illorum opinio levibus ſane momentis nititur, ut LE BRVNII Diſſertationem primam, & PINII Tractatum de *Liturgia antiqua Hiſpanica cap. 1. §. III. ſeqq.* legenti conſtabit. Enimvero ſi Liturgiae poſt quartum Ærae Chriſtianae ſaeculum ſcripto mandari primum coepere, quam infirma eſſe debet illarum auctoritas adverſus haereticos praeſertim, qui primorum ſaeculorum teſtimoniis agi ſecum debere contendunt!

III. Neceſſe tamen non eſt, LE-BRVNII & PINII ſententiae ſubſcribere, ut quae ſub Sanctorum PETRI, MARCI, aliorumque Apoſtolorum nominibus circumferuntur, Liturgiae Auctoribus, quorum nomine praenotantur, ab impoſtore quopiam ſuppoſitae habeantur. Ex ipſis Catholicis, qui antiquiorem, & Chriſtianae Eccleſiae incunabulis aequalem eſſe Liturgiarum ſcriptionem ajunt, nullus eſt paullo in re critica exercitatior, qui inter apocrypha ſcripta ejuſmodi Liturgias non rejiciat. Adiſis *Natalem Alexandrum*, GRANCOLASIUM, BONAM, SALAM, alioſque. De JACOBI Liturgia gravior eſſe poteſt controverſia, nam qui ceterorum Apoſtolorum Liturgias reſpuunt, BONA & SALA JACOBI Liturgiam omni conatu veluti germanum Apoſtoli foetum defendunt. Contra tamen alii pugnant, ſuppoſitamque JACOBO cum NATALI ALEXANDRO contendunt.

Ne-

Neque ejuſmodi controverſia de veris Liturgiarum Auctoribus ſolas ſpectat *Orientalium* Liturgias. Nam quod GELASIO Romano Pontifici vulgo tribuitur, *Romanae* Eccleſiae Sacramentarium BASNAGIUS plaudentibus PFAFFIO, & HOFFMANNO, Pontifice illo multo recentius eſſe pluribus confirmat. De LEONIANO vero libro Sacramentorum quid attinet dicere? Vix ullus nunc eſt, qui BLANCHINIO adſentiatur, S. Leonem M. illius Auctorem eſſe; immo *Franciſcus* PEREZIUS BAYERIUS in libro inſcripto *Damaſus & Laurentius Hiſpanis aſſerti & vindicati* p. 131. demonſtraturum ſe pollicetur, longe poſt LEONIS aetatem ejus ſacramentarii Codicem archetypum primum emerſiſſe. At quid quaeſo praeſidii ex Liturgiis colligas, quarum Auctores ignorantur, aetaſque incerta omnino eſt? Quid? quod nemo iis libris fidat, qui quemadmodum ſanctiſſimis Auctoribus falſo tribuuntur, ita ab impoſtoribus pro ſua fingendi libidine erroribus inſici potuere.

IV. Adde hoſce libros imperfectos omnino eſſe, quod de GELASIANO ac LEONIANO Sacramentariis conſtat; immo & magna rerum confuſione perturbatos. MURATORIUS haec de LEONIANO Sacramentario non invitus fatetur p. 29. *In eo deſideratur exacta temporum connexio, & diſtributio Feſtorum..... Miſſae de Vigilia confuſae ſunt interdum cum Miſſis de Feſto. Aliquando Praefationes ſine praeviis, & ſubſequentibus Orationibus ponuntur.... Uno verbo videtur collector, quidquid ſibi occurrebat, deſcripſiſſe, ſed non eam, quae par erat, diſpoſitionem & ordinem curae ipſi fuiſſe. Ei tamen vitio ne vertas, quod heic nulla Quadrageſimae, Paſchatis, & Dominicarum recurrentium per annum mentio fiat: neque enim integrum ad nos pervenit Sacramentarium iſtud, mutilum nempe in principio & fine*. De Miſſalibus GOTHICO, FRANCORUM, & GALLICANO VETERE, quae poſt THOMASIUM recudit MABILLONIUS in celebri *de Liturgia Gallicana* commentario nemo non videt, ea mutila eſſe, nec omnia in illis concinno ordine diſponi.

V. Neque hoc ſatis. Libri iſti pluribus in locis interpolati ad nos pervenere. *Joſeph Aloyſius* ASSEMANNUS *Cod. Liturg. Eccleſ. Univ. lib. IV. p. II. praef. pagin. XXVIII.* ut DORSCHAEI adverſus S. JACOBI Liturgiam argumenta declinet, *haud*, inquit, *negamus varias preces fuiſſe ſuperadditas, aliis breviori ſumma contractis, ritibus nonnihil immutatis, aut paullo auctis, quod in Liturgiis* FREQUENS *contingit*. VEZZOSIUS quoque *Praef. in Tom. VI. Thomaſ. oper. p. XXII.* BASNAGII adverſus GELASIANI Sacramentarii vetuſtatem argumentis facere ſatis non potuit, quin in eo libro addita aliqua poſt GELASII aetatem fateretur. Sed ante eum THOMASIUS ipſe *in Praef. ad Codices Sacram p. VI.* admiſerat, *huic Codici nonnulla eſſe appoſita ſequenti ſaeculo*, & univerſim conſtare dixerat, *hujuſmodi ſacros libros non ad meram eruditionem conſcribi, ſed ad uſum potiſſimum Eccleſiarum; unde novas ſemper acceſſiones pati oportet, prout ipſa conſuetudinis, temporiſque ratio tulerit*.

VI. Atque utinam a Catholicis tantum interpolatae Liturgiae fuiſſent! Verum impias quoque Haereticorum manus paſſae ſunt. Certe quamvis Miſſale MOZARABICUM a viris piis, eruditiſque compoſitum

rum fuerit, tamen exeunte ſaeculo octavo in illud errores aliquot irrepſiſſe, oſcitantia, aut nequitia quorumdam *Hiſpaniae* Epiſcoporum Adoptivorum haereſi faventium, quorum anteſignani fuerunt *Felix* VRGELLITANVS Epiſcopus, & ELIPANDVS Archiepiſcopus *Toletanus*, graviſſimi Auctores docent, Emin. BONA *Rer. Lit. lib.* I. *c.* XI. *ſect.* 2., *Petrus* BRVNIVS *T.* II. *diſſ.* 5. *art.* 2. *ſect.* 2., *Johannes* PINIVS de *Lit. ant. Hiſp.* cap. IV. §. III. atque *Alexander* LESLEVS *Praef. in Miſſale Mozarab. p. XXXV. ſeq.*

VII. Quid porro ſi Liturgiis & haeretici uſi ſint? Anne putabimus, illos non omnia ſuſque deque vertiſſe, ut ad errores ſuos populis inſtillandos abuterentur? Enimvero notum eſt in Miſſalibus *Chaldaicis* tres *Neſtorianorum* Liturgias exſtare, Apoſtolorum, THEODORI, atque NESTORII; DIODORI praeterea, quam RENAVDOTIVS confidenter ait nuſquam perſcriptam, Liturgiam; immo etiam NARSETIS & BARSVMAE, quemadmodum ex Catalogo Librorum *Syrorum Ebedjeſu* Cl. *Joſeph Simonius* ASSEMANNVS conjecit *Bibl. Orient. T.* III. *p.* I. *pag.* 30. De NESTORII autem Liturgia haec ſcribebat *Leontius* BYZANTINVS *lib.* 3. *adv. eumd. Neſtor.* quae ceteris hujuſmodi Libris conſentanea videntur: *Audet & aliud malum non ſecundum ad ſuperiora: aliam enim Liturgiam effutivit praeter illam, quae a Patribus tradita eſt Eccleſiis, nec reveritus illam Apoſtolorum, nec illam Magni* BASILII *in eodem ſpiritu conſcriptam. In qua Liturgia blaſphemiis, non precationibus Eucharistiae myſterium opplevit.* In Miſſa quoque apud *Alexandrinos* celeberrima, quae *S. Gregorii* NAZIANZENI nomine praenotatur, RENAVDOTIVS formulas quaſdam agnovit, quae *Monophyſitarum* haereſim ſapere omnino videntur. Hanc tamen in uſu olim fuiſſe non ſolum apud *Monophyſitas*, ſed & apud ipſos *Aegyptios* orthodoxos, contra quam idem RENAVDOTIVS ſenſit, *Joſeph Aloyſius* ASSEMANNVS contendit *in praef. lib.* IV. *p.* IV. *Cod. Liturg. Univ. Eccleſ. p.* XVI. *ſeqq.* Adde his *anaphoram* DIOSCORI; adde SEVERI *Antiocheni* Patriarchae *Monophyſitae Ordinem Sancti Baptiſmi a Guidone* FABRICIO editum, & id genus plura. Neque tamen credas in ſolis haereticorum Liturgicis Libris errores contineri. Damnatorum animas fidelium precibus ſublevari opinio eſt, quae a communi ſenſu Catholicorum plurimum abhorret. In pluribus tamen vetuſtis Miſſalibus Miſſa exſtat, cujus ope levari illorum cruciatus poſſent, quemadmodum in meis ad *Petavii de Angelis* libri tertii caput octavum adnotationibus animadvertiſſe me memini, *T. III. Theol. Dog. p.* 98.

VIII. Tandem ad infringendam Liturgicorum Librorum auctoritatem mira illa rituum, caeremoniarum, ordiniſque diverſitas, quae in illis occurrit, non parum facere poſſet. Non enim Libri, qui ſecum ipſis tot in rebus pugnant, ad unam Catholicamque in Fidei dogmatibus doctrinam ſtabiliendam adducendi eſſe videntur.

CAPVT II.

Liturgicorum Librorum auctoritas multis argumentis evincitur.

I. Quamvis quae protulimus, argumenta aliquam probabilitatis ſpeciem prae ſe ferre videantur, multo tamen graviora ea momenta ſunt, quibus *Joſeph Aloyſius* ASSEMANNVS in *Diſſert. de Sacramento Confirmat. Lib.* 3. *Cod. Liturg. univ. Eccleſ. p.* XVIII. & ante eum *Renatus Hyacinthus* DROVVEN *de re Sacram. Lib. V. quaeſt.* XII. magnam eſſe ad Theologica dogmata ſtabilienda Liturgiarum auctoritatem confirmarunt. Nos ea paullo auctiora noſtris verbis reddemus.

II. Ac primo quidem quis neſciat, nullam eſſe quaerendae in fidei rebus veritatis aptiorem viam, quam quae Eccleſiarum toto orbe exiſtentium, ac *Romanae* praeſertim de illis ſententia fuerit, inveſtigare. *Age jam*, ajebat Tertullianus *de praeſcript. cap.* XXXVI. *qui voles curioſitatem melius exercere in negocio ſalutis, percurre Eccleſias Apoſtolicas .... Videamus quid* (ROMA) *didicerit* (ab Apoſtolis), *quid docuerit, quid cum* AFRICANIS *quoque Eccleſiis conteſſerarit.* Falſa enim eſſe non poteſt, quam *Romana*, aut univerſa Eccleſia per orbem diffuſa tradit, doctrina. Unde porro Eccleſiarum mens dignoſci tutius poſſit, quam ex Liturgiis, quae ſingularum, in quibus uſurpantur, Eccleſiarum vocem, ac teſtimonium quodammodo exhibent, atque Epiſcoporum, Presbyterorumque, immo & plebis ipſius ſuffragia, leges, ritus, effata, dogmata palam faciunt?

III. Hinc efficacitatis maximae viſum ſemper fuit, quod e Liturgiis petebatur, adverſus haereticos argumentum. PELAGIANOS non ſemel Liturgiarum precibus S. AVGVSTINVS adgreſſus eſt. *Utinam*, inquiebat ille l. *de bono Perſever. cap.* 23., *tardi corde, & infirmi, qui non poſſunt Scripturas, vel earum expoſitiones intelligere, ſic audirent, vel non audirent in hac quaeſtione diſputationes noſtras, ut magis intuerentur orationes ſuas, quas ſemper habuit Eccleſia, & habebit ab exordiis ſuis, donec finiatur hoc ſaeculum.* Sed & illum audiamus *epiſt.* 217. *al.* 107. *ad Vitalem. Exſere*, inquit, *n.* 2. *contra Orationes Eccleſiae diſputationes tuas, & quando audis Sacerdotem Dei ad Altare exhortantem populum Dei orare pro incredulis, ut eos convertat ad fidem, & pro Catechumenis, ut eis deſiderium regenerationis inſpiret, & pro Fidelibus, ut in eo, quod eſſe coeperunt, ejus munere perſeverent, ſubſanna pias voces, & dic te non facere quod hortatur &c. & num.* 26. *Numquid orare prohibebis Eccleſiam pro infidelibus, ut ſint fideles &c.* Haud aliter praeclarus ille collector *praeteritorum ſedis Apoſtolicae Epiſcoporum auctoritatum de Gratia Dei*, quem CAELESTINVM I. Pontificem plerique veterum, ac recentiorum Scriptorum aliqui non injuria cenſent, *cap.* XI. *Obſecrationum quoque Sacerdotalium ſacramenta reſpiciamus, quae ab Apoſtolis tradita in toto mundo, atque in omni Eccleſia Catholica uniformiter celebrantur, ut Legem credendi Lex ſtatuat ſupplicandi. Quum enim ſanctarum plebium praeſules man-*

data

Digitized by Google

data ſibimet Legatione fungantur, apud divinam clementiam humani generis agunt cauſſam, & tota ſecum Eccleſia congemiſcente, poſtulant, & precantur, ut infidelibus donetur fides, ut idololatrae ab impietatis ſuae liberentur erroribus &c. & cap. XII. *Illud etiam, quod circa baptizandos in univerſo mundo ſancta Eccleſia uniformiter agit, non otioſo contemplamur intuitu. Quum ſive parvuli, ſive juvenes ad regenerationis veniunt Sacramentum, non prius fontem vitae adeunt, quam exorciſmis, & exſufflationibus Clericorum Spiritus ab eis immundus abigatur: ut tunc vere appareat, quomodo princeps mundi hujus mittatur foras &c.* Idipſum LVCIFERIANIS objiciebat S. HIERONYMVS in *Dialogo* adverſus illos *cap.* IV. *An neſcis, etiam Eccleſiarum hunc eſſe morem, ut baptizatis poſtea manus imponantur, & ita invocetur Spiritus Sanctus? Exigis ubi ſcriptum ſit? In Actis Apoſtolorum: etiamſi Scripturae auctoritas non ſubeſſet, totius Orbis in hac parte conſenſus inſtar praecepti obtinet.* TRVLLANA quoque Synodus SS. BASILII, & JACOBI Fratris Domini Liturgiarum teſtimonia in medium adtulit, ut *Armenos*, qui aquam e calicis vino abſtulerant, coargueret. Vide BONAM *Rer. Liturg. Lib.* I. *cap.* VII. §. 3.

IV. Tertium praeterea, illudque efficaciſſimum pro Liturgiarum auctoritate argumentum ſumimus ex cura, quam Eccleſia ſemper adhibuit, ne quid in illas irreperet Myſteriorum ſanctitati, doctrinaeque veritati contrarium. Qua in re quum multa ex Conciliis, veterumque monumentis promi poſſent; his contentus ero. Carthaginienſis III. Synodus *can.* XXIII. ſtatuit: *Nemo in precibus vel Patrem pro Filio, vel Filium pro Patre nominet, & quum Altari adſiſtitur, ſemper ad Patrem dirigatur oratio. Et quicumque preces aliunde deſcribit, non eis utatur, niſi prius eas cum inſtructioribus fratribus contulerit.* Praeterea *Cod. Afric. Can. III.* legimus: *Placuit, ut preces, quae probatae fuerint in Concilio, ſive praefationes, ſive commendationes, ſeu manus impoſitiones, ab omnibus celebrentur; nec aliae omnino contra fidem proferantur, ſed quaecumque a prudentibus tractatae, vel comprobatae in Synodo fuerint, ne forte aliquid contra fidem vel per ignorantiam, vel per minus ſtudium ſit compoſitum.* Neque id tantummodo *Africanis* Patribus cordi fuit. BRACARENSIS III. Concilii Praeſules *c.* I. ſanxerunt: *ut per ſingulas Eccleſias Epiſcopi per Dioeceſes ambulantes primum diſcutiant Clericos, quomodo ordinem Baptiſmi teneant, vel Miſſarum, & qualiter quaecumque officia in Eccleſia peragantur.* Ulterius progreſſus eſt *Theodulphus* AVRELIANENSIS. Nam *in epiſt. ad Clerum ſuum cap.* 4. decrevit, ut ad Synodum libri, veſtimenta, & vaſa ſacra deferrentur: *Quando*, inquit, *more ſolito ad Synodum convenitis, veſtimenta, & libros, & vaſa ſacra, cum quibus veſtrum miniſterium, & injunctum officium peragitis, vobiſcum deferte; nec non duos aut tres Clericos, cum quibus Miſſarum ſollemnia celebratis, vobiſcum adducite, ut probetur, quam diligenter, & quam ſtudioſe Dei ſervitium peragitis.* Idem in ſuo *Capitulari* praecepit RICVLPHVS Epiſcopus SVESSIONENSIS. Nec aliud ſancitum videre eſt in Capitularibus *Caroli* CALVI apud BALVZIVM *T. II. pag.* 26. En quanta fuerit Eccleſiarum ſollicitudo, ut abſonum nihil, nihil non caſtigatum in Liturgicos Libros ſive fraude ſive ignorantia irreperet. Et dubitabimus, quin in ejuſmodi libris incorrupta fidei Catholicae doctri-

Digitized by Google

na ſit? Quamobrem is ſolum, qui cum haereticis traditiones contemnit, Liturgicorum Librorum auctoritatem ſpernat, neceſſe eſt. Quamquam & haeretici ipſi cogentur, ejuſmodi libros ſaltem ut teſtes admittere doctrinae diſciplinaeque, quae in Eccleſiis, quibus uſui fuere, vigebat.

CAPVT III.

Canones pro delectu Liturgicorum Librorum, ut inde in rebus Theologicis peti poſſint argumenta.

I. VErum etſi ſumma eſt Liturgicorum Librorum dignitas, & delectu in iis maxime uſurpandis, qui majore polleant auctoritate, & critice in argumentorum ex illis collectione opus eſt. De delectu ipſorum Librorum hoc capite agemus, inſequentibus de critice. Canones igitur aliquos conſtituamus, quos antea ob oculos habeat, qui ad comprobandas Fidei morumque doctrinas Liturgicis Libris uti velit.

II. CANON I. *Conſenſio Liturgiarum omnium cum Orientalium, tum Occidentalium in aliquo dogmate firmiſſimum eſt illius argumentum.* Atque hic quidem Canon ex iis, quae ſuperiore capite diximus, facile comprobatur; conſenſio enim Liturgiarum omnium Eccleſiae univerſae conſenſus eſt; quemadmodum ergo falli univerſam Eccleſiam non poſſe conſtat, ita quae a Liturgiis omnibus traduntur, erroris inſimulare nefas eſt.

III. CANON II. *Occidentales Liturgiae Orientalibus praeferendae in re Theologica ſunt.* Multa hunc Canonem ſuadent. *Orientis* enim Liturgiae ab haereticis, *Neſtorianis* praeſertim, atque *Monophyſitis*, interpolatae & corruptae fuerunt. In graviſſimo etiam Schiſmate, quod *Graecam* Eccleſiam a *Latina* ſejunxit, multa turbata fuere. Acceſſit ſumma, quae ob Barbarorum incurſus *Orientem* obruit, ignorantia, qua factum, ut ſenſim in ipſos Liturgicos Libros minus caſtigata quaedam irreperent. Sed & illud animadvertendum, *Orientales* Liturgias tropis, & formulis quibuſdam oratoriis frequenter exornari, quae etſi dogmatis veritatem non celant, tamen haereticis praeſertim, effugiorum aditus minime occludunt. Verbo: quo ſimpliciores ſunt Liturgiae; eo ad rem Theologicam accommodatiores videntur; *Orientalibus* autem *Occidentales* multo ſunt ſimpliciores.

IV. CANON III. *Inter Occidentales earum potiſſimum habenda ratio eſt, quae ad Romanam Eccleſiam pertinuiſſe dignoſcuntur.* Nam ut ajebat S.IRENAEVS *l.3.c.3. ad hanc Eccleſiam propter potiorem principalitatem neceſſe eſt omnem convenire Eccleſiam, hoc eſt eos, qui ſunt undique Fideles, in qua ſemper ab his qui ſunt, undique conſervata eſt ea, quae ab Apoſtolis eſt, traditio.* Quare WALFRIDVS Abbas *lib. de reb. Eccl. cap. 22. & Romani quidem*, inquit, *uſum obſervationum a* B. PETRO *Principe Apoſtolorum accipientes, ſuis quique temporibus quae congrua judicata ſunt, addiderunt. Quorum morem ideo in ſacris rebus tam multae gentes imitantur, quia & tanti magiſterii ex apice Apoſtolico primordiis clarent, & nulla per*

orbem

orbem Eccleſia aeque ut Romana ab omni faece haereſeon cunctis retro temporibus pura permanſit. Hic autem ſedulo illud adnotandum eſt, quod in *hiſtoria Sacramentorum* Italice verſa, *Brixiaeque* edita a. 1758. monet CHARDONIVS *T. III. p.* 76. pleroſque Liturgicos *Occidentalium* Eccleſiarum Libros a multis retro ſaeculis in tituli fronte *ad uſum Eccleſiae Romanae* praenotari; quibus tamen peculiares Regionum ſuarum ritus Librarii adſcribebant. Quamobrem ne quis eo titulo decipiatur, quaeque *Gallicanarum*, aut *Anglicarum* Eccleſiarum peculiaria erant, *Romanae* Eccleſiae tribuat, eriiice opus eſt. Certe ipſum GELASIANVM Sacramentarium *Gallicanarum* rerum neſcio quid redolet, ut vel ejus editor THOMASIVS ex MORINO docet *Praef. p.* 11. neque id mirum, quum & in *Galliis* deſcriptum fuerit, & in FLORIACENSI Bibliotheca diu fuerit adſervatum. Sed ne de ipſis quidem Manuſcriptis libris, qui *Romae* ſunt, aut in alicujus *Romanae* Eccleſiae cimelio latent, ſtatim pronunciabis, eos *Romanae* Eccleſiae in uſu fuiſſe; quis enim neſciat, potuiſſe illuc ex aliis regionibus advehi, quemadmodum *Moguntinum* Pontificale ad *Piſtorienſium* Canonicorum archivum, *Rhemenſe* item Pontificale ad Metropolitanae *Colonienſis* Bibliothecam, & ipſum illud *Floriacenſe* GELASII Sacramentarium tandem ad *Vaticanam* Bibliothecam delatum eſt. In illis vero *Romanae* Urbis Eccleſiis, quibus olim Monachi deſerviebant, ut in *Lateranenſi*, facillimum eſt, exſtare etiamnum Miſſale aliquod, aut quempiam alium Liturgicum Librum a Monachis *Romam* translatum, aut etiam ſi vis, uſurpatum, quem tamen *Romanae* Eccleſiae inconſulto tribueres. Demum hac in re animadvertendum, libris ipſis, qui *Romanae* Eccleſiae uſui fuere, potuiſſe Miſſam aliquam, ordinemque ab amanuenſi adſcribi, non quod reapſe illa a *Romana* Eccleſia vel uſurparentur, vel probarentur, ſed quod in vetuſtiore exemplo Librarius ipſe inveniſſet. Certe etiamnum in impreſſis Miſſalibus, quibus nos in noſtris Eccleſiis utimur, Miſſas editas videmus ad *Franciſcanorum*, aliorumque Religioſorum hominum uſus; neque tamen quis propterea arguat, Clerum ſaecularem *Franciſcanorum* ritus, Miſſaſque uſurpaſſe. Exigendi igitur Libri, qui Eccleſiae *Romanae* nomine inſcribuntur, ad eos, quos certo conſtat ad illam pertinuiſſe, ad ritus ab illa uſurpatos, ad doctrinam ab eadem traditam, aliaque id genus monumenta.

V. CANON IV. Inter Liturgicos Libros *Orientales* eminet *Liturgia* S. IACOBI τȣ ἀδελφοθέȣ nomine inſcripta. Nam (quod ab *Joſepho Aloyſio* ASSEMANNO in *Praef. Lib. IV. Cod. Liturg. p.* 11. *pag.* xxv. ſcite notatum reperio) *aliae quamplures, quin fere omnes Orientales ad illam ſuas Liturgias expreſſerunt, & adcommodarunt*. SYRI *fere omnes illam probarunt, eaque etiam utuntur*.

VI. CANON V. *Quae in quibuſdam particularibus Liturgiis aut ſingularia, aut paradoxa, aut etiam falſa occurrunt, minus apta ſunt ad Eccleſiarum ſive Orientalium ſive Occidentalium doctrinam dignoſcendam*. Nihil hoc Canone aequius. Quis enim Eccleſiarum de quopiam dogmate ſententiam ex paucis & illis obſcuri nominis, & a communi regula recedentibus Liturgicis Libris expiſcari malit, quam ex pluribus aliis, iiſque communi uſu probatis, & in eamdem omnibus ſive doctrinae ſive ri-

tuum

tuum forma conſpirantibus? Deſipientis hominis profecto id eſſet ; ut ſane mirer exſtare Theologos, qui quum Liturgiae omnes *Latinae*, & *Graecae*, *Syriacae* Orthodoxorum, *Neſtorianorum*, & *Jacobitarum*, *Aethiopicae*, *Armenicae* verba Chriſti: *Hoc eſt Corpus meum : Hic eſt Calix Sanguinis mei* repraeſentent, *Orientalium* Eccleſiarum de verbis Euchariſticis conſecratoriis mentem non ex iſtis colligant, ſed ex quatuor nullius notae, ex Liturgia, inquam, S. SIXTI *Papae* nomine praenotata, ex ea, quae inſcribitur PETRI II. & *Thomae* HERACLEENSIS Liturgia, itemque alia *Dionyſii* BARSALIBAEI, in quibus verba illa deſiderantur.

VII. CANON VI. *Si ex Orientalium Libris aliquid promendum, praeſtat iis uti, qui apud Orientales ipſos perſcripti ſint, neque a Miſſionariis, Cenſoribuſque noſtratibus emendati.* Id maxime notandum, ubi cum haereticis diſputatio ſit, ne ſcilicet querantur, non *Syrorum*, ſed *Romanorum*, quorum auctoritate Codices reformati ſunt, doctrinam eam eſſe, quam MSS. aut impreſſi hujuſmodi Libri repraeſentant. Transferri tamen hic Canon jure poteſt ad diſputationes, quas inter ſe ſe Catholici inſtituunt. Nam exempli gratia, qui hanc *Orientalibus* fuiſſe opinionem contendunt, nullo modo celebrandum eſſe ſine Evangelicis verbis Chriſtianae Legis ſacrificium, adverſaris *Sixti* ROMANI Liturgiam, in qua, uti nuper dicebam, Evangelica illa verba omittuntur, objicientibus duos opponere non injuria poſſunt ejuſdem Liturgiae Codices a RENAVDOTIO memoratos, in quorum altero praetermiſſa verba margini fuerunt adſcripta, in altero eadem verba continuata cum ceteris ſerie referuntur. Etſi enim Codices illi antiquiſſimi non ſunt, quum tamen vel ipſo RENAVDOTIO teſte non ex iis ſint, quos Miſſionarii, aut *Romani* Cenſores reformarunt, vulgaris inter *Syros* traditionis de non omittendis inter ſacra verbis Evangelicis fidem indubiam faciunt. *Non enim*, inquit VRSIVS Cardinalis *in Diſſert. Theol. de Liturgica Sancti Spir. invoc. p. 17. de vetere Lectione ſollicitanda nunquam cogitaſſent, & de vetuſtis Majorum ſuorum Codicibus emandandis ſolliciti aliquando fuiſſent, niſi haec* SYRIS *adhaeſiſſet opinio, nullo modo eſſe celebrandum Chriſtianae Legis ſine verbis Evangelicis ſacrificium.*

VIII. CANON VII. *Fruſtra ad veteres ritus, doctrinaſve confirmandas Codices Liturgici in medium adferuntur, quos eſſe recentiore aevo interpolatos conſtet.* Exemplum habes in S. GREGORII Sacramentario, ubi unctio ſacra in Diaconorum ac Presbyterorum ordinatione praeſcribitur. Nam ſequiorum temporum additamentum illud eſſe plane evincit NICOLAI I. nono ſaeculo Pontificis epiſtola ad *Rodulphum* BITVRICENSEM Archiepiſcopum, in qua legimus, non fuiſſe moris Eccleſiae *Romanae*, Presbyteris ac Diaconis, *quum ordinantur, manus Chriſmatis liquore perungi*. Heic autem adrigant aures Proteſtantes, neque putent, impune per nos abuti ſe hoc Canone poſſe, interpolatos noſtros Liturgicos Codices praedicando, quod dogmata contineant ipſorum doctrinis contraria. Eadem enim dogmata, propter quae Proteſtantes de interpolatis Liturgiis noſtris queruntur, in aliis veterum Patrum Libris paſſim reperiuntur; quos tamen corruptos objicere nemo poſſit, qui aut impudentiſſimus non ſit, aut cauſſae ſuae omnino non diffidat.

IX. CA-

Digitized by Google

IX. CANON VIII. *Libri publica auctoritate adprobati iis praeferendi omnino ſunt, qui privatae ſunt, aut dubiae auctoritatis*. Exemplo Canonis veritas patebit. In *Pontificali* an. MDXX. *Venetiis Alberti* CASTELLANI *Ord. Praedic.* ſtudio & curis emendato & aucto (*p.* 3.) haec legitur Ordinantis Epiſcopi proteſtatio, quae exſtitiſſe dicitur in Pontificali *Domini* IVLII *Papae II. quod in Sacra Apoſtolica Bibliotheca conſervatur*. „ Volentes hujuſmodi periculis, in quantum poſſumus, „ obviare, generalem ordinationem heic ad praeſens celebrare intendentes, vos omnes, & ſingulos. I. II. & III. ac perhemptorie „ admonemus, nec non & vobis, ac cuilibet ſub poena excommunicationis latae ſententiae, & ſuſpenſionis ab officiis, & beneficiis eccleſiaſticis diſtincte praecipimus: quatenus vos, aut aliquis veſtrum ſe „ nullatenus ingerat, vel accedat ad aliquem eccleſiaſticum ordinem „ adſumendum, ſi in aliquo infraſcriptorum caſuum ſe ſenſerit innodatum. Quum noſtrae intentionis ſit, neminem de praedictis ordinari „ volentibus ad aliquem ordinem admittere: imo quemlibet veſtrum „ ſic venientem ab officiis, & beneficiis eccleſiaſticis praefata monitione praemiſſa ſuſpendimus in his ſcriptis, abſolutionibus tamen, & „ diſpenſationibus infraſcriptis in omnibus ſemper ſalvis: Primo, ſi „ ſit haereticus: Item Simoniacus: item ſchiſmaticus: item apoſtata: „ item ſeditioſus, aut percuſſor, & injuriarum ſuarum ultor: item „ homicida facto, praecepto, conſilio: niſi forte dormiens, ſeu furioſus: ſeu cum fuit infans, illud homicidium commiſit: item importunus, ſeu ambitioſus ad ordines: item poſt ſuſceptum ordinem „ lapſus: item ebrioſus, & generaliter gulae deditus: item impudicus, „ & qui moribus, & verbis impudicitiam oſtendit: item litigioſus: „ item ſolemniter poenitens &c. „ Atque eadem proteſtatio occurrit in *Pontificali* anno MDXLIII. *Venetiis* pariter edito. Verum ea proteſtatio, quam BENEDICTVS XIV. *de Synodo Dioeceſana* (*Lib. VIII. cap.* II.) cum Cardinale de LVGO improbat, abeſt a celeberrimo *Pontificali*, quod INNOCENTII VIII. juſſu ediderunt *Romae* anno MCCCCLXXXV. *Auguſtinus* PATRICIVS Epiſcopus *Pientinus*, & Johannes BVRCKARDVS, immo & a ceteris Pontificalis *Romani* exemplis, quae a CLEMENTE VIII, aliiſque eum ſequutis *Romanis* Pontificibus recognita, ac probata fuerunt. Quid ergo ſiquis gemini illius *Pontificalis* auctoritate, aut ita proteſtantes Epiſcopos tueri vellet, aut etiam reluctante omnino Epiſcopi ordinantis animo ordinari quemquam valide poſſe contenderet? Nae ille nugas ageret. Nam duae illae *Venetae* Pontificalis *Romani* editiones, quum *Pontificale* exhibeant a nullo *Romanorum* Pontificum adprobatum, quid efficient, ſtantibus contra Pontificalibus, quae ex emendatione, & juſſu Pontificum *Romanorum* prodierunt? Ceterum quod ſcite animadvertit Cl. TROMBELLVS (*Tract. de Sacram. T. IV. pag.* 252.) paullo ante eam proteſtationem, quam modo retuli, in *Pontificali* anno MDXLIII. *Venetiis* edito haec ſtatuta exſtant. „ Demum in Eccleſia cum ordinationis tem„ pus inſtat, abſolvit publice ad cautelam omnes ordinandos ab omni „ vinculo excommunicationis: & cum eis quatenus ſecundum Deum, „ & canonicas ſanctiones prout ſupra, omni irregularitate diſpenſat

„ in

Digitized by Google

„ in hac forma, ut *Dominus noſter Jeſu Chriſtus*, *qui beato* PETRO „ *Apoſtolo ſuo collatis clavibus regni coeleſtis dedit poteſtatem ligandi atque* „ *ſolvendi*, *ipſe vos abſolvat* : *& nos auctoritate ejuſdem*, *& ordinaria*, „ *qua fungimur*, *abſolvimus vos ab omni ſententia excommunicationis*, *ſu-* „ *ſpenſionis*, *& interdicti*, *& reſtituimus vos ſanctis Sacramentis*, *Eccle-* „ *ſiae communioni*, *& unitati fidelium* : *& diſpenſamus vobiſcum ſuper irre-* „ *gularitate*, *ſive irregularitatibus*, *ſi quam*, *vel ſi quas contraxiſtis*, *&* „ *habilitamus vos executioni ordinum*, *& officiorum veſtrorum*, *in quantum* „ *de jure nobis conceditur & permittitur*, *ut ſitis abſoluti hic*, *& ante tri-* „ *bunal ejuſdem Domini Noſtri Jeſu Chriſti* ; *habeatiſque vitam aeternam*, „ *& vivatis in ſoecula ſaeculorum Amen*. *In nomine Patris*, *& Filii*, *&* „ *Spiritus Sancti Amen*. „ Ex his porro conijcimus, Epiſcopum habuiſſe intentionem ordinandi eos, qui parati ſunt ad ordines recipiendos: quos ut illis conferret, ab irregularitate & caeteris impedimentis abſolvit.

X. CANON IX. Liturgiarum loca *adferenda non ſunt*, in quibus *mendum cubare facile eſt ſuſpicari*. *Joſephus Aloyſius* ASSEMANNVS *Cod. Liturg. Eccleſ. Univ. lib.* 4. *p. I. pag.* 10. Sanctos preces noſtras audire monet ad eum GELASIANI Sacramentarii de S. STEPHANO locum: *pro his etiam proſit* AVDITOR. Verum quovis pignore contenderem non *Auditor*, ſed *Adjutor* eo loco legendum, idque nomen multo melius cum verbo *proſit* conjungitur, quam alterum *auditoris*.

C A P V T I V.

Canones ad argumenta e Liturgicorum Librorum ſilentio rite ducenda proferuntur.

I. HActenus Canones aliquos conſtituimus, qui ad ipſum ſpectant Liturgicorum Librorum delectum; ad eorumdem uſum nunc noſmet convertamus. Illud autem primum videamus, quam efficax ſit quod e Liturgicorum Librorum ſilentio peti a quibuſdam ſolet argumentum, quaeque leges ſervandae, ut hocce argumentandi genus alicujus ponderis ſit.

II. CANON I. *Liturgicorum Librorum ſilentium*, *cui aequalia monumenta fidem adſtruunt*, *efficaci argumento eſſe poteſt*, *hoc illudve antiquiore aevo uſu non fuiſſe receptum*. Heic quod Ordo GELASIANUS unctionem manuum in Praesbyterorum ordinatione praetermittit, recte argues, illam GELASIO Pontifice in Eccleſia *Romana* non obtinuiſſe; nam (quod ſuperiore capite adnotabam) ne in uſu quidem fuit *Romanae* Eccleſiae, quo tempore NICOLAVS I. in PETRI Cathedra ſedebat.

III. CANON II. *Siqua magni momenti ratio ſuadeat*, *aliquid olim uſitatum fuiſſe*, *fruſtra Liturgicorum Librorum ſilentium objicitur*. Sic nuſpiam ante S. BONIFACII Archiepiſcopi *Moguntini* Statuta, quae *Martenius* appellat *de Ant. Eccl. ritib. l. I. c.* 1. *art.* 16. invenias in Liturgicis Libris formae Baptiſmatis conditionatae mentionem. Illam tamen non fuiſſe antea in uſu, uti *Natali* ALEXANDRO viſum fuit *Hiſt.*

Eccl.

Digitized by Google

Eccl. ſaec. IV. cap. IV. art. XII. heinc perperam quis colligeret. Nam quemadmodum a BENEDICTO XIV. ſapienter animadverſum fuit *de Syn. Dioec. lib. VII. cap.* VI. *nu.* I. niſi velimus, Eccleſiam in eum, quem ſemper deteſtata eſt, Rebaptizantium errorem incidiſſe, neceſſe eſt exiſtimare, non aliter ubi de Baptiſmo prudens aliqua dubitatio suboriretur, Baptiſmum conferri voluiſſe (tunc autem conferri voluiſſe palam eſt ex CYPRIANI epiſtola LXXVI. ex Concilii *Carthaginienſis V. Canone* VI. ex LEONIS M. Litteris ad *Ruſticum Narbonenſem*, itemque ad *Neonam Ravennatem*, aliiſque pluribus monumentis) non aliter, inquam, in ea dubietate Baptiſmum conferri voluiſſe, quam ſub tacita, & mente concepta conditione: *ſi nondum es legitime baptizatus*: quare conditio prius mente tantum concepta, in ipſa Baptiſmi forma exprimi, & pronunciari octavo Saeculo coeperit.

IV. CANON III. *Si nulla ſat probabilis cauſſa adferri poſſit, cur aliquid in Liturgicis Libris praetermiſſum fuerit, horum ſilentium argumento eſt, illud, de quo agitur, quibus locis aut temporibus Codices Liturgici fuere perſcripti, nondum fuiſſe uſu receptum.* Hoc canone illorum potiſſimum ſententia petitur, qui materiam Presbyteratus in traditione calicis & patenae, formam vero in verbis illis ſolemnibus: *Accipe poteſtatem &c.* ſitam a multis retro ſaeculis fuiſſe contendunt. Nam omnes antiqui libri Rituales ante 800. annos ſcripti, ut MARTENE, aliique notarunt, hanc Calicis traditionem conſtanter praetermittunt; nec ulla, cur rem uſu receptam praetermiſerint, cauſſa probabilis poteſt adferri; immo quoniam P. SIMONNET *Tract. XVII. diſſ. III. art.* 3. rei evidentia convictus fatetur propter auctoritatem Concilii *Carthaginienſis* IV. ante quinctum Saeculum non ſolum in *Orientali*, ſed etiam in *Occidentali* Eccleſia manus, vel manuum impoſitionem adaequatam fuiſſe materiam Ordinationum ſacramentalium; *quum enim*, inquit, Concilium *dicit* Can. V. *Subdiaconum*, QVIA MANVVM IMPOSITIONEM *non adcipit, ordinari poſt inſtrumentorum traditionem, manifeſte innuit, Epiſcopum, Presbyterum, & Diaconum, quia manus impoſitionem adcipiunt, tunc temporis per traditionem inſtrumentorum ordinatos non fuiſſe*; & illud, quod tamen negat, concedat, oportet, ante XI. Saeculum non fuiſſe in Eccleſia *Latina* uſitatam inſtrumentorum traditionem. Nam in omnibus vetuſtis Ordinibus ROMANIS, aliarumque Eccleſiarum, quos MARTENIVS, MABILLONIVS, MVRATORIVS ediderunt, ubi de Subdiaconorum ordinatione agitur, ea Rubrica legitur ex citato *Carthaginienſis* Concilii Canone ſumpta: *Subdiaconus cum ordinatur, quia manus impoſitionem non adcipit, patenam de manu Epiſcopi adcipiat vacuam &c.*

V. CANON IV. *At ſi probabilis cauſſa deſignari poſſit, cur ritus aut doctrinae receptae Libri Liturgici haud meminerint, infirmum erit, quod ex eorum ſilentio ſumitur, argumentum. Hujuſmodi porro probabilis cauſſa eſſe poteſt.*

I. *Vitium Amanuenſis*; hoc tamen abuti paſſim non licet, ſed illud objici tum poteſt codicum ſilentium urgentibus, quum manifeſta corrupti codicis indicia ſuppetent. In GELASIANO Sacramentario, ut exemplum proferam, deeſt inter *Benedictiones ſuper eos, qui ſacris Ordinibus benedicendi ſunt*, benedictio Acolythi; quod ſi quis heinc argueret,

Acolythos GELASII temporibus non fuiſſe *Romae* inter Ordines adnumeratos, aperto codicis vitio revinci poterit; in ipſo enim GELASIANO Sacramentario paullo antea, ubi *incipit Ordo de Sacris Ordinibus benedicendis*, Acolythus memoratur, deque ejus ordinatione agitur; quamobrem benedictio Acolythi nonniſi ob Librarii incuriam potuit omitti. Contra in Miſſali *Francorum* Lector praetermittitur, ubi quae in ſingulis ordinibus conferendis agenda ſunt, percenſentur; at ubi Benedictiones ordinandorum deſcribuntur, ſuus locus eſt Lectoris benedictioni.

II. *Diſciplina arcani* praeſertim quod ad Sacramentorum formas adtinet. WITASSII Continuator de *Sacram. Confir. q. 3. art. I. ſect. I. §. I. In Gregoriano*, inquit, *aliiſque Pontificalibus & Sacramentariis praeter orationem ſeu formam jam deprecatoriam nihil haberi* (conſtat). *Sex igitur, vel etiam Septem primis Eccleſiae Saeculis nulla verborum formula in Confirmatione adhibebatur, praeter Orationem, quae proferebatur, quum fieret manuum impoſitio*. Verum haec conſequutio ex eo antecedente minime fluit. Animadvertere enim debuerat, quanta cura & ſollicitudine SS. Patres Chriſtianae Religionis myſteria abſconderint, ex qua factum, inquit eruditiſſimus MARTENIVS *de ant. Eccl. rit. Lib. I. cap. II. art. III num. VIII.*, ut qui primi Libros Sacramentorum compoſuerunt, Sacramentorum formas ſcripto tradere noluerint, quos imitati poſterioris aetatis Scriptores Confirmationis formam praetermiſerunt. Equidem P. BERTI *de Theol. diſcipl. Lib. XXXII. cap. VI.* ait adſequi ſe non poſſe, quei ob *diſciplinam arcani* praetermittenda haec eſſent in Libris Sacramentorum in Scrinio Eccleſiarum occluſis, a ſacris dumtaxat Miniſtris, non a plebe pervolutandis. At non Chriſtianae plebis, cui arcana haec Sacramenta palam fierent, ſed Ethnicorum praeſertim, aliorumque noſtris myſteriis nondum initiatorum rationem habuere, qui diſciplinam arcani conſtituerunt, ne ſcilicet ad eorum manus Sacramentorum formae, myſteriaque pervenirent. Quod autem Sacramentorum Libri in ſcrinio Eccleſiarum occluderentur, nihil obeſt. An non enim in eodem Eccleſiarum ſcrinio Evangelia, ceterique utriuſque Inſtrumenti Codices ſacri deliteſcebant? nec tamen proditores defuere, qui Libros hoſce idololatris traderent. Quamobrem ne tam ſancta myſteria idolorum cultoribus proderentur, ſi quando vel noſtrorum hominum ſacrilegio, vel etiam Ethnicorum ipſorum vi, ac direptione Liturgici Codices in eorum poteſtatem venirent, a Sacramentorum formis vulgo inſcribendis abſtinebant. At P. BERTI urget vetuſtiſſimos omnes Codices Sacramentorum, qui hujuſmodi myſteriis pleni ſint, & ipſum Sacramentale GREGORIANVM, quod pag. 3. continet verba conſecrationis, pag. 73. formam baptiſmi, pag. 224. conſecrationem presbyterorum, aliaque omnia juxta diſciplinam arcani ſepelienda. Recte omnia; nec nos negabimus, formas Sacramentorum olim ſcripto conſignatas fuiſſe. Certe quod in *diſputatione de diſciplina arcani, & de Liturgiis* ſcriptum invenio a Cl. P. AZEVEDIO, *impoſſibile videtur, tot Scriptores in diverſiſſimis regionibus Eccleſiae Orientalis, & Occidentalis referre adeo uniformiter fere omnes Ritus Liturgicos, niſi legiſſent formulas ſacrificales ſuarum Eccleſiarum ſervatas apud Epiſcopos*. Quare & Confirmationis formam ſcripto commendatam fuiſſe nullum dubito. Hoc igitur dicimus, Liturgicum ordinem, traditionem ſymboli, Sacramen-

mentorum formas, aliaque id genus vetuſtiſſimis temporibus non in Sacramentariis, qualia habemus, fuiſſe conſcripta, ſed ſeorſum ab Orationibus, conteſtationibus &c. quae in vulgatioribus Libris exſtabant, quemadmodum Evangelia, Epiſtolae, Antiphonae, Reſponſoria ſuos ſingula libros habebant. Sacramentariorum autem illorum exempla pauciſſima fuiſſe conjicio, & ab Epiſcopis ipſis caute ſervata. Paullatim vero relaxata arcani diſciplina coepere iſta Miſſalibus Libris adſcribi, ita tamen, ut aliqua veteris diſciplinae veſtigia in antiquioribus ſint manifeſta. Quare in Miſſali *Gothico*, & in alio *Francorum*, quae duo Miſſalia fortaſſe ex omnium, unde docti viri Sacramentaria eruerint, vetuſtiſſimis Codicibus prodierunt, ſacrae Actionis verba deſiderantur. Age jam ad GREGORIANVM Sacramentarium oratio redeat. Si dixero, ex arcani diſciplina & illud profectum, ut ſola in eo legatur oratio ad conſignandos infantes, idne cuipiam minus veroſimile videatur? Nonne nulla ibi ſit mentio manuum imponendarum? nulla cujuſque alterius ritus, quo Infantes conſignarentur? Cur de Confirmatione tam parce actum? Cedo, ſi potes, probabiliorem arcani diſciplina rationem. Enimvero quanta fuerit in praeſenti negocio INNOCENTII Papae I. religio, ex ejus epiſtola I. ad *Decentium* EVGVBINVM Epiſcopum pervulgatum eſt. Poſtquam enim de unctione adhibenda in Confirmatione diſſeruit, *verba autem*, inquit, *dare non poſſum, ne magis videar prodere, quam ad conſultationem reſpondere*. Hanc autem INNOCENTII Religionem ob oculos quum haberent ejus ſucceſſores, mirum non eſt, ſi etiam quibus temporibus arcani diſciplina minus vigebat, in Confirmationis forma prodenda difficiliores fuerint, quam in ceteris myſteriis ad eamdem diſciplinam olim pertinentibus. Video quid objici poſſit, in GELASIANO ſcilicet Sacramentario praeter orationem, quae in Sacramentario GREGORIANO legitur, haec addi, quae GELASIVS INNOCENTII temporibus GREGORIO multo proximior, ſi quae diximus vera ſunt, celare debuiſſet: *poſtea ſignat eos in fronte de Chriſmate dicens: Signum Chriſti in vitam aeternam*. ℟. *Amen*. *Pax tecum*. ℟. *Et cum ſpiritu tuo*. Verum haec in *Galliis*, ubi Codex perſcriptus fuit, addita fuiſſe, quemadmodum alia nonnulla *Gallicani* ritus veſtigia in eo viri docti deprehenderunt, mihi plane exploratum. Nam ut mittam, GELASIVM ſibi piaculo ductum fuiſſe id prodere, quod INNOCENTIVS I. tantopere caverat; ut etiam praeteream, S. GREGORIVM, qui GELASIANVM *Codicem* IOHANNE Diacono teſte *de Miſſarum ſolemniis multa ſubtrahens, pauca convertens, nonnulla adjiciens in unius Libri volumine coarctavit*, ea ſi in GELASII Codice repeririſſet, non fuiſſe praetermiſſurum; neque enim haec ex iis erant, quae ſubtrahenda eſſent; ut haec inquam omittam, in Ordinibus *Romanis* vetuſtiſſimis, quos MABILLONIVS edidit, haec ſolum verba leguntur: *in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti*. *Pax tecum*, vel *tibi*: ℟. *Et cum Spiritu tuo*, quae ſola etiam exſtabant in Libello Romano, cujus ſaepe AMALARIVS meminit *L. I. de Eccleſ. offic.* cap. XVII. Porro quis credat, *Romanam* Eccleſiam veterum rituum cuſtodem tenaciſſimam ſeptimo aut octavo ſaeculo, quo Libellus ille ſcribi debuit, quum ſub inſequentis noni initia AMALARIVS floruerit, ritum Confirmationis, qui GE-

Digitized by Google

LASIANIS temporibus in moribus erat, nulla ad id cogente cauſſa immutaſſe? Contra in *Galliis* ea forma conſignatos fuiſſe infantes diſcimus ex quatuor Codicibus REGIO 3866. COLBERTINO 1348. GELLONENSI, & NOVIOMENSI, quos MARTENIVS citat, itemque ex ordine BELLOVACENSIS Eccleſiae, quem idem MARTENIVS deſcribit. Sed Ordo *Romanus*, quem memoravi, aliud, niſi vehementer fallor, in hoc ipſo Confirmationis negocio Diſciplinae arcani argumentum ſuppeditat. MARTENIVS, aliique non pauci olim haec tantum verba Pontificem baptizatos conſignantem dixiſſe ajunt: *In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti*; *Pax tibi*, Ordinis Romani, atque AMALARII ducti auctoritate. At ego numquam adducar, ut credam, vaga haec verba, quibus ceterorum fere Sacramentorum formae clauduntur, Confirmationis formam fuiſſe. Neque quis regerat ab ipſa ſignandi actione determinari illa potuiſſe. Quis enim dicat Baptiſmi formam his verbis in *nomine Patris &c.* contineri poſſe, quod actio ipſa baptizandi illis determinatum quemdam ſenſum adjiciat? In ordine Romano X. apud MABILLONIVM pag. 106. haec ſolum verba adſcribuntur. *Pax tecum*; ergo ne propterea dicemus alia illa omiſſa *in nomine Patris &c.*? Itaque mihi veriſimilius eſt, in Romana Eccleſia eamdem, quae nunc uſurpatur, adhibitam ſemper fuiſſe Confirmationis formam: *Signo te ſigno Crucis &c.* In Ordinibus vero Romanis ex arcani diſciplina praetermiſſam, ea autem verba *in nomine Patris &c.* fuiſſe adſcripta, ut confirmandi, quid ſibi reſpondendum eſſet, nempe *Amen*, edocerentur. Ut ut eſt, quemadmodum a GELASIANO codice abeſt forma Baptiſmi, ita & in Sacramentario GREGORIANO, quod ex pervetuſtis OTHOBONIANO & VATICANO exemplis Cl. MVRATORIVS vulgavit, ea forma deſideratur; ut vel hinc mirari P. BERTI dediſcat, ſi Sacramentorum formas ex antiqua arcani diſciplina in ROMANIS praeſertim Sacramentariis praetermiſſa eſſe dixerimus, neque GREGORIANO Sacramentario deinceps utatur, interpolato illo, quod ROCCHA, & MENARDVS edidere.

III. *Vulgatus & familiaris alicujus formae breviſſimae uſus*. DROUVEN *de re Sacram. lib.* 6. *q.* 8. *c.* 3. aliique cum MORINO contendunt, toto decem priorum Eccleſiae Saeculorum decurſu formam abſolvendi deprecativam obtinuiſſe, quod nec minimum in ritualibus libris formae indicativae veſtigium reperiatur. At P. SIMONNET *Tract. XV. diſp. VII. art.* 4. recte monet, formulam indicativam abſolutionis breviſſimam eſſe, & ſemel exceptam auribus addiſci, & impoſterum nullo negocio memoria retineri, vulgatiſſimum praeterea illius uſum ac pene quotidianum eſſe, ut mirum videri non debeat, de illa altum Rituales Libros ſilere.

IV. *Mores Eccleſiarum, quarum uſui codices fuere deſcripti*. Exemplum habemus in GELASIANO Sacramentario, in quo commemoratio defunctorum poſt conſecrationem deſideratur. Quis tamen hinc confirmare ſe poſſe confidat, eam a GELASIO ipſo fuiſſe praetermiſſam, nec *Romae* ſub eo Pontifice uſitatam? Nullus certe, qui in *Gallicanis* ritibus ſit paullo verſatus. Hic nempe GELASIANVM Codicem, unde THOMASIVS tanto nos theſauro ditavit, fuiſſe in *Galliis* deſcriptum intelli-

gens,

gens, aliquid *Gallicani* ritus in hunc locum irrepſiſſe animadvertet. Notum eſt enim in *Gallicana* Eccleſia nullam hujuſmodi defunctorum commemorationem fieri poſt conſecrationem conſueviſſe, ſed poſt oblationem diptycha fuiſſe lecta, id eſt recitata nomina tam Sanctorum, in quorum memoriam ſacrificium Deo offerebatur, quam viventium atque defunctorum, pro quibus offerebatur.

C A P V T V.

Canones aliqui ad germanum, verumque Liturgicorum Librorum ſenſum adſequendum proponuntur.

I. VIdimus quid ex Liturgicorum Librorum ſilentio effici argumentando poſſit; nunc quae ratio ſit ex eorumdem verbis aliquid colligendi, conſideremus. Hoc autem capite paucos quoſdam canones dabimus, qui generales ſint; ceteros ſequenti capite expediemus.

II. CANON I. *Non omnia, quae in Sacramentorum adminiſtratione ex omnium Liturgicorum Librorum praeſcripto ſervamus, ejuſmodi ſunt, ut ab illis ipſorum Sacramentorum efficacitas pendeat.* Ita vini & aquae commixtio, fractio Hoſtiae, permixtio ſpecierum, Triſagion, Dominica oratio in Liturgiis reperiuntur; quae tamen omnia ad Euchariſtiae conſecrationem eſſe prorſus neceſſaria nemo contendet.

C O R O L L A R I V M.

MAle arguit Cl. TOVTTAEVS *diſſ. III. de doctr.* S. CYRILLI *c.* 12. Invocationis Spiritus S. in Conſecratione Euchariſtiae efficaciam quamdam eſſe, eamque non parvam, immo & ejus neceſſitatem, quod ea in omnibus prorſus Liturgiis reperiatur.

III. CANON II. *Aliqua in Liturgicis Libris ſunt, quae Tropico ſenſu explicare par eſt.* Euchariſtia non raro Orientalibus *Carbo* dicitur, immo & in *Mozarabum* Miſſali *carbo igneus* appellatur; in Liturgia quoque S. IACOBI Chriſtus *duplicis naturae carbo* nuncupatur. Quae nonniſi metaphorice uſurpari potuere.

IV. CANON III. *Quae in Liturgiis occurrunt, niſi ſiquid obſtat, in vero ac proprio ſenſu adcipienda ſunt.* Canon hic *Carthaginienſis* Synodi a. 418. Canone VIII. comprobatur; eo enim contra PELAGIANOS ſtatuitur, *ut quicumque verba ipſa Dominicae orationis, ubi dicimus:* DIMITTE NOBIS DEBITA NOSTRA, *ita volunt a Sanctis dici, ut humiliter, non veraciter hoc dicatur, anathema ſint.*

COROLLARIUM I.

Ex Liturgiis Catholicae Eccleſiae de Trinitatis myſterio doctrinam confirmare.

IN Miſſali *Gothico Tom. VI. Thomaſian. oper. p.* 243. legere eſt. *Unum te Deum dominantem, diſtinctum nec diviſum, Trinum nec triplicem, ſolum nec ſolitarium conſona laudamus voce.*

In Miſſali *Gallicano* VETERE *ibid.* pag. 381. dicitur: *In Trinitate Divina non eſt quod majus minuſve credendum ſit: ſiquid (ſiquidem) ubi unus major dicitur, deeſſe minor aliquis indicatur. In hac ergo ipſa Divinitate ſi aliud majus quis, aliud minus adſerat: ei ipſe Majeſtati contumeliam facit, quam majorem putat: quia quum aequalis poteſtas ac dignitas Trinitatis ſit, quidquid uni detrahitur, cunctae procul dubio Deitati aequaliter derogatur.*

Quae ſane in vero proprioque ſenſu ſi uſurpentur, Catholicae Eccleſiae de Trinitate doctrinam plane exprimunt.

COROLLARIUM II.

Verbi Divinitatem adverſus Arrianos, Socinianoſque ex Liturgiis demonſtrare,

NOnnulla in hanc rem protulit *Petrus Thomas* ANSALDIVS *diſſ. de divinitate Domini Noſtri Jeſu Chriſti* cap. 2., ſed pleraque meo judicio ad ARRIANOS revincendos minus apta; neque enim ARRIANVS negabit, Verbum eſſe Deum, cum Patre ſimul reſidere, & cetera id genus. Clariſſima, & peremptoria haec ſunt.

Ex Sacramentario, quod LEONI M. aliqui tribuunt, in *praef.* de S. IOHANNE EVANGELISTA *col.* 476. *Murat. edit. Ut omnem tranſgrediens creaturam excelſa mente conſpiceret, & Evangelica voce proferret,* quia in principio erat Verbum, & Deus erat Verbum, & quia hoc erat in principio apud Deum. *Dicendo quippe* erat, PERPETVITATEM SINE INITIO *demonſtravit, Addendo* & Deus erat Verbum, & hoc erat in principio apud Deum, & *diſtinctionem protulit perſonalem,* & VNAM TE CVM FILIO TVO *patefecit* HABERE DEITATEM.

Ex Sacramentario GELASIANO *Thomaſianae edit.* pag. 4. Quem SEMPER FILIVM, & ANTE TEMPORA AETERNA GENERATVM, *quia tibi aeterno atque perfecto aeterni Patris nomen non defuis, praedicamus.* Ex eodem pag. 47. *Hic Dei Patris, & Filii* VNA AEQVALIS *pronuntiatur poteſtas.* Adde loca duo, in quibus ARRIVS, ejuſque perfidia diſerte damnatur, pag. 106. & 107.

Ex Miſſali *Gothico* pag. 232. Per COAETERNVM TIBI *Jeſum Chriſtum filium ſuum*: cujus ſimilis formula pag 256. occurrit. Ex eodem pag. 256. *Qui* (Chriſtus) *quum de ſuo Genitori eſſet* AEQVALIS &c.

Ex Miſſali *Gallicano* VETERE *Thomaſ. edit.* pagin. 577. *Qui ex*

ute-

Digitized by Google

utero ante Luciferum Paterno natus infallibiliter, Deus de Deo, *unus de uno*, Lumen de Lumine, de ſempiterno Patre coaeternus Filius. *Cum Quo* ſemper & *Spiritu Sancto in ſplendoribus Sanctorum* ſine principio, & ſine fine regnas & permanes *in ſaecula*. Confer etiam pag. 387.

Ex libello Orationum *Gothico Hiſpano*, quem BLANCHINIUS edidit pag. 35. *Coaeterna Dei ſapientia Patris*: pag. 36. *Domine Jeſu Chriſte, ante quem nullus eſt formatus Deus*: pag. 37. *Jeſu Domine, qui es aeterni Patris Filius coaeternus; cujus Divinitas ex Patre prolata ortum oſtendit, initium neſcit*.

COROLLARIUM III.

Divinitatem Spiritus Sancti ex Liturgiis contra Macedonianos comprobare.

EX GELASIANO Sacramentario pag. 46. *Hic Spiritus Sanctus in eadem, qua Pater & Filius, Deitate indiſcretus adcipitur*.

Ex libello Orationum *Gothico-Hiſpano* pag. 117. *Omnium rerum Creator & Dominus docuit Sapientiam, in qua eſt Sanctus Spiritus unicus, ſimplex, multimodus, ſubtilis, ut unus Pater, unus Filius, unus Spiritus Sanctus, non pluralitate Deitatis oſtenſi, ſed unitate virtutis innexi & unione perſonae careant, & in unitate naturae permaneant: nec ſit illic aliquid diverſum, ubi in ſingulis reſonat unum*. Haec quoque pag. 118. de Spiritu Sancto legas: *Qui tecum eſt eſſentialiter bonus*.

COROLLARIUM IV.

Chriſtum ex Liturgiis oſtendere verum Deum, verumque hominem.

HAec habet *Leonianum* Sacramentarium col. 314. *In Caelos Adſcenſio mediatoris Dei & hominum hominis Jeſu Chriſti a noſtra non eſt humilitate diſceſſio, dum & in ea gloria, quam tecum ſemper habuit, & in ea natura eſt, quam ſuam fecit ex nobis*. Idem col. 459. *In quibus omnibus evidenter Deum Hominemque cognoſcimus, qui ſuſcipiendo quod noſtrum eſt, dignatus eſt nobis conferre quod ſuum eſt*. Idem col. 482. *Ut unus Chriſtus in Dei atque hominis veritate, nec a noſtra diviſus natura, nec a tua diſcretus adoretur eſſentia*.

Similia legas in Libello Orationum *Gothico-Hiſpano*. En aliqua. Pag. 37. *Homo verus, & Omnipotens Deus*. Pag. 64. *ut ſic nos, qui te Deum pariter & hominem veraciter confitentes, unum credimus Chriſtum*. Pag. 98. *Maledictus eſt utique, Domine, omnis homo, qui in corde ſuo fabricat malum, ſcilicet qui te vel hominem negat eſſe vel Deum*.

CO-

COROLLARIVM V.

Chriſtum verum , nec ſolummodo phantaſticum habuiſſe corpus , ex Liturgiis adſerere .

D*Ominus Jeſus , qui ad Redemptionem veſtram venit , non mutatione loci , ſed* VERITATE *hominis adſumpti* ; ſic in libello *Gothico Hiſpano pag.* 1. *Dominus Jeſus Chriſtus , qui venit de incorruptae matris carne* CORPORIS VERITATEM *adſumere* ; ibidem *pag.* 3. *Ingeniti Dei Patris Unigenitus Filius , qui in* VERAE CARNIS *mortalitate redempturus hominem veniens &c.*

COROLLARIVM VI.

Deiparae Mariae Virginitatem ex Liturgiis tueri .

EX LEONIANO Sacramentario col. 473. *Quia &* MATER VIRGO *non poſſet niſi ſobolem proferre divinam , & Deus , homo naſci dignatus , congruentius non deberet , niſi* VIRGINE MATRE *generari .*

Ex Sacramentario GELASIANO p. 9. *Quae peperit &* MATER , & VIRGO eſt . P. 11 *Hincque enim feſtivitatem index* PVERPERAE VIRGINALIS *ſtella praeceſſit .*

Ex Miſſali *Gothico* p. 235. *Naſcente Domino VIRGINALIS uteri arcana laxata ſunt .* P. 255. In MATRE *vero* VIRGINE *etiam corporaliter habitaſti .* P 256. *Ad te ergo revertimur* VIRGO FOETA , MATER INTACTA , NESCIENS VIRVM , PVERPERA *honorata per Filium ,* NON POLLVTA . Ibidem : *Ut mater* INTEGRA *haberet fructum de Spiritu ,* & INCORRVPTIONEM *de* PARTV .

Ex libello *Gothico-Hiſpano* . P. 24. *Dominus Jeſu Chriſtus* , *qui* olim ex VIRGINE *dignatus eſt naſci , ſuae vos Genetricis interceſſu ſanctificet , quique Matrem ſervavit a corruptelae contagio , ſinum cordis veſtri emaculet a delicto ; & qui eam fecit* VIRGINEM MANERE POST PARTVM , *caelum vobis tribuas poſſidere poſt tranſitum* . P. 35. *Deus qui domui David prophetali vaticinio praedixiſti , novum fieri ſignum , atque miraculum inauditum , quod* VIRGO *Verbum conciperet , quod inſolito* VIRGINITAS *parturiret &c.* Ibidem : *Salvator omnium Jeſu Chriſte , qui novae operationis efficacia* VIRGINEM *per Angelum viſitas , Verbo foecundas* HABITVRAM SINE CORRVPTIONIS INIVRIA *prolem* , & PERMANSVRAM CVM INTEGRITATE VIRGINEA MATREM &c. Pag. 27. *Intra ejuſdem urbis Bethleemiticae ſepta Genitricem Mariam & materno honore ſublimas* , & VIRGINITATIS *honore glorificas ; cujus uterum* NEC INGREDIENS RESERAS , NEC EGREDIENS VIOLAS . Similia legas in oratione ſequente , itemque in alia , quae hujus paginae extrema eſt . Sequentis paginae 28. Orationes eadem de Virginitate Deiparae praedicant . Confer etiam paginam 29. Orationeſque paginae 36. ſecundam , quartam , & quinctam .

CO-

C O R O L L A R I V M   V I I.

Primatum S. Petri ex Liturgiis vindicare.

EX Sacramentario LEONIANO *col.* 331. ubi collaudata Petri ſide haec ſequuntur: *pro quo magiſtra omnium credentium fide, Confeſſorem tuum caelorum clavibus praefeciſti, ut cui ad te per te fuerat acceſſus, per ipſum ceteris ad Regnum tuum pateret introitus.* Ex eodem *col.* 341. ubi S. PETRVS *Apoſtolicae Princeps dignitatis* appellatur. Ex eodem *col.* 344. ubi idem Petrus dicitur *Apoſtolatus ordine primus, & Princeps fidei confitendae.*

Ex Libello orationum *Gothico-Hiſpano* p. 124. ubi S. PETRVS *ſummus Apoſtolorum* vocatur. Animadverte praeterea p. 125. quae inter PETRVM & PAVLLVM comparatio inſtituatur: *quin potius tradentes ad Regna caelorum, quos Paulli docentis adduxeris* PIETAS, *intromittat Petri* POTESTAS.

C O R O L L A R I V M   V I I I.

Romani Pontificis Primatum ex Liturgiis propugnare.

EX LEONIANO Sacramentario col. 333. *Omnipotens ſempiterne Deus, qui ineffabili Sacramento jus Apoſtolici Principatus in Romani nominis arce poſuiſti; unde ſe Evangelica veritas per tota Mundi regna diffunderet.* Col. 337. *Quidquid Sedes illa cenſuerit, quam tenere voluiſti* TOTIVS Eccleſiae PRINCIPATVM. Col. 341. *Qui ut hanc ſedem* REGIMEN ECCLESIAE TOTIVS *efficeres, & quod haec praedicaſſet, oſtenderes* VBIQVE SERVANDVM, *ſimul in ea* & APOSTOLICAE PRINCIPEM DIGNITATIS, *& Magiſtrum Gentium collocaſti.* Col. 430. *Domine Deus, Pater Gloriae, fons bonorum, qui licet Eccleſiam tuam toto terrarum orbe diffuſam largitate munerum ditare non deſinas,* SEDEM TAMEN *beati Apoſtoli tui* PETRI TANTO PROPENSIVS INTVERIS, QVANTO SVBLIMIVS ESSE VOLVISTI; *da mihi famulo tuo hujus providentiae tuae diſpoſitionibus exhibere congruenter officium; certus* TE VNIVERSIS ECCLESIIS COLLATVRVM, *quidquid illi praeſtiteris,* QVAM CVNCTAE RESPICIVNT. Heinc mirum non eſt, ſi S. XISTVS Romanae Eccleſiae Pontifex heic *col.* 390. dicatur *praecipuus Sacerdos.*

Ex Miſſali *Gothico* p. 315., ubi de eodem S. SIXTO dicitur: *qui dum Apoſtolicae ſedis excepiſſet inſignia, & ſe* PRIMVM *eſſe conſpiceret* SACERDOTVM, ſcilicet, ut optime *Mabillonius* in *Praefat. ad Liturg. Gallic. num. XI.* notavit, Epiſcoporum.

C O R O L L A R I O   I X.

Eccleſiam erroris expertem ex Liturgiis patefacere.

EX LEONIANO Sacramentario col. 330. *Qui ſecundum promiſſionis tuae ineffabile conſtitutum, Apoſtolicae confeſſioni ſuperna diſpenſatione largiris, ut in veritatis tuae fundamine ſolidata nulla mortiferae falſitatis jura praevaleant.* Col. 332. *Tu etenim tribuis Domine, ut praedicationis Apoſtolicae claritatem nulla juris inferni doctrina ſubvertat, nulla praevaricatio veritatis offuſcet.* Col. 334. *Qui Eccleſiam tuam in Apoſtolica ſoliditate*

Digitized by Google

tate fundatam ab infernarum eruis errore portarum, ut in tua veritate conſiſtens, nulla recipiat conſortia perfidorum.

COROLLARIVM X.

Presbyteros Epiſcopis dignitate inferiores ex Liturgiis evincere.

EX GELASIANO Sacramentario p. 22. & *Miſſali Francorum* p. 346. *Ut quum Pontifices ſummos regendis populis praefeciſſes, ad eorum ſocietates & operis adjumentum ſequentis ordinis viros, & ſecundae dignitatis elegeris .... Acceptum a te Deus* SECVNDI MERITI *munus* (de Presbytero, qui conſecratur, ſermo ibi eſt) *obtineat.*

COROLLARIVM XI.

Gratiam ad ſalutaria opera, immo & ad bonam voluntatem contra Pelagianos, Semipelagianoſque ex Liturgiis neceſſariam conſtituere.

EX Sacramentario LEONIANO col. 293. *Gratiae tuae, quaeſumus Domine, ſupplicibus tuis tribue largitatem, ut mandata tua* TE OPERANTE *ſectantes &c.* col. 360. *Sicut tua clementia non ſolum beneficia praeſtat immeritis, ſed* AFFECTVM *quoque nobis, quo gratias referamus,* INSPIRAT. Ibidem. *Mentes noſtras, quaeſumus, ad opera tibi placitura converte.* Col. 362. *Cujus & propitiationis exordium principaliter inde ſentimus, quum tuorum ſenſibus dignanter infundis totis tibi mentibus ſupplicare, & indeficientem gratiam comprobamus, quum nos vel in hac devotione tribuis permanere, vel de perceptis beneficiis non in nobis, ſed in tuo nomine gloriari.* Col. 367. *Quum omne opus bonum a te inchoari conſtet, & perfici, hanc ipſam, quam nobis tribuis, perſeverantiam ſupplicandi.* Ibidem. *Eccleſiae tuae filios ſicut erudire non ceſſas* (en gratiam externam doctrinae, quam etiam PELAGIVS admiſit), *ita non deſinis adjuvare, ut recte facienda cognoſcant, & poſſibilitatem* (non facilitatem, quam PELAGIVS non detrectabat) *capiant exſequendi.* Col. 370. *Dum enim ſine te nihil recti velle poſſimus, aut agere, aut perficere; indubitanter eſt gratiae, quidquid convenienter operamur.* Col. 440. *Majeſtatem tuam devotis mentibus implorantes, ut ſicut ex te habemus eſſe quod ſumus, ſic per gratiam tuam & bene velle ſumamus, & bonum poſſe quod volumus.*

COROLLARIVM XII.

Originale peccatum ex Liturgiis probare.

EX LEONIANO Sacramentario col. 315. *In hac die, qua Jeſu Chriſtus .... diſpoſitionis antiquae munus explicuit; ut ſcilicet & diabolum caeleſtis operis inimicum, per hominem, quem ſubjugarat, eliderest, & humanam reduceret ad ſuperna dona ſubſtantiam.*

Huc omnino ſpectant tres longiuſculae Praefationes, tertia ſcilicet, quarta, & quincta in Natali S. CAECILIAE *col.* 457. *ſeq.*

Ex libello Orationum *Gothico-Hiſpano* p. 127. *Domine Jeſu, qui Beatiſſimas Virgines Juſtam, & Rufinam de vaſis irae feciſti vaſa eſſe miſericordiae,* dum ORIGINALIS PECCATI TRADVCE CONLIGATAE, *ſacroſanctae regenerationis meruerunt dealbari Baptiſmo.*

CO-

COROLLARIVM XIII.

Pro Confirmationis Sacramento Liturgiis adverſus Proteſtantes pugnare.

ADi *Joſephi Aloyſii* ASSEMANNI Diſſertationem *T. III. Codicis Liturg. Eccleſ. Univ.* p. XXXIII. *ſeqq.* ubi ex Liturgiis Eccleſiae univerſae conſenſum pro Confirmationis Sacramento ſtare demonſtrat.

COROLLARIVM XIV.

Proteſtantes Incruenti Sacrificii hoſtes ex Liturgiis refellere.

ID praeſtiterunt poſt BELLARMINIVM Viri Clariſſimi MVRATORIVS *in Diſſ. de Liturgia Romana* capp. XVI. XVII. & XVIII. & *Joſephus* ASSEMANNVS in *Diſſert. Codicis Liturg. lib.* IV. *parti primae* praemiſſa *ſect.* 2. *art. I. II. & III.* Pauca heic ego adſcribam, quae *Mabillonius* in *Praeſ. ad Liturgiam Gallicanam* ex *Gallicani* ritus Miſſalibus decerpſerat, notatis tantummodo paginis THOMASIANÆ, qua hactenus uſus ſum, editionis.

Ex Miſſali *Gothico* p. 333. *Magnum hoc munus miſericordiae eſt, qui nobis* (ſic) *docuit Redemptionis noſtrae ſacrificia celebrare, ſicut obtulit Dominus noſter Jeſus Chriſtus*. Ibidem p. 335. *Qui* (Jeſus Chriſtus) *formam ſacrificii perennis inſtituens Hoſtiam ſe tibi primum obtulit, & primus docuit offerri*.

Ex Miſſali *Francorum* p. 365. *Remotis obumbrationibus carnalibus victimarum, ſpiritalem tibi, Summe Pater, Hoſtiam ſupplici ſervitute deferimus: quae miro ineffabilique myſterio & immolatur ſemper, & eadem ſemper offertur*,

Ex Miſſali *Gallicano veteri* p. 388. *Hanc igitur oblationem, quam tibi offerimus ob diem jejunii Coenae Dominicae, in qua Dominus noſter Jeſus Chriſtus Filius tuus in novo Teſtamento ſacrificandi ritum inſtituit, dum panem & vinum* (*quo Melchiſedech in praefiguratione futuri myſterii Sacerdos obtulerat*) *in Sacramento ſui Corporis, & Sanguinis transformavit*.

COROLLARIVM XV.

Realem in Eucbariſtia Corporis & Sanguinis Dominici praeſentiam in Liturgiis doceri.

ET hoc in citatis Diſſertationibus a MVRATORIO, & ASSEMANNO demonſtratum fuit. Unum aut alterum teſtimonium heic proferam.

Ex Miſſali *Gothico* p. 338. *Corpus tuum pro nobis crucifixum edimus, & Sanguinem ſanctum tuum pro nobis effuſum bibimus*. Ne vero cavillentur *Calviniani*, & figuram heic aliquam comminiſcantur, paullo antea in eadem Miſſa dictum fuerat: *precamur mente devota te, Majeſtas aeterna, ut operante virtute panem mutatum in carne, poculum verſum in ſanguine, illum ſumamus in calicem, qui de te fluxit in Cruce ex Latere*.

Ex Orationibus, quas ad Calcem *Gregoriani* Sacramentarii edidit MVRATORIVS, & quae GREGORIVM Auctorem vix habent, ſed illo multo ſunt vetuſtiores, *col.* 298. *Singuli accipiunt Chriſtum Dominum, & in ſingulis portionibus totus eſt; nec per ſingulos minuitur, ſed inte-*

integrum ſe praebet in ſingulis. Quod teſtimonium, inquit MABILLONIVS *Lit. Gallic. l. 1. c. 1. n. 3. Guitmundo* (qui ſaeculo XI. pro veritate Corporis & Sanguinis Chriſti in Euchariſtia adverſus BERENGARIVM acerrime decertavit) *tanti viſum eſt, ut illud retulerit in librum ſuum de Corpore & Sanguine Domini; itidemque Algerus* (floruit hic, ſi PAGIO credimus, ad annum 1152.) *in lib. 1. c. 15. ex Ambroſio, id eſt ex Liturgia Ambroſiana, in qua haec leguntur apud Pamelium Dominica quinta* (poſt Epiphaniam) *& in hodierno Miſſali Ambroſiano Dominica ſexta poſt Epiphaniam*.

COROLLARIVM XVI.

Tranſubſtantiationis Euchariſticae hoſtes ex Liturgiis propulſare.

Conferas velim MVRATORIVM, & ASSEMANNVM *loc. cit.* Haec in praeſenti ſufficiant.

Ex Miſſali *Gothico* p. 246. *ut fiat nobis Euchariſtia Legitima in tuo, Filiique tui nomine, & Spiritus Sancti in* TRANSFORMATIONEM *Corporis ac Sanguinis Domini Dei Noſtri Jeſu Chriſti Unigeniti tui*. Ib. p. 251. *Ut qui tunc aquas in vina mutavit, nunc in ſanguinem ſuum oblationum noſtrarum vina* CONVERTAT. Ibidem pag. 256. *Ut* TRANSLATA *fruge in Corpore, calice in Cruore proficiat meritis*. Adde loca Corollario ſuperiore adlata.

Ex Miſſali *Francorum* p. 347. ubi pro Presbytero oratur, ut *per obſequium plebis tuae Corpus & Sanguinem Filii tui immaculata benedictione* TRANSFORMET: quae eadem legere eſt in GELASIANO Sacramentario pag. 23.

SALMASIVS *in epiſt. ad Johannem Dallaeum* apud RENAVDOTIVM *in not. ad Liturg. Coptic. S. Gregor.* Sacerdotem *Coptitam* invocatione, quam omnium nomine pronunciat, id ait ſolummodo deſignare, panem & vinum, quae a nobis in Coena ſuſcipiuntur, fieri Corpus & Sanguinem Domini illis, qui debite illa ſuſcipient, quoſque Spiritus Sanctus prius ſanctificaverit: illos quoque ſolos adcipere verum Corpus, non panem ſolummodo, qui prius per fidem, & gratiam Sancti Spiritus puri facti fuerint. At hocce commentum nonne profligatur, quum audis ex GELASIANO Sacramentario, & Miſſali *Francorum* Presbyteros ipſos oblata *Transformare* in Corpus & Sanguinem Chriſti? Quid vero dicam de *Giſberto* CVPERO homine ceteroqui erudito, qui in epiſt. ad *Jo. Jacobum* SCHEVCHZERVM ſcribit, deprehendiſſe ſe in Miſſali *Gothico Loca, quae omnino adſtruunt panem & vinum in Sacramento S. Coenae ſumi, & quae Tranſubſtantiationi contraria ſunt*? Quae heic recitavimus loca, ſuntne *Tranſubſtantiationi* contraria? Sed vae hominibus, qui praeconceptis erroribus obcoecati ſunt! In ipſa meridiana luce nihil illos videre neceſſe eſt. Vide caput ſequens.

COROLLARIVM XVII.

Purgatorium e Liturgiis exprimere.

EX Miſſali *Gothico* p. 250. *Praeſentem itaque oblationem ita inlabere, ut medelam viventibus*, DEFVNCTIS REFRIGERIVM *praeſtet. Et quorum texuit recitatio praemiſſa* (Diptycha intellige tum virorum, tum

tum defunctorum) *ſortem inter Electos jubeas adgregare*. Ibid. p. 260. *Ut interventu Sancti* CLEMENTIS *Antiſtitis & Martyris ſui* DEFVNCTIS ABSOLVTIONEM, *viventibus tribuat ſalutem*. Ibidem p. 261. *deprecemur omnipotentem Deum, ut illic defunctorum animas transferat a Tartaro, quo illum* (S. Saturninum) *cauſſa amoris ſui adſumere dignatus eſt poſt triumphum*. Ibidem p. 268. *Precibus imploremus, ut eductis a tartaro defunctorum ſpiritibus, non praevaleant ſepultis infernae portae per crimina, quas per Apoſtolo fidem vinci credit Eccleſia*. Ibidem p. 319. *Ita defunctorum animae, laxatis inferni preſſuris, Abrahae patris gremio conlocentur*.

Graecorum hac ſuper re Liturgias expendit *Grancolaſius Tom. I. Antiq. Liturg. pag.* 233.

Prodiit a. 1755. *Lipſiae Johan. Auguſti* ERNESTI impius Libellus inſcriptus: *Antimuratorius, ſive confutatio Muratorianae Diſputationis de rebus Liturgicis*. LVTHERIANVS hic Theologus p. 155. ait, *iſta precantes* (in Liturgiis) *fidelium felicitatem laetis ac piis omnibus perſequi, Deumque rogare, ut eam ipſis augeat, & ſumma cum ſuavitate frui ſinat. Quod ſi tamen quis verborum tenacior* (pergit ille p. 157.) *putet eſſe aliquid amplius in iſtis verbis .... ea verba pertinere dicamus ad opinionem, quam veteris Eccleſiae Doctores multos ... defendiſſe conſtat .... quum dicerent, animas piorum non ſtatim a morte in caelum evolare, ſed venire in locum inferiorem Caelo*, NON *ut ibi purgarentur a reliquiis peccatorum, ut volunt* ROMANI, *ſed qui ſit, ut ait* (Tertullianus) *in quarto contra Marcionem* TEMPORALE ANIMARVM FIDELIVM RECEPTACVLVM, IN QVO DELINEETVR FVTVRI (*hoc eſt caeleſtis Felicitatis*) IMAGO, ſive ut in tertio, POST DECVRSVM VITAE IN SINV ABRAHAE REFRIGERIVM.... *Nam in locum eum fidelibus aditum per preces parari nemo ne ſomniavit quidem*. Quid ais Erneſte? *Nemo ne ſomniavit quidem? ſomniavit tamen* (verbo tuo utar) *vetus Gallicana Eccleſia, quae Deum orabat, ut defunctorum animae, laxatis inferni preſſuris, Abrahae Patris gremio conlocarentur*. Quorſum enim id oraſſet, ſi animas illas in ABRAHAE Patris gremio jam conlocatas credidiſſet, aut nullam aditus fidelibus in eum locum parandi vim ſuis ineſſe precibus exiſtimaſſet? Quid vero tam ridiculum, quam pia omina de felicitatis augmento comminiſci, ubi petitur animarum abſolutio? earum eductio e tartaro? *infernarum portarum victoria*, atque ita petitur quemadmodum pro viventibus *medela*, non utique pio ſolum omine, ſed veris precibus, quae fructum ſperentur conſequuturae? *Tartari* autem nomine non ipſum infernum accipias, ne veterem Eccleſiam in eo fuiſſe errore exiſtimes, ut crederet, damnatos ab inferorum cruciatibus eſſe aliquando liberandos, ſed medium illum locum inter Caelum, & Inferos, quem nos *Romani* Purgatorium appellamus.

COROLLARIVM XVIII.

Cultum, & Invocationem Sanctorum e Liturgiis petere.

EX Sacramentario LEONIANO col. 293. *Tibi enim feſtiva ſollemnitas agitur, tibi dies ſacrata celebratur, quam beati Sancti Tiburtii Martyris tui ſanguis &c.* Et paullo poſt: *Tuas enim Domine virtutes, tuaſque victorias admiramur, quoties in Eccleſia tua horum dierum feſta celebran-*

brantur. Similia leges in praef. quinctae Miſſae in Natali Sancti Xyſti *col.* 391. *col.* 396. *Quidquid enim Sanctorum tuorum meritis adhibemus, ad tuam laudem recurris, & gloriam.*

Ex Sacramentario GELASIANO p. 7. *Sicut divina laudamus in Sancti Stephani paſſione magnalia.*

Ex Miſſali *Gothico* p. 242. *Ut per triumphos tuorum teſtium & ſollemnitatum gloria, & devotionum exempla ſuſciperet.*

Ex Miſſali *Francorum* p. 359. *Unde benedicimus te, Domine, in operibus tuis, teque in Sanctorum tuorum profectione laudamus.*

Ex Libello Orationum *Gothico-Hiſpano* p. 39. *Adſiſtat ergo nunc, Omnipotens Pater, sanctus Martyr, & faveat credentium votis, ut ea, quae ſibi* PROPTER TE *impendi cognoſcit, famulantibus tibi ex te uberius recompenſet.*

Eant nunc Proteſtantes, & cultum Sanctorum Deo injurioſum eſſe obganniant. Nos cum tota antiquitate ſentimus, in Deum demum referri quidquid ſanctis tribuimus.

Sanctorum porro invocationem piam eſſe, utilemque demonſtrari poteſt. Ex Sacramentario LEONIANO col. 293. *Praeſta nobis, Domine, miſericordiam tuam, Sanctorum tuorum ſuffragiis imploratam, & quos interceſſores noſtros eſſe tribuiſti, fac eos & majeſtatem tuam jugiter exorare, & ſalutaria impetrare pro nobis.* Col. 296. *Impetret, quaeſumus Domine, fidelibus tuis auxilium oratio juſta Sanctorum.* Col. 388. *Qui & Filii tui Nativitate nos ſalvas, & Martyrum Beatorum deprecatione ſuſtentas.*

Ex Sacramentario GELASIANO p. 7. *Ita ſit* (S. Stephanus) *fragilitatis noſtrae promptus adjutor.*

Ex Miſſali *Gothico* p. 238. *Tribue quaeſumus per interventum ipſius* (S. Stephani) *ut viventes ſalutem, defuncti requiem conſequantur aeternam.* Pag. 257. *Oremus ergo, ut pro nobis intervenias precibus* (S. Agnes) *quae digna adſiſtit divinis obtutibus.*

Ex Miſſali *Francorum* p. 358. *Supplicationibus noſtris miſericordiam tuam confidimus adfuturam, quam Beati Hilarii Confeſſoris tui poſcimus interventu nobis & confeſſione praeſtari.*

Ex Libello Orationum *Gothico-Hiſpano* p. 39. *Quaeſumus ergo, ut qui invocantem eum* (S. Stephanum) *pro inimicis dignatus es exaudire, pro noſtris facinoribus ad aures tuas ejus ſuffragia digneris admittere.* Pag. 41. *Dignanter adtribue, ut omnis Eccleſia, quae nunc veneratur agonem Martyrisglorioſum, mereatur exoratum ſuffragantis auxilium.* Pag. 128. *Adſiſtat ergo nobis precibus ſuis* (S Felix) *ut quibus ejus eſt memoria ſpecioſa in ſaeculo, ſit ſubventio in futuro.*

CAPUT VI.

Canones alii ad verum genuinumque Liturgicorum Librorum ſenſum exprimendum perquam opportuni.

I. CANON IV. *Ut legitimum Librorum Liturgicorum ſenſum adſequaris, noſſe oportet, qua ſignificatione hoc illudve verbum barbaris ſaeculis a Scriptoribus Eccleſiaſticis uſurpatum fuerit; in iis tamen verbis, quorum* *eadem*

eadem ſemper vis fuit , ac poteſtas , licebit Ethnicos quoque Scriptores conſulere . Prior illa Canonis noſtri pars clarior eſt , quam ut argumentis, exemplisſve illuſtretur. Unum tamen, aut alterum addam .. *In judicio probationis*, quod apud MARTENIVM exſtat T. II. *de Ant. Eccl. Rit. lib.* 3. *c.* 7. *col.* 947. occurrit Sacerdos *ferens Sanctum Evangelium cum chriſmario , &* PATROCINIIS SANCTORVM. Incautus aliquis, barbarique gloſſarii parum peritus ſtatim hoc loco ad confirmandum de invocatione Sanctorum dogma uteretur : at heic *Patrocinia Sanctorum* ſunt ipſae Sanctorum Reliquiae .. Antiphona ad offerendum *Sacrificium* interdum dicitur, ut in Miſſali *Mozarabum* p. 95. LESLAEANAE editionis ; ipſum etiam officium eo nomine nonnumquam donari viri eruditi notarunt . Niſi haec noveris, Miſſae Sacrificium, ridentibus Sectariis, videre heic tibi videberis. Altera quoque Canonis pars manifeſta eſt ; neque ſatis intelligere poſſum quid *Johanni Auguſto* ERNESTO in mentem venerit , dum in ſuo *Antimuratorio* p. 49. & 100. doctiſſimo ſane viro acriter ſuccenſet , quod Ethnicos Scriptores appellarit, ut quid *transfigurare*, quid *immolare* ſignificet, diſertius explicaret ; quodque perridiculum eſt, ipſe ERNESTVS, qui MVRATORIVM hanc ob rem impudenter carpit, ridetque, ut *μεταβολῆς* ſignificationem LUTHERIANIS ſuis opportunam obtrudat, THVCYDIDEM, POLYBIVM, DIONYSIVM HALICARNASSAEVM, ARISTOTELEM, NEMESIVM, CICERONEM p. 39. ſeqq. in medium adfert . Sed ſinamus, LVTHERIANVM hunc Theologiſtam cum ſuis deſipere. Cordatus nemo non intelliget, Eccleſiaſticos Scriptores verbis non ita multis exceptis, quae ſequioris aevi barbaries aut nova invexit aut vetera nova priſciſque ignota ſignificatione donavit , eum ceteris ſenſum tribuiſſe , quo antiquos ſeu Graecitatis ſeu Latinitatis Magiſtros novimus illa adhibuiſſe , ut ſi quando de vi vocis cujuſpiam dubitatio enaſcatur , prudenti omnino conſilio Theologus ad Ethnicos ſeſe fontes convertat.

II. CANON V. *Tituli ipſi, quibus Oratio aliqua, vel Ordo praenotatur , ad ſenſum ejuſdem Orationis vel Ordinis dignoſcendum facem quodammodo praeferre poſſunt* . Exemplum eſto ingens illa Ordinum ſilva , quam MORINVS congeſſit , ut duodecim prioribus Eccleſiae ſaeculis formam abſolutionis deprecatoriam obtinuiſſe ſuaderet . Si enim titulos, qui *Reconciliationem Poenitentium feria V. in Coena Domini* nobis exhibent , diligentius perpendiſſet, fruſtra haec omnia eſſe intellexiſſet ; agi nempe ibi palam hinc eſt, non de Sacramentali abſolutione a peccatis, ſed de publica & ſollemni abſolutione a Canonicis poenis pro foro externo. Confer P. SIMONNET *Tractat.* xv. *diſp.* VIII. *art.* 4.

III. CANON VI. *Cum primis autem totius Orationis contextus eſt accurate perpendendus*. In *Ordine* Gelaſiano *de ſacris Ordinibus benedicendis* poſt Oſtiarium Pſalmiſta memoratur. Cave autem hinc inferas, novem fuiſſe in Eccleſia Romana Ordinum gradus. Minime vero. Verba *Ordinis* ipſius tantiſper conſideremus . *Pſalmiſta , ideſt Cantor poteſt abſque ſcientia Epiſcopi ſola juſſione Presbyteri officium ſuſcipere cantandi*. Viden? Ceteri Ordines, qui revera Ordines ſunt, a ſolo Epiſcopo conferri poterant ; non ergo Ordo diſtinctus fuit Pſalmiſtarum gradus,

quum

Digitized by Google

quum hi *abſque ſcientia Epiſcopi ſola juſſione Presbyteri* officio illo donari poſſent. Pariter dum in LEONIANO Sacramentario col. 331. Deus dicitur in Sanctis *Eccleſiae ſuae* FUNDAMENTA *conſtituiſſe*, ne putes haec primatui S. PETRI officere. Nam praeterquam quod is eodem loco diſertis verbis traditur; *pro qua magiſtra omnium credentium fide, Confeſſorem tuum* (PETRUM) *Coelorum clavibus praefeciſti, ut cui ad te per te fuerat acceſſus, per ipſum ceteris ad Regnum tuum pateret introitus*; ex Proteſtantibus quaere, an velint Sanctos omnes Apoſtolis dignitate, auctoritateque pares eſſe? Si adfirment, videant, num quemquam ſibi conſentientem habituri ſint. Si negent, (uti certe negabunt, quum & ipſi hoc unum defendant, omnes Apoſtolos pares poteſtate fuiſſe, non autem Apoſtolis quoque pares Sanctos veroſque Chriſtianos) objice illis ipſum hunc Sacramentarii LEONIANI locum, qui *in Sanctis*, non in ſolis Apoſtolis conſtituta Eccleſiae Chriſtianae fundamenta adfirmat, & vel invitos coge fateri, ſtatuendos eſſe gradus quoſdam Eccleſiae fundamentorum, quorum unum ſit altero firmitate, dignitateque praeſtantius: quod ſi dederint, dic Sanctos eſſe Eccleſiae fundamenta, in his autem PETRUM poſt Chriſtum eſſe praecipuum.

IV. CANON VII. *Si quis Liturgicorum Librorum locus aut obſcurus eſſe videatur, aut parum adcuratam doctrinam continere, ex aliis ejuſdem Libri textibus explicabitur*. Ratio in promptu eſt; ex clarioribus nempe locis obſcurior explanandus eſt, nec doctrinas inter ſe ſe pugnantes ſacris ejuſmodi libris ab Eccleſia probatis fas eſt tribuere. Sed exemplis & heic utamur. Ac primo ſe ſe mihi offert locus ille Miſſalis *Gothici* de S. PAULLO pag. 267. factus eſt CAPUT ECCLESIAE, *qui membra Eccleſiae conquaſſaverat*. Quid? Ajemus ne PETRI primatum his verbis impeti? Abſit. Conſule ſequentem Miſſam *in Cathedra S. Petri Apoſtoli*. Ibi PETRUS non ſolum *Caput Eccleſiae* dicitur, ſed *Baſis Eccleſiae*, & (pag. 268.) *Coeli Janitor, & in cujus confeſſione eſt fundamentum Eccleſiae*; immo additur: *Teſtis eſt dies hodierna Beati Petri Cathedra Epiſcopatus expoſita, in qua fidei merito revelationis myſterium* (lege cum Mabillonio *myſterio*) *Filium Dei confitendo, praelatus Apoſtolos* (forte *inter Apoſtolos* aut certe legendum cum eodem *Mabillonio Apoſtolis*) *ordinatur*. Quis hiſce perlectis dubitare poſſit, quin Miſſale *Gothicum* PETRI primatui adſtipuletur? Quamobrem dum Paullum *Caput Eccleſiae* idem Miſſale praedicat, non ſupremum in Eccleſia principatum ſpectavit, ſed Apoſtolatum, hujus enim cauſſa a Patribus Apoſtoli *Principes*, *Lucernae Eccleſiae*, *radices ac fundamenta dignitatum* paſſim vocantur.

V. CANON VIII. *Siquid dubii in loci cujuſpiam Liturgici interpretatione enaſcatur, Scriptores ejus regionis, gentiſve, ad quam Liturgicus Liber ſpectaſſe fertur, conſulere opportunum erit*. Neque enim credibile eſt, in Liturgicis cujuſquam gentis, ac regionis libris aliam fuiſſe doctrinam traditam, quam quae paſſim a ceteris ejuſdem nationis Patribus, Doctoribuſque propugnata fuit. Hinc *Mabillonius de Lit. Gallic.* lib. I. cap. IX. n. 25. ut oſtenderet, in veteribus Libris Miſſalibus nihil, quod reali Chriſti in Euchariſtia praeſentiae officiat, eſſe poſſe, *Gallicanae* Eccleſiae Doctores appellat, HILARIUM cum primis, cujus *in Lib.* VIII. *de Trinitate* ſollemne illud effatum eſt: *de veritate Carnis & Sanguinis non reli-*

relictus eſt ambigendi locus. Cl. quoque Vir P. DE BENEDICTIS in *Antirrhetico altero*, ut *Syriacarum* Liturgiarum Auctores cum ceteris, qui Chriſtum verborum formula ab Evangeliſtis relata conſecraſſe docent, minime pugnare contra RENAVDOTII commenta doceret, hanc ſemper fuiſſe apud *Syros* Doctores traditionem, Chriſtum Dominum ea verborum formula, quam Evangeliſtae produnt, ſui Corporis conſecrationem perfeciſſe, prolatis illorum ſententiis cap. IX. demonſtravit.

VI. CANON IX. *Praecipue autem juvabit Liturgias cum aliis Liturgiis conferre*. Hoc canone confutatur 1. *Joſephus Aloyſius* ASSEMANNVS, qui *Lib.* 3. *Cod. Liturg.* pag. 58. verba illa *Euchologii Graecorum : Signaculum doni Spiritus Sancti. Amen*, integram non eſſe unctionis formam contendit, ſed vel initialia ejus verba, vel monitum quoddam, quod ungenti in memoriam revocat, dicenda ab ipſo ibi eſſe verba myſtica ſignificantia, atque imprimentia ſignaculum, ac donum Spiritus Sancti. Nempe ſatis eſt cum ea *Graecorum* GELASIANI Sacramentarii formam conferre: *Signum Chriſti in vitam aeternam; Amen*; ovum enim ovo ſimilius non eſt, quam *Graeca* illa GELASIANAE formae; haec autem quum integra fuerit apud *Gallos* unctionis forma, quidni & altera apud *Graecos*? 2. LE-BRVNIVS ac RENAVDOTIVS, qui Invocationem S. Spiritus apud *Orientales* conſecratoriam eſſe pugnant. Nam etiam in veteribus *Gallicanis* Miſſalibus, atque in *Mozarabico* non ſemel Spiritus Sanctus, atque adeo ipſum divinum Verbum poſt prolatam Evangelicam formam rogatur, ut ſuper oblata deſcendat, veluti ſi nondum deſcendiſſet, & oblationem *Hoſtiam* faciat *Spiritalem* perinde ac ſi terrena adhuc eſſet, ac materialis, quum tamen harum Liturgiarum Inſtitutoribus certum omnino fuerit, perfici verbis Evangelicis conſecrationem. Conſule VRSII Cardinalis de *Liturgica S. Spiritus Invocatione* Diſſertationem pag. 90. ſeqq. Praeterea quemadmodum doctiſſimus P. DE BENEDICTIS in *Antirrhetico altero* obſervat cap. VI. in *Anaphora* Sancti MARCI haec leguntur in *Canone Fratrum* ſeu Commemoratione vivorum, multis interjectis precibus inſequente illud momentum, quo juxta LE-BRVNII ac RENAVDOTII hypotheſim per Invocationem Spiritus Sancti elementorum conſecratio dudum peracta creditur: *Et hanc Divinam Hoſtiam coram Te poſitam memento Domine, eamque gratia tua confectam &c.* Quibus conſtitutis RENAVDOTII argumentum ipſi Auctori P. DE BENEDICTIS opponit. *Sacerdos hoc loco petit, ut Hoſtia conſecretur; atqui nequit dici, illum petere, ut Deus actum agat, aut nolle impetrare quod petit; ergo dicendum eſt, eo momento, quo allegatae ex* S. MARCI *Anaphora preces inchoantur, elementorum tranſmutationem nondum eſſe perfectam, ſed iſtis demum precibus conſummari*; quod cum RENAVDOTII hypotheſi pugnat. Similia P. DE BENEDICTIS profert ex Sacrarum Ordinationum Officiis; ſed ipſum Auctorem adi *citato* cap. VI. *& etiam* VIII.

VII. CANON X. *Saepe ipſarum Liturgiarum fontes adire praeſtat, ſaepe etiam illarum rivos*. Notum eſt, ut de prima Canonis parte dicam, Rubricas vetuſtiſſimis temporibus non in ipſis Sacramentariis, ſed in Ordinibus Eccleſiarum fuiſſe inſcriptas; paullatim deinde in Sacramentaria invectas ab exſcriptoribus, ut Cleri utilitati ac commo-

Digitized by Google

do inſervirent, ex ipſis Ordinum Eccleſiaſticorum Libris. Quare ſi quod dubium ſuper hujuſmodi rubricis oriatur, fragmenta ipſorum Ordinum conferenda erunt. Sic (nam libet exemplis abundare) GELASIANVS Ordo *de Sacris Ordinibus benedicendis* ex Canonibus *Carthaginenſis* IV. Concilii ſumptus quum ſit, de alicujus vocis vel emendata lectione, vel ſenſu dubitans ipſum quartum Concilium *Carthaginenſe* conſulat. *Gregorianum* quoque Sacramentarium quum GELASIANVM contractum ſit, multum proderit alterum cum altero contendere. Contra (ad alteram Canonis partem quod ſpectat) ſi de Liturgiae cujuſpiam ſenſu quaeſtio exoriatur, non inutile erit ad eas confugere, quae ex illa fuerint derivatae. Quare VRSIVS *in cit. diſſ.* pag. 99. quum monuiſſet, ſicuti *Copticae* Liturgiae ex *Graecis Alexandrinis* expreſſae ſunt, ita *Aethiopicam* in praecipuis ſacri officii partibus ex *Copticis* eſſe profectam, opportune addit, *non parvi momenti eſſe debere ad Copticarum Liturgiarum ſenſum, ſicubi ambiguus & obſcurus eſt, aſſequendum, perſpicuam, ratamque Aethiopicae Liturgiae ſententiam.*

VIII. CANON XI. *Non inutile quoque erit veteres Liturgicos Libros cum recentioribus noſtris contendere.* Id certe *Johanni* MORINO plurimum profuiſſet, Reconciliationem Poenitentium deprecatoria forma perfectam magna Liturgicorum ordinum eruditione comprobaturo, ut inde efficeret, Sacramentalem quoque abſolutionem deprecativa forma fuiſſe traditam. Nam in ipſo, quo utimur Pontificali Romano *pag.* 3. *tit.* 3. hujuſmodi Reconciliatio exhibetur ritu deprecatoriis tantummodo verbis conſtante. Proptereane dubitabimus, quin nunc Sacramentalis abſolutionis forma *indicativa* adhibeatur? Quod ſi inepta, quae ex illo ritu oriretur, iſthaec dubitatio eſſet, nullam quoque MORINVS ineſſe vim ſuo illi ex Ritualibus antiquis Libris argumentandi generi comperiſſet. In hunc etiam Canonem Proteſtantes intendant, quum enim veteres Miſſales Libros ubi evolverint, eoſdem ipſos, quibus nos ROMANI utimur, ritus obtinuiſſe; & (quod gravius eſt) eadem, quae antiqui Chriſtianae fidei ſectatores in conficiendis Sacramentis, in Sanctorum ſuffragiis implorandis, in explicandis praecipuis doctrinae noſtrae capitibus verba uſurpare, animadvertant, quei fieri poteſt, ut ſerio ſecum ipſi reputent, nos diverſa a Majoribus noſtris ſentire? Numquid nos adeo ineptos ſibi confingunt, ut contraria dogmata iiſdem omnino verbis deſignari exiſtimemus, nec qui a Veterum placitis deſciſcere velimus, illorum quoque formulas abjiciendas nobis eſſe intelligamus?

IX. CANON XII. *Prudens conjectura de tempore, quo primum Liber aliquis Liturgicus ſcriptus, aut illi quidpiam additum fuit, interpretationum difficultates interdum e medio tollit.* In *Leoniano* Sacramentario col. 454. haec legitur oratio: *Deus confitentium te portio defunctorum, preces noſtras, quas in famuli tui* SILVESTRI *Epiſcopi depoſitione deferimus, propitiatus adſume, ut qui nomini tuo miniſterium fidele dependit, perpetua Sanctorum tuorum ſocietate laetetur.* In *Gregoriano* autem haec exſtat: *Annue nobis Domine, ut animae famuli tui* LEONIS *haec proſit oblatio &c.* Ibi de S. SILVESTRO, heic de S. LEONE M. ſermonem eſſe nullus dubito. Quei hoc? inquiunt Proteſtantes. Pro Sanctis orat Eccleſia? Indigent illi noſtris

ſtris precibus? Non igitur pro nobis interceſſores idonei ſunt. At orationes illas tunc perſcriptas fuiſſe, quum primum Sancti illi viri deceſſerunt, atque adeo de aeterna illorum gloria certi Fideles non erant, facile eſt perſpicere, & ipſum *depoſitionis* nomen in S. SILVESTRI oratione uſurpatum ſatis oſtendit. Et mirabimur, Eccleſiam, quae Sanctorum precibus ſe ſe commendat, pro illis oraſſe? Ubi autem illorum ceu Sanctorum memoria coli coepit, ſeu vetuſtatis reverentia quadam, ſeu quia ad gloriae augmentum referri commode poterat, quod primum ipſam gloriae adeptionem ſpectavit, eaedem retentae ſunt orationes, ſic tamen ut aliae his adderentur, quae Catholicum de Sanctorum invocatione dogma diſertis verbis exprimerent. Certe orationem illam S. SILVESTRI haec ſequitur in eodem *Leoniano* Sacramentario. *Hanc igitur oblationem, quaeſumus Domine, placatus intende, quam in* S. SILVESTRI *Confeſſoris, & Epiſcopi tui commemoratione ſuppliciter immolamus, ut & nobis proficiat hujus pietatis affectus, & illum beatitudo ſempiterna glorificet*. In *Gregoriano* vero tertia haec oratio legitur: *Deus qui animae famuli tui* LEONIS *aeternae beatitudinis praemia contuliſti, concede propitius, ut qui peccatorum noſtrorum pondere premimur, ejus apud te precibus ſublevemur*. Vide Cl. TROMBELLI diſſertationem II. cap. XXXII.

X. CANON XIII. *Perpendendum eſt etiam, quo loco hoc, illudve in Liturgicis Libris legatur; heinc enim plana faciliſque expediendarum difficultatum via patere poterit*. Si *Lutherianus* ille Theologiſta, qui *Antimuratorium* edens grande aliquid moliri ſibi viſus eſt, *Johannes Auguſtinus* ERNESTVS canonem hunc ob oculos habuiſſet; non ſe nobis ridendum objeciſſet, dum pag. 59. *conjunctionem Corporis & Sanguinis Chriſti*, quae in *Mozarabica* Liturgia memoratur, eſſe *κοινωνίαν* ait, *quae ſit edendo atque bibendo*, PERCEPTIONEM, idque *etiam e Concilio Toletano quarto, quod Saeculo* VII. *fuit, Can.* XVIII. *patere*: POST ORATIONEM DOMINICAM, ET CONIVNCTIONEM PANIS ET CALICIS BENEDICTIO SEQUATVR. Quid enim ineptius, quam *conjunctionem* Mozarabum *perceptionem* interpretari, quum *Mozarabes* verba illa dicere jubeantur, non dum Sacerdos Euchariſtiam adcipit, ſed dum fragmentum oblationis, ſeu panis in calicem mittit, quod nos *commixtionem, & conſecrationem Corporis & Sanguinis Domini Noſtri Jeſu Chriſti appellamus, immixtionem panis in vinum* AMALARIVS, *immiſſionem panis in calicem* MICROLOGVS, GRAECI *ſacrum unctionem* vocant? Utinam ERNESTVS ipſum Miſſale *Mozarabicum* conſuluiſſet! Vidiſſet profecto aliud conjunctionem illam non eſſe, quam *mittere particulam* jam confractam ante Orationem Dominicam *in calicem*. Sed de hoc ſatis. Ad hunc Canonem ſpectat P. VRSII animadverſio in *diſſert. de Chriſmate Confirm.* pag. 265. adverſus eos, qui in oratione *ad conſignandos infantes* Confirmationis formam conſtituunt. *Eſt etiam*, inquit, *illud in laudatis Ordinibus ac Ritualibus animadvertendum, quod Confirmatio cum Chriſmate ab Epiſcopo peragenda Communioni Corporis & Sanguinis Chriſti praemittitur: ſed Oratio ad conſignandos Neophytos*: Omnipotens ſempiterne Deus, qui regenerare dignatus es &c. *communioni a Presbytero adminiſtratae ſubjicitur. Unde manifeſto colligitur, eam ſeorſim a Chriſmatione, & ſeparatim ſumptam habitam non eſſe pro Sacramento Confirmationis; antiquo enim Ec-*

Digitized by Google

eleſiae ritu .... Confirmatio Communioni Corporis & Sanguinis Chriſti praeibat . Praedicta igitur Oratio , ubi ſolitaria legitur , ad Confirmationis Sacramentum minime pertinebat , alioquin Communioni praepoſita fuiſſet ; ſed abſente Epiſcopo a Presbytero fundebatur (quod MARTENIVS conjecerat) *ut invocatione ſuper Neophytum ſeptiformis gratiae Spiritus Sancti Confirmationis defectum qualitercumque ſuppleret* . Ait quidem *Joſephus Aloyſius* ASSEMANNVS *in diſſ. de Confirm.* pag. XLI. haec nihil Theologorum illorum , qui formam Sacramenti in illa Oratione collocant , doctrinam enervare , quum hi non quamcumque orationem , ſed a Legitimo Miniſtro , & ad finem ab Eccleſia intentum recitatam formam Sacramenti contendant . Verum vir doctus animadvertere debuit , quorſum iſta ab VRSIO poſt MARTENIVM adlata ſint . Non enim eo ſpectarunt hi , ut iſta obſervatione Orationem illam formam Confirmationis non eſſe ſuaderent (quod profecto hiſce non evincitur) ſed ut Theologis reſponderent , qui quod in pleriſque Ritualibus Libris ſola & nuda legitur Oratio ad conſignandos infantes , in ea ſitam eſſe Confirmationis formam docuerant ; atque haec certe iſtorum ratio illa animadverſione plane infringitur .

XI. CANON XIV. *Ritus , qui verba aliqua comitatur , ſubſequiturve , ad illa opportune interpretanda plurimum confert* . Quo in genere , inquit *Mabillonius de Lit. Gallic.* lib. 1. cap. 1. praeclarum eſt in Miſſa *Mozarabica* inſtitutum , ut recitato Canone Sacerdos hoſtiam conſecratam ſuper Calicem tenens Symbolum CP. praecinat ex decreto Concilii tertii *Toletani* , ſubſequente Cleri , & populi concentu . Hac enim confeſſione omnes & ſinguli conteſtari videntur , ſe ea fide verum Chriſti Corpus , & Sanguinem in Euchariſtia credere , qua fide Omnipotentem Deum unum atque Trinum , ac Filium incarnatum credunt . Simili argumento uſus eſt contra *Graecos* doctiſſimus Cardinalis BESSARION , ut conſecrationem per Evangelica verba peragi , non autem per ſubſequentem Spiritus Sancti invocationem efficeret . Nimirum Sacerdotibus non ſubmiſſa , uti apud nos , ſed clara voce verba Evangelica pronuntiantibus ſolet apud *Graecos* Populus reſpondere *Amen : quaſi dicat* , inquit Beſſarion , *vere ita eſt , ut dicis .... Amen igitur ad ea verba reſpondens populus : certe , inquit , Corpus & Sanguis Chriſti ſunt munera iſta propoſita ; ita credimus ; ita confitemur* . Ea ergo *Graecorum* perſuaſio eſt , elementorum tranſmutationem verbis Evangelicis peragi .

XII. CANON XV. *Interpretatio , quam abſurdum conſequitur , abſurda & ipſa eſt* . Hujuſmodi interpretatio eſt , quam DALLAEVS *Euchologio Graecorum* adfingit ; quod enim in eo officium Baptiſmi & Unctionis eodem titulo : *Ordo Baptiſmatis* praenotetur , unctionem illam eſſe caeremoniam , non Sacramentum diverſum colligit ; at cur eodem quis jure non inferat , ne ipſam quidem Euchariſtiam diverſum eſſe a Baptiſmo Sacramentum , quum olim ſimul cum Baptiſmo , & Confirmatione ſoleret adminiſtrari ? Ne ergo in abſurdiſſimam hanc conſequutionem delabamur , dicere praeſtat , officium , ritumque adminiſtrandae Confirmationis ſub officio Baptiſmi contineri , quia ſtatim a Baptiſmo conferri ſolebat .

CA-

Digitized by Google

CAPVT VII.

Satisfit argumentis primo capite propoſitis.

I. UNum jam reſtat, ut quae primo capite contra Liturgicorum Librorum in rebus Theologicis auctoritatem propoſuimus, argumenta accurate diluamus. Quod ut praeſtem, a primo exordium ſumens ajo, LE BRVNII, PINIIQVE, nullam ante quinctum ſaeculum Liturgiam fuiſſe ſcripto conſignatam docentium ſententiam multis refelli poſſe, ac mea quidem opinione graviſſimis monumentis. Non heic ego illa adferam, quum ſatis ſit doctiſſimos viros commemorare, qui in hoc argumenti genere ſumma cum laude verſati ſunt, MERATIVM, inquam *in Gavantum T.* 1. SALAM in Notis ad BONAE Cardinalis res Liturgicas *T.* 1. *p.* 123. *ſeqq.* MVRATORIVM *diſſ. de Liturg. Rom. c.* 1. ASSEMANNVM *Lib. IV. P. I. Cod. Liturg. p.* 137. *ſeqq.* Unum ipſe argumentum promam, quod difficillimum viſum mihi ſemper eſt in BRVNII, PINIIQVE ſententia: quis enim perſuadere ſibi poſſit, non exiguam certe orationum, conſecrationum, benedictionum, antiphonarum farraginem, quae tamen ſequentibus ſaeculis multum adcrevit, memoriae ab omnibus Epiſcopis, Presbyteriſve fuiſſe mandatam, & veluti ex tempore quatuor ſaeculis recitatam? Narrat *Gregorius* TVRONENSIS *hiſt. Franc. Lib. II. cap. XXII.* SIDONIVM ARVERNORVM *Epiſcopum quadam die ad feſtivitatem Baſilicae Monaſterii* S. CYRIACI *invitatum adceſſiſſe, ablatoque ſibi nequiter Libello, per quem ſacroſancta ſollemnia agere conſueverat, ita paratum a tempore cunctum Feſtivitatis opus explicuiſſe, ut ab omnibus miraretur, nec putaretur ab adſtantibus hominem loquutum fuiſſe, ſed Angelum.* ARVERNIS ergo miraculum quoddam viſum fuit, SIDONIVM unius *feſtivitatis opus* memoriter ſemel compleſſe, nec BRVNIVS, PINIVSQVE dubitant, iſthaec miracula quatuor ſaeculorum ſpatio amplificare, illaque ad omnes omnium toto late Orbe Eccleſiarum Miniſtros extendere? Et illud heic quoque notandum, quum SIDONIVS a. 471. Epiſcopus ſit renunciatus, annoque 488., aut inſequenti vita ceſſerit, quo tempore illa adciderunt, pervulgatum traditione eſſe debuiſſe, uno ſolum ante ſaeculo miniſtros omnes *feſtivitatum opera* memoriter compleviſſe, uti tunc SIDONIVS; quid ergo tanta SIDONIVM admiratione proſequebantur ARVERNI? Quamquam demus, veram eſſe LE-BRVNII ac PINII ſententiam, concedamuſque quincto primum ſaeculo Liturgias ſcribi coepiſſe. Illae utique ſcripto commendatae tum fuerint, quae antea memoriter recitabantur. Quamobrem eadem praeſtabunt auctoritate, qua ſi a primis Eccleſiae incunabilis fuiſſent perſcriptae, pollerent.

II. Difficilius fortaſſe videbitur ſecundum, quod ex ſuppoſitis Apoſtolorum nomini Liturgiis ſumebatur, expedire argumentum. Illud tamen cum *Natali* ALEXANDRO, TILLEMONTIO, aliiſque *Romanae* noſtrae Communionis doctiſſimis Criticis lubens conceſſero, quae Apoſtolorum nomine circumferuntur Liturgiae, eas multo recentiores eſſe,

eſſe, ſuiſque Auctoribus ſuppoſitas. At nulla id fraude factum contendo; IACOBVM enim, ceteroſque Apoſtolos Liturgiam quampiam, ſeu Ordinem precum in Sacramentorum adminiſtratione, atque Euchariſtiae praeſertim immolatione ſervandum conſtituiſſe prudens nemo inficiabitur. Quare cum proceſſu temporis aliqua in illis immutari, demi nonnulla, addi alia contigerit, Apoſtoli, a quo primum Liturgia edita fuerit, nomen retentum eſt tum in tantum Auctorem reverentia, tum eorum, quae ab illo profecta fuerant, atque etiam tum uſurpabantur, ratione. *Gregorianum* dicimus *Romanum* Miſſale, licet multis auctum ab inſequutis Pontificibus; neque tamen dolo id malo a nobis confingitur, aut falſum eſt, pleraque a M. GREGORIO profecta eſſe, quae in eo Miſſali continentur. Certe ſi Apoſtolis Liturgiae, de quibus agimus, fraude tributae fuiſſent, cautior eſſe mendax impoſtor debuit, neque (ut cetera mittam) Sanctorum, qui diu poſt Apoſtolis vixere, dignitatumque in Eccleſia poſt Apoſtolicum aevum inſtitutarum mentionem facere. Ad GELASIANVM Sacramentarium quod ſpectat, BASNAGII ratiunculas egregie diſſolverunt MVRATORIVS, atque VEZZOSIVS *Praef. in VI. Thomaſ. Oper. volumen*, ut dubio locus non ſit, quin quod GELASII nomine inſcriptum THOMASIVS edidit Sacramentarium, illud revera Auctorem GELASIVM habeat. De LEONIANO difficilius eſt dicere quid ſentias. Illud tamen extra controverſiam eſt, quod MVRATORIVS, & BALLERINII *T. II. Leonian. Operum* demonſtrarunt, *Romanum* eſſe vetuſtiſſimum Sacramentarium, multaque LEONIS M. in eo exſtare. De Codice archetypo nolim ego cum PEREZIO viro docto, atque amiciſſimo contentionis funem trahere: fuerit ille poſt LEONIS aetatem perſcriptus. Etiam GELASIANI Sacramentarii exemplum, unde THOMASIVS illud vulgavit, non ſolum poſt GELASIVM, ſed etiam poſt GREGORII M. Pontificatum fuiſſe novimus exaratum; quin tamen a GELASIO opus illud poſſit abjudicari. Itaque Sacramentarium GELASIANO vetuſtius longe poſt M. LEONIS aetatem ab harum rerum ſtudioſo aut eruditionis, aut pietatis cauſſa deſcribi potuit. Quod ſi praefracte velis haec omnia ex impoſtorum officina primum prodiiſſe, vide quam liberaliter agam; adſentiar, modo illud concedas, quod negari a quoquam non poteſt, ab Eccleſiis, quibus deinde ſuppoſiti hi libri uſui fuere, ritus in illis praeceptos, traditamque doctrinam fuiſſe probatam. Nam, ut *Joſephus Aloyſius* ASSEMANNVS rectiſſime ſcripſit T. III. Cod. Lit. p. xxviii., *auctoritas Liturgiarum non ex titulis, ſed ex uſu Eccleſiarum repetenda eſt; ſunt enim non unius quamtumvis Magni Doctoris voces & verba, ſed Eccleſiarum, quae unanimi conſenſu eam ſacrorum formam preceſque probarunt.*

III. Codicum, quae tertio loco objiciebatur, perturbatio, atque imperfectio nihil Liturgicorum Librorum detrahit auctoritati. Nam ad perturbationem quod adtinet, ea potius vetuſtiſſimorum ſaeculorum imaginem oſtendit, quibus Liturgicae res nondum eo concinno ordine diſpoſitae erant, quem ſaeculis labentibus obtinuerunt. Ita ejuſmodi perturbatio, ut de LEONIANO Sacramentario agentes BALLERINII *Praefat. pag. X.* acute animadverterunt, quae hiſce Liturgicis collectionibus nonnihil videtur detrahere, ipſarum antiquitatem demonſtrans,

ſtratus, in non exiguam earumdem commendationem redit. De imperfectione librorum nunc dicam. Ea quidem Liturgicis noſtris cum ceteris omnino libris ſive temporum injurias, ſive amanuenſium negligentiam ignorantiamque paſſis communis eſt, ut ſiquid propterea Liturgicis Codicibus decedit auctoritatis, decedere etiam debeat MSS. Sanctorum Patrum, atque adeo Bibliorum exemplis. Verum ſiquid video, ſalva utrorumque auctoritas eſt. Non enim ex iis, quae in aliquo Codice deſunt, vel librariorum oſcitantia certiſſime vitiata ſunt, ſed ex iis, quae in eo leguntur, argumenta promimus. Codicum imperfectione ad vim negantis argumenti infringendam abuti ſolum quis poteſt. Sed de hoc ſuperius egimus.

IV. Ad Codicum Liturgicorum interpolationes, quae quartum erant argumentum, ſermonem converto. Si Adverſarii velint, vetuſtiores Liturgicos Codices pauciores, quam in recentioribus exſtent, Sanctorum ſollemnitates, Miſſalque continere, ritusque aliquos, preceſque antiquioribus ſuperadditas, nihil dicent quod & verum non ſit, neque nobis officiat. Nam id contingere neceſſum erat, Sanctorum numero in dies aucto, ac religione honeſtiorem quamdam faciem populorum Principumque beneficiis induta. At ubi oſtendent, in Liturgicos Libros nova inlata fuiſſe dogmata a veteribus aut non tradita, aut etiam reprehenſa? Sacramentorumque ſubſtantiam in illis mutatam? quod tamen unum Liturgiarum auctoritatem labefactaret. Immo vero quum in omnibus Liturgicis Libris etiam, qui vetuſtatem majorem praeſeferunt, iidem ritus quod ad ſubſtantiam adtinet, eademque dogmata reperiantur, neque repente omnes Eccleſias in eas res conſpiraſſe veri eſſe ſimile videatur, incredibile omnino eſt interpolationibus hujuſmodi fuiſſe illos vitiatos. Adde vigilantiam illam, qua Eccleſiae Praeſules curaſſe, ne quid falſi, ſuperſtitioſi, atque a majorum fide alieni in Liturgias irreperet, capite IV. confirmavimus; haec enim magno argumento eſt, quae in Liturgicis Libris longo ſaeculorum intervallo notantur acceſſiones, eas diſciplinae eſſe poſſe, non fidei, morumque doctrinam.

V. At haeretici nefarias manus Liturgicis Libris intulerunt. Non negaverim; immo praeter ea, quae in argumento Adverſarii adtulere, ſcio *Leonem* ALLATIVM plures in *Triodio*, *Pentecoſtario*, aliiſque *Graecorum* libris errores caſtigaſſe. Verum haereticorum perfidia ſuſpicionem falſi adſpergit non codicibus his, quos Eccleſia Catholica ſemper habuit, ſed illis ſolis, qui fuerunt in haereticorum poteſtate, quemadmodum in ſimili omnino argumento Cl. GERMONIVS ajebat *de Vet. haeret. Eccleſ. Cod. corrupt. L. I. p. II. pag* 157. Nonne haeretici Sanctorum Patrum libros, ipſaque utriuſque Inſtrumenti divina volumina turpiſſime corruperunt? Conſule citatum eruditiſſimi GERMONII opus. Ergone propterea Sanctorum Patrum commentationibus, ſacrarumque Scripturarum Codici nulla erit auctoritas? neque ex illis licebit Theologo ſententias ſuas, ac fidei dogmata confirmare? Quid? quod certum eſſe debet, Liturgicos Codices ab Haereticis corruptos, a Catholicis Epiſcopis vel abolitos, vel emendatos fuiſſe. PRISCILLIANISTAE in Dominicae Paſſionis contemptum feria V. in coena Domini non modo

do

do ſolvebant jejunium Quadrageſimae, ſed Miſſas defunctorum celebrabant. Hos Concilium Bracarenſe *can. XVI.* repreſſit ſtatuens: *ſi quis feria Paſchali, quae eſt coena Domini, hora legitima, poſt nonam jejunus in Eccleſia Miſſas non tenet, ſed ſecundum ſectam* PRISCILLIANI *feſtivitatem diei ab hora tertia, per Miſſas defunctorum ſoluto jejunio colit, anathema ſit*. Nec putabimus, Catholicos Praeſules, quibus adeo cordi fuit, ne haereticorum diſciplina in noſtras Eccleſias abuſus inveheret, magis curaſſe, ne corrupti ab illis codices fidem, morumque doctrinam labefactarent? De Codicibus certe ab ELIPANDO, & FELICE vitiatis, quos tamen pauciſſimos fuiſſe cum viris doctiſſimis conjiciendi locus eſt, indubium eſſe video P. LE BRVNIO, & P. *Johanni* PINIO *de Lit. ant. Hiſpan. num.* 157. illos *poſtmodum vel abolitos* (quod LESLAEO p.xxxvi. ob eorumdem paucitatem praeplacet) *vel correctos, ac primaevae integritati reſtitutos fuiſſe ſimulatque ſaepe dicta haereſis* (Adoptivorum) ita deſiit, ut vel nullos amplius habuerit ſectatores, vel forte pauciſſimos, eoſque occultos. Haereticorum autem, quorum etiamnum ſectae perdurant, libros non moror; quamquam in his ſaepe videas Catholicorum dogmatum, quae impie deſeruerunt, veſtigia, & ubi nobiſcum conſentiant, invictum Traditionis argumentum adverſus alios haereticos alia docentes ſuppeditant. Quod vero extremo loco dicebatur de Miſſis pro damnatorum aut ſalute, aut levamine, quae in quibuſdam *Occidentalium* Eccleſiarum Miſſalibus exſtant, ex iis facile diluitur, quae *cap.* III. de delectu Liturgicorum Codicum definivimus, non enim ſingularum Eccleſiarum Liturgica volumina erroris expertia eſſe defendimus; hoc de Eccleſiae univerſae: hoc de plerarumque praeſertim *Occidentalium* Eccleſiarum Liturgicis Libris propugnavimus. Quantum vero Eccleſia *Romana*, quantum pleraeque Eccleſiae aliae ab ea ſententia abhorruerint, & PETAVIUS docuit, & nos ipſi in notationibus ad eumdem, qui in argumento indicatur, PETAVII locum fuſiore calamo perſequuti ſumus.

VI. Demum ut de mira illa Liturgiarum varietate ac diſcordia, quae ab adverſariis jactatur, aliquid diſſeram, ea adeo non officit Liturgiarum auctoritati, ut illam potius confirmet. Quum enim in Liturgiis precum, rituumque diſcrepantia admodum diſſidentibus eadem doceri dogmata, eadem ſacramenta, eaſdem, quod ad ſenſum adtinet, atque ſubſtantiam, ſacramentorum formas animadvertimus, inſolentiſſimae eſſet inſaniae erroris iſthaec redarguere. Nam ut Auguſtinus ajebat *lib. IV. de Bapt. cap. XXIV. Quod univerſa tenet Eccleſia, nec Conciliis inſtitutum, ſed ſemper retentum, nonniſi auctoritate Apoſtolica traditum rectiſſime creditur*. Sed de Liturgiarum varietate diſputantes adi SALAM in BONAE res Liturgicas. *T.* 1. *p.* 165. *ſeqq.* & *Joſephum Aloyſium* ASSEMANNUM *T. IV. Cod. Lit. p.* 1. *pag.* 129. *ſeqq.* Atque heic finem Diſſertationi noſtrae imponimus.

F I N I S.

BIBLIO-

Digitized by Google

BIBLIOTHECAE RITVALIS

LIBER PRIMVS.

De Libris ad ſacros utriuſque Eccleſiae Orientalis, & Occidentalis ritus pertinentibus.

CAPVT I.

De Libris Eccleſiaſticis ad ſacros ritus pertinentibus quinam egerint.

Orientalis & Occidentalis Eccleſiae libri a quonam percenſi.

I. LIBROS Liturgicos atque Eccleſiaſticos, quibus ritus ſacri continentur, non pauci percenſuerunt. Atque utriuſque quidem Eccleſiae Libros enumerat * *Chriſtoph. Matthaeus* PFAFFIVS *Lutheranus* in diſſert. de *Liturgiis*, *Miſſalibus*, *Agendis*, & *Libris Eccleſiaſticis Eccleſiae* Orientalis, & Occidentalis *veteris & modernae*. Prodiit haec primum *Tubingae* MDCCXVIII. Addita deinde fuit *Inſtitutionibus hiſtoriae Eccleſiaſticae*, quas idem PFAFFIVS *ibid.* vulgavit MDCCXXI. 8. Confer *Acta Eruditorum Lipſienſia* a MDCCXXII. pag. 74. Huc referri poteſt * *Joh. Andreae* SCHMID Diſſertatio *de Lectionariis* Orientalis & Occidentalis *Eccleſiae*: edita fuit *Helmſtadii* MDCCIII.

a quonam Graecae;

II. *Graecae* vero Eccleſiae Libros Liturgicos recenſet *Leo* ALLATIVS in diſſert. *de Libris Eccleſiaſticis Graecorum*, quam cum alia ejuſdem ALLATII diſſertatione, & *obſervationibus variis* a. MDCXLVI. excudit *Pariſiis Sebaſtianus Cramoiſy* 4. Eamdem * *Joh. Albertus* FABRICIVS *Hamburgi* a. MDCCXXII. ad calcem quinti *Bibliothecae Graecae*

Digitized by Google

voluminis recudit, quibuſdam ſubjunctis adnotationibus. * *Gulielmus* CAVE in eodem verſatus eſt argumento. *Scriptorum* enim *Eccleſiaſticorum hiſtoriae Litterariae* tres adtexuit diſſertationes, quarum ſecunda *de Libris & officiis Eccleſiaſticis Graecorum* inſcribitur. Ac multo uberior haec eſt *Allatiana* recenſione; aliquot tamen Libros indicat, qui noſtri argumenti non ſunt, ut *βιβλον κανονων* es. Hanc CAVEI diſſertationem quibuſdam ſuae ſectae expunctis erroribus, adjectiſque non paucis obſervationibus in meam inſuli diſſertationem *de uſu Librorum Liturgicorum in rebus Theologicis* Tom. I. *Theſauri Theologici Venetiis a Nicolao Pezzana* editi, primumque ejus diſſertationis caput conſtituit.

e quonam Latinae.

III. Libros quoque *Latinorum* Liturgicos ejuſdem diſſertationis Capite II. enumerandos ſuſcepi. Idem ante me praeſtiterat * *Nicolaus Petrus* SIBBERN in *ſchediaſmate*, quod videre mihi non licuit, *de Libris* Latinorum *Eccleſiaſticis*, *in quo praecipui* latinae Eccleſiae veteris, & modernae Romanae Libri Liturgici *ordine Alphabetico enumerantur*, *VVittembergae* MDCCVI. 8. Ex Catholicis pauca *de Libris Eccleſiaſticis Latinorum* invenies apud *P. D. Gregorium* ZALLWEIN *Tom. II. Princip. Jur. Eccleſ. quaeſt.* 1. *cap.* 22. §. 14. *pag.* 86. *ſeqq.* & *P. Leodegarium* MAYER *in explicatione compendioſa litterali hiſtorica Ceremoniarum Eccleſiaſticarum P. I. cap.* 8. *pag.* 103. *ſeqq.* Exſtat praeterea *Dominici* GEORGII diſſertatio *de Libris Liturgicis* S. R. E., ac ſecunda eſt ex quatuor, quas Libro tertio *de Liturgia Romani Pontificis* auctor praemiſit Romae MDCCXLIII. 4.

IV. His addatur * *Chr.* Godofredi HOFFMANNI *diſſertatio de Libris ceremoniarum, & rituum Eccleſiae & Curiae Romanae*. Praemiſſa eſt ab eo *novae Scriptorum & monumentorum collectionis* tomo ſecundo *Lipſiae* MDCCXXXIII. 4.

CAPVT II.

COLLECTIONES.

J. A. Aſſemani Codex Liturgicus.

I. ANtequam ſingula Librorum, quibus Eccleſiae ritus continentur, genera percenſere adgredior, de collectionibus quibuſdam amplioribus, agendum eſt. Duae autem ſunt, altera edi coepta, ſed abrupta, atque imperfecta; altera promiſſa. Prima illa auctorem habet Cl. *Joſephum Aloyſium* ASSEMANVM. Hic primi voluminis, quod anno MDCCXLIX. *Romae* prodiit in 4. ex typographio *Komarckii*, titulus eſt: *Codex Liturgicus Eccleſiae univerſae in* xv. *Libros diſtributus, in quo continentur Libri Rituales, Miſſales, Pontificales, Officia, diptycha &c. Eccleſiarum* Occidentis, & Orientis. Quid hoc in opere praeſtandum ſibi eſſet, auctor explicat in praemiſſa ad *Clementem* ARGENVILLIERES tunc *P. M. Benedicti XIV.* Auditorem, poſtea S. R. E. Cardinalem epiſtola. „ Codicem, inquit .... quindecim Libris ... repraeſ„ ſento, quorum *I. de Catechumenis. II. de Baptiſmo. III. de Confirma„ tione. IV. de Eucbariſtia. V. de Poenitentia. VI de Extrema Unctione. „ VII. de Matrimonio. VIII. de Minoribus Ordinibus. IX. de Sacris Ordi„ nibus. X. de Religioſorum initiatione, Benedictione, & conſecratione.*
„ *XI.*

,, *XI. de Pſalmodia . XII. de Benedictionibus & Conſecrationibus Epiſcopis*
,, *reſervatis . XIII. De Benedictionibus Sacerdotalibus . XIV. de Suffragiis*
,, *Defunctorum . XV. de Sanctorum Canonizatione , Feſtis , Kalendariis &c.*
,, Quibus Libris omnes Eccleſiaſticos Libros , quovis demum nomine
,, inſignitos ; divina officia , omneſque ſacros ritus nedum antiquatos ,
,, ſed & vigentes comprehendo . Novi equidem *Liturgiae* nomen per
,, excellentiam quamdam Sacroſancto Miſſae Sacrificio tribui ; at illud
,, in ampliſſima notione uſurpo , qua ex ſui etymo quodlibet ſeu offi-
,, cium , ſeu miniſterium publicum ſonat . Pontificales propterea , Ri-
,, tuales , ſeu Sacerdotales , Miſſales , Caeremonialeſque Libri Liturgici
,, erunt , quemadmodum & Pſalmodiae , ſeu Curſus , Kalendariorum &c.
,, Codices , cum miniſteria contineant , ſeu publica officia & quidem
,, Sacra Eccleſiae univerſae , videlicet omnium Eccleſiarum tam *Occi-*
,, *dentis* , quam *Orientis* , & hujus quidem Ritus propriis linguis , ac
,, characteribus in latinum ſermonem fideliter converſos e regione exhi-
,, bet Codex noſter . *Occidentales* porro Eccleſiae , quarum Liturgias
,, damus , ſunt *Romana* omnium Mater , Caput , & Magiſtra ; *Gallica-*
,, *na* vetus , *Hiſpanica* , ſeu *Mozarabum* , *Mediolanenſis* , ſeu *Ambroſiana* ;
,, ſingulareſque aliae . *Orientales* autem quinque numeramus reſponden-
,, tes totidem Nationibus , quae *Aſiam* , *Africam* , ac partem *Europae* co-
,, lunt , & *Conſtantinopolitano* , *Alexandrino* , *Antiocheno* , ac *Hieroſolymitano*
,, Patriarchatibus ſubſunt , *Graecorum* nimirum , *Aegyptiorum & Abyſſi-*
,, *norum* , *Armenorum* , *Chaldaeorum Neſtorianorum* , ac *Malabarum* , *Sy-*
,, *rorum* Orthodoxorum , & Heterodoxorum . Hinc Eccleſiae univer-
,, ſae Liturgicum Codicem jure collectionem hanc meam inſcripſiſſe
,, me certe inficias non ibis , Vir Ampliſſime , eo etiam nomine , quod
,, non Eccleſiaſticorum Rituum Expoſitores proferam , ſed Libros ipſos
,, Liturgiarum , publicas ſcilicet univerſae Eccleſiae cum aliis alterius
,, omnino generis libris non immixtas , nec longis tractationibus infer-
,, tas , aut interruptas , neque ſubjectis adnotationibus aut commentatio-
,, nibus adauctas tabulas , ſeu monumenta illa , quae ad uſum praedi-
,, ctarum Eccleſiarum conſcripta publicam quodammodo auctoritatem ,
,, non privati Scriptoris offerrent , ſepoſui ; eaque , caeteris dimiſſis , ſi-
,, mul collegi edita ab aliis , & MSS. quae reperire licuit , & in unum
,, corpus compoſui . Quam compoſitionem , collectionemque non utilem
,, modo , ſed & neceſſariam ratus ſum , cum ob methodum collectio-
,, nis , tum ob monumenta ; illa namque nova plane eſt , haec vero mul-
,, ta nunc primum lucem adſpiciunt : & *Orientales* quidem Liturgiae
,, pleraeque vel nunc prodeunt , vel nova verſione donantur . *Occiden-*
,, *tales* etiam multi MSS. Codices Miſſales & Pſalmodiae ad uſum *Romanae*
,, Eccleſiae ante 500. & 700. annos conſcripti , quos Cl. *Nicolaus* ANTO-
,, NELLVS eximia virtute , & doctrina inſignis Praeſul nobis commu-
,, nicavit , nunc primo evulgantur ; illa vero monumenta , quae ab aliis
,, jam recuſa fuere , ad MSS. *Vaticanorum* , aliorumque Codicum fidem
,, caſtigata , & exacta recenſebimus ; variantes quaſque lectiones adno-
,, tabimus ; Eccleſiaſticorum Scriptorum , & Codicum Liturgicorum Ca-
,, talogum , rerumque in Codice noſtro contentarum ſyllabum , ſeriem ,
,, & ordinem adjungemus . Singularum pariter Eccleſiarum , ac Natio-

„ num compendiariam pertexemus hiſtoriam, tandem obſcura quaeque
„ Liturgiarum loca illuſtrabimus. Quae omnia ita exſequi conabimur,
„ ut Lectoribus nec faſtidium generemus, neque confuſionem creemus;
„ debitores namque ſumus ſapientibus, & inſipientibus: Doctorum pro-
„ inde virorum eruditioni nobis conſulendum, & ſtudioſae juventutis,
„ ac Liturgicorum Candidatorum utilitati inſerviendum fuit. Quam-
„ obrem variantes lectiones, Scriptorum Catalogum, Codicum, ſylla-
„ bum, rerum ſeriem, hiſque ſimilia, quae docti viri pro ſua erudi-
„ tione merito ac jure poſtulant, in ſupplementum ac Appendicem,
„ quam paramus ad Codicem, rejecimus. Hiſtoriam Nationum in Pro-
„ legomenis ad Miſſales Libros tractamus; obſcura Codicis loca, quae
„ expoſitione egeant, communia omnibus Eccleſiis, in Inſtitutionibus
„ (quas Deo dante brevi abſolutas in publicam edemus utilitatem)
„ illuſtramus; peculiaria huic vel alteri Eccleſiae in praefatione ad ſin-
„ gulos libros expedimus. Hinc ab adnotationibus & commentationi-
„ bus Codici ſubijciendis abſtinemus, quas candidatis ſuperfluas credi-
„ mus, Doctis virjs injurias arbitramur; haud enim in animum noſtrum
„ inducimus eo oſcitanter Codicem noſtrum lecturos, ut iis noſtras ſubij-
„ ciamus obſervationes. „

II. Primo igitur volumine primus, qui de *Catechumenis* agit, liber continetur ſex in capita tributus. Primum complectitur ordines Eccleſiae *Occidentis*: ſecundum Patriarchatus *CPolitani* Ordines ex *Graecorum Euchologio*: tertium *Alexandrinae* Eccleſiae Liturgias ex *Coptico* ſermone converſas, quibus *Aethiopice* redditis utuntur *Abyſſini*: quartum officium *Armenorum*, qui etſi *Monophyſitis* adhaereant, peculiarem tamen ritum habent, & quidem antiquiſſimum: quinctum *Chaldaeorum* ordinem communem Catholicis, ac *Neſtorianis* in *Chaldaea*, *Perſide*, *Malabaria*, aliiſque *Indiarum Orientalium* locis commorantibus: ſextum demum Eccleſiae *Antiochenae*, & *Hieroſolymitanae* Liturgias concludit, quibus promiſcue, ac indiſcriminatim utuntur *Syri* Orthodoxi, & Haeretici.

III. Eodem anno MDCCXLIX. apud *Angelum Rotilium* excuſus eſt liber *ſecundus de Baptiſmo*, quo ſecundum operis volumen concluditur. Liber tertius *de Confirmatione*, *in quo Confirmationis ordines omnes antiqui ac recentes editi, tum inediti Eccleſiarum Occidentis, & Orientis nunc primum prodeunt*, praevia diſſertatione, in qua praecipue ex Ritualibus Libris catholica de hoc Sacramento veritas adverſus *Dallaeum* confirmatur, a. MDCCL. apud eumdem *Rotilium* editus fuit. Hunc excepit a. MDCCLI. Libri quarti *de Euchariſtia* pars prima, ſeu Miſſale *Romanum vetus*, praemiſſa huic quoque diſſertatione *de origine Liturgiarum*. Nomine autem *Miſſalis Romani veteris Gelaſianum* indicatur. Pars Libri IV. ſecunda, quae Miſſale *Hieroſolymitanum* (Liturgiam ſcilicet *S. Jacobi*, in eamque S. IOHANNIS MARONIS luculentam expoſitionem) exhibet, ann. MDCCLII. lucem adſpexit. Anno MDCCLIV pars tertia prodiit apud heredes *Barbiellini*, in qua Sacramentarium *Veronenſe*, vulgo *Leonianum* recuſum fuit. Acceſſit diſſertatio, in qua *Novatorum formulae exhibitae illegitimae demonſtrantur*. Conſultius equidem fuiſſet haec in ſecundam partem conferre; fruamur tamen uti licet, eruditi Auctoris laboribus. Utinam quae ad Liturgiam ſpectant, omnia abſolviſſet! Eodem

12-

tamen anno MDCCLIV. licet omiſſa generali illa *Codicis Liturgici* inſcriptione, *Miſſale Alexandrinum S. Marci* ſeorſum vulgavit, in quo *Eucharistiae Liturgiae omnes antiquae Eccleſiarum Aegypti* Graece, Coptice, Arabice, & Syriace *exhibentur*, addita *de Therapeutis* diſſertatione. Atque hoc volumen *Codicis Liturgici* ſeptimum eſt.

IV. Iam operis ſeriem videbimus abruptam. Quinto enim, ſexto, & ſeptimo Libris in alind tempus reſervatis tranſiit Auctor a. MDCCLV. ad octavum *de Ordine*, & quinque tomis *Johannis* MORINI commentarium *de ſacris Ordinationibus* iterum protulit, quibuſdam tamen cum praefationibus tum additamentis locupletatum. Pars prima, uti dixi, anno MDCCLV., ſecunda anno MDCCLVI. tertia an. MDCCLVIII. quarta & quincta anno MDCCLXIII. exiit; nec ultra in edendo hoc Liturgico Codice auctor proceſſit.

V. Ipſo illo anno MDCCXLIX. quo Codicem Liturgicum ASSEMANVS inchoavit, Cl. *P. Emanuel de* AZEVEDO *Soc. Jeſu Theſauri Liturgici* a ſe edendi programma plaudentibus eruditiſſimis viris vulgavit. Integrum egregii operis proſpectum non dabo; ea tantum exſeribam, quae ad illud cujuſmodi futurum eſſet, dignoſcendum propius ſpectant. „ Placuit, inquit doctus *Luſitanus*, eum ordinem in veteribus „ Libris digerendis ſequi, qui eos cum noſtris veluti comparat ac com„ ponit, quos quidem eſſe numero quinque nemo ignorat *Miſſale*, *Bre*„ *viarium*, *Pontificale*, *Caeremoniale*, *Rituale* „.

Theſaurus Liturgicus a P. de Azevedo promiſſus.

„ Itaque primam operis partem facimus eam, quae ad *Miſſae* Sa„ crificium pertinet. Hanc uberrimam omnino, lectiſſimamque ſegetem „ adtigit olim *Jacobus* PAMELIVS in collectione illa ſua, quam an„ no MDLXXI. edidit, inſcripſitque *Miſſale Latinorum Patrum*. Nos heic „ antiqua Sacramentaria, ſive Libros Sacramentorum, ſive Miſſales Li„ bros collocamus, primumque facimus *Leonianum*. Maximi hoc pretii „ monumentum eſſe, quod Vir clariſſimus, mihique amiciſſimus *Joſeph* „ BLANCHINVS primus in lucem protulit in *prolegomenis tom. IV.* „ *Anaſtaſii* Bibliothecarii, nemo, qui illud legerit, inficiari poteſt. „ Hoc luculenta diſſertatione illuſtrare adgreſſus eſt vir doctus, quam „ ibidem repraeſentabimus. Subdemus huic *Gelaſianum* Sacramentarium, „ utpote MABILLONIO teſte, antiquiſſimum; tum *Gregorianum* cum „ Cl. *V. Antonii* MVRATORII Collectione, nec non cum aliis decem „ MSS. Codd. collatum; denique Miſſam *Illyrici*, quam dicunt perhi„ beri antiquiſſimam.

II. „ Tomus. Hic ſingulares veteres Libros, quorum uſus erat in „ Miſſae Sacrificio, conjiciemus, *Lectionaria*, *Antiphonaria &c.* Repraeſen„ tabimus *Comitem* ſive Lectionarium S. HIERONYMO tributum, An„ tiphonarium S. GREGORII, atque alia, quae *Jacobus* PAMELIVS „ edidit, vel apud MARTENE, ceteroſque leguntur; nos vero ad ve„ tuſtos Codd. MSS. emendavimus, ac ſupplevimus.

III. „ Tomus, *Liturgiae praecipuae a Romana diverſae*: ac primum „ *Ambroſiana*; in qua exhibenda, ut nos viris ſacrorum rituum ſtudioſis „ ſatisfacturos ſperemus, facit Eminentiſſimi Cardinalis PVTEOBO„ NELLI religioſiſſimi ac Sapientiſſimi Principis humanitas ac benefi„ centia, cui multum ob eam rem nos obſtrictum iri profitemur. Ad-

de-

Digitized by Google

„ demus huic *Aquilejenſem* , deinde *Hiſpanam* , *Gothicam* , *Iſidorianam* ,
„ *Mozarabicam* , aliaſque adtingemus . Ipſum vero Miſſale *Mozarabum* ,
„ ut multorum votis obſecundemus , quod rariſſimum eſt , & Liturgiam
„ antiquiſſimam continet , dabimus integrum . Quam occaſionem nacti ,
„ *Hiſpanorum* hominum pietatem , doctrinam , ſtudiumque divini cultus
„ oſtendemus . Liturgiae *Mozarabicae* Pſalmodiam & Breviarium adjun-
„ gemus , quale editum olim eſt a Cardinali XIMENES : indicabimus
„ tamen in Libri margine orationes , quae S. ISIDORI aetatem vel
„ proxime adtingunt , vel ſunt fortaſſe antiquiores . Curam etiam , di-
„ ligentiamque noſtram , profitemur in erratis emendandis , non typo-
„ graphi quidem vitio , ſed exemplorum *Ximenianae* editionis ; ad quod
„ praeſtandum maximum nobis ſubſidium poſitum eſt in *Veronenſi Go-
„ thico-Hiſpano* a Cl. BLANCHINO edito *tom. 1. in fin. part. 1. in com-
„ ment. ad oper. Ven. Card.* THOMASII . Accedent etiam ea , quae no-
„ bis viros eruditiſſimos ex *Hiſpania* adlaturos ſperamus . Quidquid ve-
„ ro in hanc rem praeſtabitur a nobis , quod eruditis viris poeniten-
„ dum non videatur , aut quidquid commodi alii haurient , volo omnes
„ debere Eminentiſſimo Card. *Silvio Valenti* GONZAGA magno littera-
„ rum praeſidi ac beneficentiſſimo Litteratorum hominum maecenati ,
„ qui cum ſelectiſſimis Libris Bibliothecam ſuam referſerit ; eum ſuſce-
„ pta opera quaelibet in publicam utilitatem omni ope juvet , nobis
„ quoque in hac parte atque in ceteris multum liberalitate atque hu-
„ manitate illa ſua ſingulari contulit . „

IV. „ Tomus *Antiquus curſus* : complectemur vero omnia , quae
„ ad Eccleſiaſticam pſalmodiam ſpectant ; *Ambroſianam* etiam , *Aquileje-
„ ſem* , *Gallicanam &c.* „

V. „ Tomus *Ordines Romani* . Hanc primam partem *Romani* Cae-
„ remonialis vulgavit MABILLONIVS , quam nos multo ampliorem
„ faciemus ope codicum antiquiſſimorum , novaſque obſervationes jam
„ editis a viro doctiſſimo addemus ; quae vero homines ceteroquin do-
„ cti , & ſacrorum rituum ſcientiſſimi vel locorum diſtantia , vel penu-
„ ria codicum optimae notae in illis edendis peccarunt , corrigemus ,
„ ineditos aliquot ordines *Romanos* , eoſdemque antiquos vulgabimus „ .

VI. „ Tomus *Rituum Eccleſiaſticorum Libri* . Hoc titulo editum fuit
„ celeberrimum opus a *Chriſtophoro* MARCELLO , quem ideo *Paris*
„ DE CRASSIS inſimulavit quaſi alterius opus ſibi adſcripſiſſet , & my-
„ ſteria caeremoniarum Pontificii ſacelli evulgaſſet . Alterum hoc cri-
„ minationis caput nihil obtinuit , cum ſaepius liber ille eruditis omni-
„ bus viris plaudentibus fuerit divulgatus . Nos hoc praeterea curabi-
„ mus , ut idem Liber ad *Auguſtini* PATRICII , qui verus illius Au-
„ ctor eſſe putatur , autographum reſtituamus , notatis locis a MAR-
„ CELLO interpolatis , quos *Paris* etiam de CRASSIS notavit . Li-
„ brum vero ſacrarum caeremoniarum a *Paride* eodem conſcriptum ,
„ aliaque opera ferme hactenus inedita ejuſdem auctoris publici juris
„ faciemus , augebimuſque opportunis animadverſionibus , nec non in-
„ ſigni appendice „ .

VII. „ Tomus *Liber diurnus Romani Pontificis* . Hunc HOLSTE-
„ NIVS edere coeperat , vulgavit vero noſter GARNERIVS . Hunc

„ ve-

„ vero ad fidem antiquiſſimi Codicis Ven. Monaſterii *S. Crucis in Jeruſalem de Urbe* diligenter exactum repraeſentabimus, atque inſignibus monumentis locupletatum „.

VIII. „ Tomus *Pontificale Romanum*. Habebit hic Liber Anecdotorum monumentorum inſignem appendicem adjunctam, & quaecumque ad hoc argumentum ſpectare poſſunt.

IX. „ Tomus *Rituale Romanum*. Hoc quoque Anecdotorum Appendice non exigua nec vulgari auctum dabimus. Omittimus *Caeremoniale Epiſcoporum*, quod recentius opus ſit; quae vero ad rem noſtram faciunt, atque olim erant in uſu, *Pontificali* Libro continentur „.

X. „ Tomus *Libri Poenitentiales*. Erat haec pars quaedam antiqui *Ritualis*. Illos vero ad manuſcriptorum codicum fidem nunc primum in lucem editos, vel ſecundis curis ad eoſdem codices diligenter exactos evulgabimus „.

XI. „ Tomus Ritus in Sacramentorum adminiſtratione olim adhibitos complectetur. Plurimos horum Libellos ſive ordines operi ſuo *de antiquis ritibus* inſeruit Edmundus MARTENE. Nos eorum praecipuos iterum edemus ſumma fide ad manuſcriptos codices exactos, quibus accedent novi nondum evulgati „.

XII. „ Tomus continebit *Ritus ad ſacras Benedictiones & Eccleſiaſticam diſciplinam ſpectantes*. Horum etiam multos vir diligentiſſimus, ac de Eccleſiaſtica antiquitate optime meritus MARTENE in lucem produxit. Nos illos ita locupletabimus, ut novum opus videri poſſint „.

„ Ita Theſaurus hic Rituum noſter ſive collectio univerſa erit in duodecim tomos diſtributa; partes vero, ſeu volumina plura complectetur. Nihil praeter vetera monumenta inſeremus; quaecumque tamen ad ea interius cognoſcenda, & ſive ad antiquitatem, ſive ad uſum probe tenendum ſpectabit adjicere, alienum ab inſtituto noſtro non arbitramur. Itaque de ſingulis antiquiſſimis codicibus, quibus in hoc univerſo opere adornando utemur, diſſeremus, eorumque antiquitatem inveſtigabimus, & characterum ſpecimen proferemus, ad illuſtranda obſcuriora loca diſſertationes vel ab amicis, vel a nobis elucubratas adjiciemus. Praemonemus tamen, hac, quam praemiſimus, diviſione nos non ita fidem noſtram obligaſſe ſtudioſis ſacrorum Rituum, ut ſi opere incepto (quod fieri facile poteſt, & procul dubio fiet) nova aliorum monumentorum accedat copia, aut quid forte eveniat, quod aliter lectorum commodo conſulere ſuadeat, licitum non arbitremur nobis, aut Librorum molem augere, aut propoſitam tomorum partitionem commutare. „ Hactenus P. de AZEVEDO. Sed heu! inſignis iſthaec collectio magno Liturgicae rei detrimento *Librorum promiſſorum* indicem tantummodo augebit.

CA-

CAPVT III.

LIBRI LITVRGICI

ARTICVLVS I.

COLLECTIONES.

Th. BRETT Anglica collectio.

I. UNam ego collectionem novi Liturgiarum cum *Orientalium*, tum *Occidentalium*, ſed haereticis Liturgiis foede permixtam, nec niſi Anglico ſermone propoſitam, quam memorant *Acta eruditorum Lipſienſia* anno MDCCXXII. *pag.* 335. Prodiit illa *Londini* MDCCXX. auctore *Thoma* BRETT, atque inſcribitur *collectio praecipuarum Liturgiarum, Eccleſiae Chriſtianae in celebratione ſacrae Eucharistiae uſitatarum*.

II. „ Haec porro in ea continentur I. Liturgia *Clementina ex Conſtitutionibus Apoſtolicis Lib. VIII. cap.* 12. II. Liturgia S. IACOBI, ſive *Hieroſolymitana ex Bibliotheca Patrum Pariſiens*. III. Liturgia S MARCI, ſive *Alexandrina* ex *Renaudotio*. IV. Liturgia *S. Johannis* CHRYSOSTOMI, ſive *CPolitana ex Goarii Euchologio*. V. Liturgia S. BASILII ex *Renaudotio*. VI. Liturgia Eccleſiae *Aethiopicae* ex eodem. VII. Liturgia NESTORII ex eodem. VIII. Liturgia SEVERI ex eodem. IX. Fragmenta quaedam Miſſalis *Gothici* ex *Mabillonio*. X. Fragmenta Miſſalis *Gallicani* ex eodem. XI. Fragmenta quaedam Miſſalis *Mozarabum*. XII. Miſſale *Romanum Romae* MDCXLVII. editum. XIII. *Ratio conſecrandi, & adminiſtrandi ſacram Euchariſtiam ſecundum Liturgiam* * *Regis Eduardi* VI. *Liber communium precum Londini* MDXLIX. editus. XIV. *Formula Communionis* (Anglicanae) XV. IVSTINI Martyris *narratio de ratione celebrandae Euchariſtiae ex illius Apologia prima*. XVI. CYRILLI *Hieroſolymitani Catecheſis myſtagogica quincta*. Adcedit diſſertatio *de harum Liturgiarum utilitate & auctoritate, in qua ſimul diverſae illarum corruptiones, & interpretationes notantur*.

ARTICVLVS II.

Graecorum Liturgici Libri

§. I.

LITVRGIAE,

Quae apud varias Graecorum Eccleſias obtinuerunt.

Liturgia S. Iacobi. De ea Doctorum judicia.

I. GRaecorum Eccleſiae variis uſae ſunt Liturgiis. *Hieroſolymitana* quidem IACOBI Apoſtoli, quem primum Antiſtitem oſtentat, Liturgiam adhibebat cum Eccleſiis ſibi obnoxiis, aliiſque non paucis, cu-

juſ-

juſmodi Eccleſiae *Cypri*, (quod indicaſſe S. EPIPHANIUS videtur *h. LXXIX. n.* 3.) & *Siculae* ad Saeculum X. Num IACOBUM Apoſtolum vere Auctorem habuerit ea Liturgia, inter doctos viros non convenit. *Leo* ALLATIVS *in Symmictis* (*p.* 1. *pag.* 176 *ſeqq.*) diſſertationem edidit, qua illam BARONIO & BELLARMINO praeeuntibus S. Apoſtolo adſerere conatus eſt, hancque ſententiam Card. BONA (*Rer. Liturg. Lib. I. cap. VIII.* §. 3.) ſtrenue propugnavit, plaudente BENEDICTO XIV. (*de Sacrif. Miſſae lib. II. cap.* 3. *n.* 13.). Contra JACOBO eam abjudicant non Sectarii modo DORSCHAEVS in *Myſteria Miſſae diſput. Liturgicae* Johann. Georgii HERBERI Argentorati MDCXXXIII. oppoſita, CAVE *in hiſtoria litteraria* (*Tom. I. Baſil. edit. MDCCXLI. pag.* 14.) OVDINVS (*Tom I. de Script. Eccleſ.*) FABRICIVS (*part. III. Codic. Apocr. N. T.*) & Samuel BASNAGIVS in *Annalibus Politico-Eccleſiaſticis* (*ad ann. LVIII. n.* 14.); ſed etiam ex Catholicis Natalis ALEXANDER, ac DVPINIVS; neque ab hac ſententia abhorrent TILLEMONTIVS (*adnot. XVI. in vitam* S. IACOBI,) Lazarus BOCQVILLOT (*de liturg. lib. I. cap.* 9.), & P. D. *Gregorius* ZALLWEIN (*Princip. Iuris Eccleſ. T. II. q. I. cap. II.* §. 8. *pag.* 72.) Non tamen prior illa ſententia adeo abſona eſt, ut defendi maxima veri ſpecie non poſſit, quemadmodum Cl. P. SALA ſe peculiari diſſertatione oſtenſurum receperat in notis ad indicatum BONAE locum (*T. I. pag.* 133.). Verum docto viro datam fidem liberare non licuit. Itaque ſatis erit auctores quoſdam appellare, qui in eam rem conferri poterunt. Sunt autem GRANCOLASIVS in opere inſcripto *les anciennes Liturgies* (*p.* 59. *ſeqq.*), Honoratus a S. MARIA (*animadv. in Reg. & uſum critic. T. III. diſs. III. artic. II.* §. 4. *ſeqq.*), & ASSEMANVS (*Praef in Tom. V. Cod. Liturg. Sect. II. p. XXVI. ſeqq.*) qui licet multa in hac liturgia extare a IACOBI aevo diſſentanea, eamque pro temporum, atque Eccleſiarum diverſitate auctam, imminutam quoque, verbo, interpolatam eſſe non inviti fateantur, illam tamen germanum JACOBI foetum dici jure ac merito poſſe cum PROCLO CP. quincti ſaeculi Scriptore (1) contendunt, quemadmodum *Gregorianum Romanum* Miſſale appellari conſuevit, etſi nullus hactenus prodiit vetuſtus Codex, qui illud omnino purum exhibeat. Ad hujus liturgiae edi- editiones
tiones quod attinet, ſaepius excuſa eſt, non tamen ſeorſum ab aliis *Graecorum* liturgiis. Recolenda igitur erunt, quae ſub extremum paragraphum de *Graecarum* Liturgiarum collectionibus proferemus. Unum heic addo, cl. ASSEMANVM (*T. V. Codic. liturg.*) IACOBI Liturgiam nobis exhibuiſſe primum quidem ex impreſſis libris; deinde (*p.* 68.) ex MS. *Meſſanenſi* Codice ante XII. Saeculum exarato, qui fortaſſis *Orientalibus* Monachis in Eccleſia *Pharan* degentibus uſui fuit; tertio in appendice (*p.* 398.) ex membraneo libro *Romanae* Monachorum *S. Baſilii*

(1) Viden' ergo, quam inepte CAVEVS hanc liturgiam, *non longe ante Concilium Quiniſextum* fuiſſe *confictam* conjecerit. PROCLVM enim a. CCCCXXXIV. floruiſſe ipſe ſtatuit: illud vero Concilium in annum DCXCI. reijcit. Quonam igitur pacto *non longe* ante Concilium Quiniſextum *conficta* dici ea liturgia poteſt, cujus circa annum CCCCXXXIV PROCLVS ſine ullo dubitationis indicio veluti Apoſtolicae meminit?

Digitized by Google

ſtii Bibliothecae, quem eruditus Hieromonachus *Cryptoferratenſis Benedictus* MONALDINIVS ex *Baſiliano* Monaſterio *Patrii Romam* delatum fuiſſe conjecit.

S. PETRI Liturgia apocrypha

II. Proxima *Hieroſolymitanae* Eccleſiae eſt *Antiochena*. Ad hanc dubio procul ſpectaret S. PETRI Liturgia, ſi genuina eſſet. Exiit Miſſa Apoſtolica ſive θειαλειτυργια τυ Αγιυ Αποστολυ ΠΕΤΡΟΥ, *divinum Sacrificium S. Apoſtoli* PETRI *Graece & lat. Antuerpiae* ex officina *Chriſtophori Plantini* MDLXXXV. 8. (2) *Vuilhelmus* LINDANVS, cui hanc editionem debemus, pro eadem B. PETRI Liturgia apologiam adjecit, itemque vetuſtiſſimum in S. Apoſtolicae Miſſae Canonem commentarium, de quo alibi. Eadem quoque ibidem recuſa fuit MDLXXXIX., quae editio a D. *Le* BVRE *p.* 165. indicati jam operis perrara dicitur. Verum nemo eſt, cui LINDANVS eam germanum Principis Apoſtolorum opus eſſe perſuaſerit. Card. BONA (*Rer. Liturg. lib. 1. cap. VIII. §. 1.*) ſuſpicatus eſt, ſaeculo XVI. fuiſſe illam ab aliquo Sacerdote *Italo-graeco* vel exercitii gratia, vel ut *Graecam* liturgiam, de cujus nimia prolixitate ſaepe *Graeci Romae* conqueſti ſunt, ad hanc breviorem formam redigeret. Quam Eminentiſſimi BONAE ſuſpicionem pluribus confirmatam video a Cl. Benedictino *Nicolao le* NOVRRY *in ſuo Apparatu ad Bibl. Max. Vet. Patr.* (T. I. *diſs. II. cap.* 4. *& ſeqq.*). Narrat LINDANVS breviſſimam PETRI Liturgiam apud *Franciſcum* TVRRIANVM exſtitiſſe; ſed ea nuſquam comparuit. Ceterum *Antiochena* Eccleſia IACOBI fortaſſis Liturgiam uſurpabat. Ea certe potius Apoſtolorum omnium nomine inſcriberetur, ceterarumque omnium (iis demptis, quae poſtea acceſſere) foras haberi non immerito poteſt. Meam hancce ſuſpicionem confirmat Cl. MONALDINII conjectura; is enim in epiſtola ad *Ioſ. Aloys.* ASSEMANVM S. IACOBI Liturgiam in *Romano*, olim *Patrienſi* Codice exaratam ad *Antiochenam* Eccleſiam pertinuiſſe, atque ex *Antiocheno* rituali fuiſſe deſcriptam, *memoria* ductus, *quae* fit in hac ipſa IACOBI *Liturgia*, *omnium Patriarcharum Catholicorum* (*ſaltem ex mente Scriptoris*) Antiochenae *Cathedrae ab ipſo Apoſtolo* Petro, *ad* Theodoſium *uſque*, *hoc eſt ad ſaec. XII. circiter*, veroſimiliter opinatur.

Liturgia S. MARCI. Quid de ea ſentiendum

III. *Alexandrini* Liturgia S. MARCI gloriantur, quam tamen plerique S. Evangeliſtae abjudicant. Hos inter P. SALA in ſuis ad BONAM obſervationibus. Vir tamen doctus mea quidem ſententia animadvertere debuerat, non ſatis ipſum ſibi conſtare, qui quam LITVRGIAM *S.* IACOBI genuinam velit, licet in ea plura ſint, quae ab Apoſtolorum aevo abhorrent, eadem fere de cauſſa S. MARCVM Liturgiam ſcripſiſſe pernegat: quod idem dictum volo de Cardinale BONA, qui eodem octavo libri primi capite & *dubiae fidei* eam, quae MARCO tribuitur, Liturgiam appellat, & IACOBI adſtruit liturgiam. Nihil enim momenti eſt ad convellendam *Marcianae* Liturgiae fidem, quod *Iacobaeae* quoque objici nequeat. Nam multa in utraque ſunt, quae a poſteris neceſſe ſit, adjecta, immutataque fuiſſe. De *Marciana* vero *altiſſimum ubique ſilentium* eſſe,

---

(2) Editionem *Antuerpienſem* a. MDLXXIX. GRANCOLASIVS appellat. Eadem indicatur in Bibl. Colb. (*T. III p.* 899.) Haec igitur erit iterata ejuſdem operis editio.

eſſe, eamque a *Theodoro* BALSAMONE ceu pſeudepigrapham ſaeculo XII. rejectam, quod BONA animadvertit, in IACOBAEAM quoque intorqueri poteſt. Nam BALSAMON IACOBAEAM non ſecus ac MARCIANAM diſerte repudiat, & IACOBAEAM quatuor ſaltem priorum Eccleſiae ſaeculorum, HIERONYMI praeſertim, atque EVSEBII ſilentio Viri critici oppugnant. Ceterum quemadmodum *Graecorum*, *Syrorumque* traditio tanti viſa eſt Emin. BONAE, ut hinc maxime IACOBAEAM Liturgiam confirmet, ita antiquiſſima utrorumque traditione, cujus Miſſales libri cum impreſſi, tum Mſs. teſtes ſunt, MARCO Liturgiam ejus nomine inſcriptam non difficile tribuemus. Nihil certe credibilius, immo & tam neceſſarium, quam quod uti IACOBVS *Hieroſolymitanis*, ita MARCVS *Alexandrinis* certam Liturgiae formam praeſcripſerit, quae ſubinde aucta, retenta tamen, a primaevo conditore nomen acceperit. Confer ASSEMANI praefationem in *Miſſale Alexandrinum*, ſeu ſextum Codicis Liturgici volumen. Primus qui MARCI Liturgiam *Graece & latine* emiſit in lucem, fuit *Iohannes* a S. ANDREA *Pariſienſis* Eccleſiae Canonicus; edidit autem ex apographo Card. SIRLETI, qui illam ex vetuſto Codice Monaſterii *Roſſanenſis in Calabria* ordinis *S. Baſilii* (3) deſcribi curaverat. Accedunt in ea editione, quae *Pariſiis* a. MDLXXXIII. perfecta eſt in 8., aliqua de ritu Miſſae ex *Conſtitutionibus Apoſtolicis* S. CLEMENTIS *Rom.* nomine divulgatis, item libellus *Gr. & lat. de cauſſa horarum divini officii* (4). ASSEMANVS eamdem in Miſſali *Alexandrino*, ut neceſſe erat, recudit.

IV. Liturgiam S. MARCI perfeciſſe dicitur S. CYRILLVS *Alexandrinus*. „ Quamobrem, inquit ASSEMANVS (Praef. in Miſſale *Alexan-* S. CYRILLI Liturgia
„ *drinum p. XIII.*) *Aegyptii* Liturgiam CYRILLI vocant eam, quae
„ MARCO adjudicatur; utramque autem unum eumdemque Auctorem
„ habere patet ex collatione, niſi quod varietas quaedam occurrat, quae
„ Ritualem diſciplinam, atque liturgicas formulas ſapit: nam ut paſſim
„ monuimus, formulae Rituales, quum in quotidiano ſint Eccleſiarum
„ miniſterio, additionibus & varietatibus obnoxiae ſunt; & Pontifices,
„ atque Concilia antiquas cenſuerunt perficere formulas, illiſque quae-
„ dam addere, vel ab eis nonnulla demere „. Hanc liturgiam, quam RENAVDOTIVS *Tomo II. Liturg. Orient.* exhibet, ex Miſſali *Coptitarum Romae Arabice & Coptice* vulgato typis S. Congreg. de propaganda fide, *latine* tantum idem ASSEMANVS recudit (*Miſſalis Alexandr.* pag. 157.) hoc titulo: *Initium Anaphorae* S. Marci *Apoſtoli*, *quam collegit*, *& ordinavit Beatiſſimus* S. CYRILLVS.

(3) Cui nomen B. *Mariae* ὁδηγήτριας vulgo de *lo Patire*. Codex porro ille, ut ab interitu vindicaretur, cum aliis *Romam* translatus eſt, extatque in aedibus *Baſilianorum*, ubi illum a. MDCCI RENAVDOTIVS inſpexit.

(4) Haec ex Catalogo *Colbertinae* Bibliothecae. In Bibliotheca tamen *Barberina* additur huic editioni PETRI Liturgia. Res tanti non eſt, ut ipſam *Barberinam* Bibliothecam adeam. Hoc memini, ab aliis quoque (in his D. le BVRE in *Bibliogr. Inſtruct.* p. 165. Volum. *Theol.*) hanc editionem nonniſi tribus illis opuſculis in *Colbertinae* Bibliothecae indice expreſſis definiri.

Liturgia S. BASILII

V. *Alexandrinis* poſt S. MARCI Liturgiam a S. CYRILLO perfectam celeberrima eſt, quam S. BASILIVS M. conſcripſit. P. SALA (*T. I. Rer. Liturg. p.* 545.) OVDINO iraſcitur, quod (*Tom. I. Comm. de Script. Eccles. ubi de* S. BASILIO *cap.* 5.) MAGNO *Caeſarienſium* Antiſtiti omni niſu eam eripere conatus fuerit. Ego vero P. LE BRVNIO Catholico viro aequius fortaſſe indignarer, qui in idem OVDINI conſilium adlaboravit. Nam praeterquamquod PETRVS diaconus in libro de *Incarnatione & Gratia D. N. J. C.* quem ſui ac ſociorum nomine a. DXX. *Romae* agens conſcripſit, ad gratiae comprobandam neceſſitatem orationem ex BASILII Liturgia depromptam adferr, ejuſdemque Liturgiae meminerunt LEONTIVS *CPolitanus* Scholaſticus *Lib. III. adverſus* NESTORIVM,), *Trullani* Patres(*Can.* XXXII.), EPIPHANIVS diaconus in VII. Oecumenica Synodo, ac *Johannes* DAMASCENVS *lib. IV. orthod. Fid. cap.* 14. (5), teſtis eſt *Gregorius* NAZIANZENVS (*orat. XX*) BASILIVM ordinationes ſacrarum precum ad altare diſpoſuiſſe. Cauſſam porro, cur BASILIVS Liturgiam ſuam ediderit, prodidit PROCLVS *CPolitanus* in opuſculo *de traditione divinae Miſſae* his verbis: *Magnus* BASILIVS *hominum ſocordiam & in deterius prolapſionem conſpicatus, ac proinde longinquitate productae Miſſae pertaeſos, non quod ipſe ſupervacaneum quidquam, vel nimis longius productum in ea fore arbitraretur, ſed ut pariter tum ſimul orantium, tum audientium ignaviam, ex longo illo temporis intervallo praecideret, breviorem recitandam tradidit*. Haec tamen Liturgia plurimum eſt interpolata, ac variis additamentis pro ſaeculi, quo facta ſunt, genio & conditione aucta, ut CAVEVS ſcite monuit, qui tamen idipſum de IACOBI & MARCI liturgiis dici poſſe, quin propter ejuſmodi acceſſiones audacter repudiarentur, imprudens non vidit. Exſtat *Romae* in Bibliotheca *Barberina Graecum* hujuſce liturgiae exemplum ab annis plus mille exaratum, omnium ſcilicet, quae aetatem tulerint, antiquiſſimum *Monſfauconio* oculari teſte (*Diar. Ital. p.* 210.) Prodiit autem *Graece Venetiis* MDCI. 4. *Graece & latine* ex RENAVDOTIO in ASSEMANI Miſſali *Alexandrino* (*p. I. pag.* 45.) (6).

Liturgia S. GREGORII Nazianzeni

VI. Eſt & alia apud *Alexandrinos* celebris Liturgia, eaque S. GREGORIO *Theologo*, ſcilicet NAZIANZENO tribuitur. Hanc idem ASSEMANVS ex RENAVDOTIO *Graece & latine*, ex Miſſali vero *Coptitarum latine* exhibet in indicato *Miſſali* Alexandrino (p. 87. & 134.)

Item DIOSCORI

Neque illud omittendum, ubi Eccleſia *Alexandrina* duas in partes a DIOSCORO miſerrime diſciſſa eſt, apud hujus ſectatores novam obtinuiſſe Liturgiam ab eo appellatam. Praenotatur *Anaphora Sancti* (7) DIOSCORI *Archiepiſcopi Alexandriae*. Hanc quoque poſt RENAVDOTIVM ex Codice IV. *Vaticano Nitrienſi latine* ASSEMANVS propoſuit (*Miſs. Alex. pag.* 199.)

VII. Aliam

(5) Confer GRANCOLASII Veteres Liturgias (*pag.* 575.) & TILLEMONTIVM (*T. IX. Vit.* S. BASILII *artic.* 144.)

(6) FABRICIVS (*Bibl. Graec. T. VIII. p.* 90.) CAVEVM erraſſe monet, qui hanc Liturgiam exſtare ſcripſerit in omnibus operum S. BASILII editionibus,

(7) Nempe ut Sanctus colitur a *Monophyſitis*.

VII. Aliam poſt BASILIVM Liturgiam, eamque BASILIANA contractiorem *S. Johannes* CHRYSOSTOMVS contexuit, quae ſubinde aucta fuit, ac fortaſſis (quod nonnullis placuiſſe intelligo) ſtudio *Johannis II.* item *CPolitani* Patriarchae ſaeculo ſexto perfecta. Haec de ea PROCLVS in indicato opuſculo. „ Haud vero multo poſt BASILIVM Pa„ ter ille noſter aurea praeditus lingua *Johannes* de ovium ſalute, ut „ paſtorem decet, ſtrenua cura ſollicitus, naturae humanae ſocordiam, „ ignaviamque reſpiciens, fibras omnes, ac radices ſatanici praetextus „ hujus prorſus voluit evellere. Et idcirco multa praecidit, & conci„ ſiori, preſſiorique oratione ſacrum conficiendum ſtatuit, ne ſenſim ho„ mines, qui libertatem quamdam & inertiam quammaxime comple„ ctuntur, fallacibus adverſarii rationibus decepti ab ejuſmodi Apoſtolica „ hac & divina abſterriti traditione eam omitterent, quemadmodum hoc „ ipſum multis, variis ſaepe in locis adcidiſſe ad hunc uſque diem de„ prehendimus „. Mirum enim vero eſſet ex Catholicis le BRVNIVM hanc liturgiam CHRYSOSTOMO abjudicaſſe poſt ea, quae ad eam adſerendam GRANCOLASIVS congeſſit in erudito *de veteribus Liturgiis* Gallico opere (*pag.* 131. *ſeqq.*), niſi eam praeconceptae de liturgicis libris quincto tantum ſaeculo perſcribi coeptis illius opinioni maxime obſtare intelligeremus. Ceterum vel ipſi Proteſtantes CAVEVS (*diſſ. II. de libris & offic. Eccleſ. Graecor. V. Liturgicon*), FABRICIVS tum in adnot. ad ALLATIVM *de libr. Eccles. Graecor.* (*pag.* 13.) *tum Bibl. Graec. vol. VIII.* (*p.* 19.) & PFAFFIVS (*de Liturgiis* p. 8.) negandum non eſſe cenſent, Liturgias a BASILIO, & CHRYSOSTOMO compoſitas eſſe, etſi variis modis interpolatae ad nos pervenerunt. OVDINVM tamen ſcio huic Liturgiae ſe ſe perinfenſum exhibuiſſe; ſed eum SALA pro meritis caſtigavit in animadverſionibus ad BONAE librum I. *cap. IX.* §. 3. (*pag.* 149. *ſeq.*). Complures ſunt hujus Liturgiae editiones, ſed mirum in modum inter ſe ſe diſcrepantes. Primum *Demetrio* DVCA auctore *Graece* exiit *Romae*, deinde *Gr. & lat. Venetiis* MDXXVIII. apud typographum *de Sabio* 4. & *Pariſiis* MDXXVII. Edita praeterea eſt *latine* ex verſione *Leonis* TVSCI a. circiter MCLXXX. *Conſtantinopoli* facta; item ab ERASMO converſa *Colmariae typis Bartholomaei Gryningeri* MDXL. 4. ex *Ambroſii* vero PELARGI interpretatione *Vuormatiae* MDXLI. & MDXLV. 4. ex vulgari verſione *Pragae* MDXLIV. ex *Gentiani* HERVETI verſione *Venetiis* MDXLVIII. *Romae* quoque recuſa fuit *in Joh. Antonii Juliani* typographio MDCXLIV. 4. Exſtat quoque inter opera *S. Johannis* CHRYSOSTOMI T. IV. *Morellianae* editionis, ſexto *Savilianae*, & duodecimo *Montfauconianae* (pag. 804)

Liturgia S. Joh. CHRYSOSTOMI

VIII. Praeter haſce liturgias alia *Graecis* in uſu eſt, quam vocant *Praeſanctificatorum*, & eum liturgia *S. Gregorii* NAZIANZENI confundit *Ludovicus Iacobus* a S. CAROLO (*Bibliotb. Pontiſ. pag.* 86. & 88.) Eam *Graecorum* plerique *S. Gregorio* M. ſeu ut illi ajunt, *dialogo* tribuunt, quamvis GOARIO teſte (*in Euchol.*) non deſint, qui BASILIO, aut GREGORIO II. Papae, aut GERMANO Patriarchae *CPolitano* (8) adſcri-

Liturgia Praeſanctificatorum

(8) Iis, qui GERMANVM hujus Liturgiae auctorem habent, potius quam

ſcribant. Hac utuntur *Graeci* omnibus Quadrageſimae diebus (excepe tamen Sabbata, Dominicos, & Feſtum Virginis ab Angelo Salutatae) quum ſcilicet Chriſti Corpus non conficiunt, ſed confectum antea, divinis laudibus decantatis, abſumunt (y). Prodiit autem illa ex *Gilberti* GENEBRARDI interpretatione a. MDCXXII. apud *Colonienſes* T. XV. *Magnae Bibliothecae veterum Patrum*, qui praecedentium voluminum *ſupplementum* praenotatur.

Liturgia CLEMENTIS

IX. Quas hactenus percenſuimus Liturgias, eae apud *Graecos* uſu ſunt maxime celebratae. Tres aliae commemorandae ſuperſunt, quae in privatum tantummodo commodum perſcriptae videntur. Prima CLEMENTIS eſt ex Conſtitutionibus Apoſtolorum, qua GRANCOLASIVS *Antiq. Liturg. p.* 85. & ASSEMANVS *Praefat in Tom. V. Cod. Liturg. pag.* 11. *Hierosolymitanae* Eccleſiae ſecundo ac tertio ſaeculo florentis Liturgiam exprimi cenſent, le BRVNIVS vero eam, quae quincto ſaeculo in quibuſdam *Antiocheni* Patriarchatus maritimis Eccleſiis frequentaretur, exhiberi opinatur. Fallitur tamen vir hic eruditus ſaltem quod ad tempus ſpectat; Conſtitutiones enim Apoſtolicae, ut ut CLEMENTEM mentiantur, ſaltem ante *Nicaenum* Concilium in unum fuerant volumen redactae, ne ipſis quidem diſſentientibus eruditioribus Proteſtantibus *Petro* GVNNING, *Johanne* PEARSONIO, *Guill.* BEVEREGIO, CAVEO, *Thoma* BRETT, quorum teſtimonia vide apud Cl. SALA (*lib. I. Rer. liturg.* C. BONAE *pag.* 135.) Ad Liturgiam in eis contentam ut redeam, illam ASSEMANVS indicati quincti voluminis *pag.* 108. protulit, veluti quoddam IACOBAEAE Liturgiae ſupplementum.

Liturgia Chronici Alexandrini

Exſtat & alia Liturgia in *chronico Alexandrino*, quod *Carolus* CANGIVS emendatius edidit. Eam MABILLONIUS (*de Stud. Monaſt. T. II. cap.* 20.) obſervandam proponit, ſcriptamque cenſet ſub HERACLII Imp. annum XIV. aut XV., ſaeculo ſcilicet ſeptimo decurrente.

Liturgia S. GREGORII M.

Tertia demum ea eſt, quam ex *latino* S. GREGORII M. exemplo Graecam fecit *Georgius* CODINVS. Exſtat hujus Liturgiae recentior *Graeca* verſio, quae *Emma-*

---

quam ceteris adſentiendum exiſtimat *Thomas* SMITH in eo Libro, quem *de Eccleſ. Graec. ſtatu hodierno Trajecti ad Rhenum a.* 1698. vulgavit (*pag.* 88.)

(y) Ceteris vero diebus ſi quaeras, quamnam Liturgiam uſurpent, adcipe. BASILII Liturgia, ut ex prooemio liquet, decies per totum annum canitur; nempe Vigilia Nativitatis Dominicae, feſto S. BASILII, Vigilia Luminum, in S. Quadrageſimae Dominicis. (Dominica Palmarum excepta), ſancta, & magna feria V. & magno Sabbato. Quod reliquum eſt totius anni, CHRYSOSTOMI Liturgia ſibi vindicat, ſi diem XXIII. Octobris S. IACOBO Apoſtolo ſacrum exceperis, quo *Hierosolymitana* Eccleſia, aliaeque illi obnoxiae IACOBAEAM uſurpant. Alia *Copticorum* Eccleſiarum ratio eſt. Eam ABVLBIRCAT operis ſui *cap. IX.* apud RENAVDOTIVM (pag. 171.) tradit his verbis. „ Statutum eſt in Eccleſia *Coptica* tres „ Liturgias uſurpari. Una eſt, quae „ per omnes jejunii dies, & alios extra „ jejunium uſurpatur, ſcilicet Liturgia „ S. BASILII Epiſcopi *Caeſareae Cappadociae*. Secunda, quam *Aegyptii* „ conſueverunt uſurpare tantum per „ quadrageſimale jejunium, & menſe „ *Cohiac*, eſt Liturgia MARCI, quam „ CYRILLVS perfecit. Tertia propria „ eſt dierum feſtorum divinorum, & „ laetitiae, quae eſt Liturgia S. GREGORII. „

manuelem CHRYSOLORAM auctorem habet, ac MS. ſervatur in Bibliotheca *Barberina* ALLATIO teſte (de *Georgiis p.* 362.)

Harum Liturgiarum collectiones

X. Harum, quas enumeravimus, Liturgiarum plures a viris doctis junctim editas reperio. Quae mihi innotuerunt ejuſmodi collectiones, ſunt hae. BASILII, CHRYSOSTOMI, & *Praeſanctificatorum* Liturgiae prodierunt *Graece Romae* 1529. cum GERMANI Archiep. *CPolitanae* Eccleſiae *hiſtoria & myſtica theoria* 4., item *Romae* ad Monachorum *Cryptae Ferratae* uſum MDCI. apud *Aloyſium Zanellam* 4. *Venetiis* 1626. 4. 1633. & 1640. 4. praeterea Romae MDCLXXI. & MDCLXXXIII. ex *Joh. Baptiſtae Ruſſotti* typographio. Eaſdem Liturgias *Jacobus* GOARIVS in *Euchologium* intulit, ac verſione donatas variis lectionibus, notiſque illuſtravit. *Georgius* quoque WICELIVS in libro, quem inſcriptum *Exercitamenta verae pietatis Moguntiae* a. MDLV. apud *Franciſcum Behem* evulgavit, Liturgiam S. BASILII, Miſſamque *Aethiopum* Chriſtianorum in Africa latine exhibuit.

XI. IACOBI porro, itemque BASILII, & CHRYSOSTOMI Liturgias *Graece Pariſiis* excudit *Gulielmus Morellius* a. MDLX. in fol. Hic operis non admodum obvii titulus: *Λειτουργιαι των αγιων πατερων Ιακωβου* &c. Titulum rerum in libro contentarum indiculus excipit; hunc *Trullanus* Canon, & PROCLI *CPolitani* Praefatio in Liturgias. Liturgiis non pauca ſubjunguntur ex DIONYSIO *Areopagita*, IVSTINO, GREGORIO *Nyſſeno*, DAMASCENO, NICOLAO *Methonenſi*, SAMONA *Gizae* Archiepiſcopo, MARCO *Epheſino*, GERMANO *CPolitano*. Omnia *latine* eodem anno a *Morellio* ſeorſim excuſa ſunt; ſed pluribus additis hoc titulo: *Liturgiae ſive Miſſae Sanctorum Patrum* IACOBI *Apoſtoli, & fratris Domini*, BASILII *Magni e vetuſto Codice latinae tralationis*, IOHANNIS CHRYSOSTOMI, *interprete* LEONE *Tuſco*. *De Ritu Miſſae, & Euchariſtia ex libris* S. DIONYSII *Areopagitae*, IVSTINI *Martyris*, GREGORII *Nyſſeni*, Johannis DAMASCENI, NICOLAI *Methonenſis*, SAMONAE *Gazae Archiepiſcopi* (MARCVS *Epheſinus* in titulo typothetae vitio praetermiſſus fuit, cujus tamen opuſculum, quemadmodum in *Graeco* exemplo, latine redditum heic fuit) GERMANI *Archiep. CPolitani*, NICOLAI *Cabaſilae*, *Gentiano* HERVETO *interprete*, MAXIMI *Monachi* S. DIONYSII *interpretis*, BESSARIONIS *Cardinalis*. PROCLVS *Archiep. CPolitanus praefatur*. *Quibus acceſſit ad calcem e libris* D. Joannis CHRYSOSTOMI *locorum annotatio, & initio aliquot capita* (octo ſunt) *unde liturgica comprobantur*: *auctore* F. Claudio DE SAINCTES *Theologo Pariſienſi* (10). Haec latina *Antverpiae* recuſa fuerunt in aedibus

(10) * ITTIGIVS in Tractatu de *Bibliothecis* (*p.*627.) haec omnia antequam *Antverpienſibus* typis excuderentur, *Pariſiis* edita fuiſſe coniectura feliciter adſequutus eſt. Certe *Pariſienſis* hujus editionis a. MDLX. exemplum apud nos exſtat. Erravit deinde, quum (*p.* 769.) indicata Graeci textus editione continenter addidit: *in alia editione iiſdem Liturgiis Graeco textui latinos adjunctus eſt*. Nam una eademque editio eſt a. MDLX., ſed quum *Latina* ſeorſim excuſa fuerint, ſunt Bibliothecae quae *Graecum* tantummodo textum ſervent, ut Bibliotheca *Romanae* olim *Jeſuitarum* domus Profeſſae; ſunt etiam quae *Graecum* textum, *Latinamque* translationem uno volumine poſſideant, ut Bibliotheca *Romano-Gregoriani* Collegii.

Digitized by Google

bus *Johannis Stelſii* MDLXII. 8. (11) Eſt & alius libellus *Venetiis* per *Alexandrum Bruciolum* a MDXLVIII. impreſſus 8. in quo CHRYSOSTOMI, & BASILII Liturgiae *Iacobaea* omiſſa leguntur; *Nicolai* CABASILAE *de divino altaris ſacrificio*; MAXIMI *de Myſtagogia*, *hoc eſt de introductione ad Sacra Eccleſiae myſteria ſeu ſacramenta*; *divi* CHRYSOSTOMI, *&* *divi* BASILII *Sacrificii ſeu Miſſae ritus*, *ex Sacerdotali Graeco*, *Gentiano* HERVETO *Aurelio interprete*, qui *Claudio* GVICEO *Vigilantiſſimo* Mirapicenſis Eccleſiae *Epiſcopo* inſcripſit epiſtola *Venetiis* miſſa eodem anno MDXLVIII. calendis Aprilis. PETRI vero *Miſſam Apoſtolicam* cum GREGORII *Dialogi* Miſſa (ex *Codini*, quam ſupra indicavi, Graeca verſione) & CONSTANTINI reſcripto in *Arium*, & *Arianos* Gr. & lat. *Morellus Pariſiis* excudit a. MDXCV. 8.

XII. Sunt & aliae Liturgiarum *Graecarum* collectiones. Nam Liturgiae SS. MARCI, PETRI, CLEMENTIS *Pariſiis* a. MDLXXXIII. *Graece & latine* vulgatae ſunt in 8. Has vero, aliaſque, nempe IACOBI, MARCI, BASILII, CHRYSOSTOMI, *Praeſanctificatorum*, S. PETRI, S. GREGORII *dialogi* dicti, invenies in *Frontonis* DVCAEI *Auctario Bibliothecae Patrum Graeco Latino* edito a. MDCXXIV. (*T. II.*)

XIII. Ceterum in Bibliothecis Patrum cum antiquioribus, tum recentioribus aliquot ejuſmodi liturgiae continentur: IACOBI *Miſſa* & BASILII *Anaphora ex Syriaco* Codice *latine* reddita ab *Andrea* MASIO *T. IV. Bignacanae Pariſienſis* editionis a. MDLXXV.: eaedem, ac praeterea MARCI Liturgia T. VI. *Pariſienſis* item *Bignacanae* editionis MDLXXIX.: item BASILII *Anaphora*, ac Liturgiae ejuſdem BASILII, S. GREGORII *Theologi*, & S. CYRILLI *Alexandrini ex Arabico* converſae a *Victorio* SCIALACH *T. VI. edit. Paris.* MDCLIV. quae editio *Tom. XII.* praeterea *Graeco-Latine* ſuppeditat S. IACOBI Liturgiam ex editione *Guill. Morelli* Paris. MDLX. 2. MARCI Liturgiam *latine* verſam ex *Sanctesii* editione; 3. S. BASILII Liturgiam cum latina *Gentiani* HERVETI interpretatione; 4. CHRYSOSTOMI Liturgiam cum latina ejuſdem HERVETI verſione; 5. Miſſam *Apoſtolicam* S. PETRI cum Canone latino S. R. E. ex Paris. *Morelli* editione a. MDXCV. 6. GREGORII Papae Miſſam ex editione *Federici Morelli*. *Colonienſis* quoque Bibliotheca Patrum a. MDCXVIII. & *Lugdunenſis* a. MDCLXXVII. IACOBI, MARCI, & PETRI Liturgias exhibent. illa tomo primo, haec ſecundo.

XIV.

(11) Idem ITTIGIVS ait p. 626. *Claudium* SANCTESIVM Sanctorum Patrum *Liturgias Antverpiae* MDLX. edidiſſe, idque e *variis Catalogis* ſe cognoviſſe adfirmat. De hac tamen anni MDLX. *Antverpienſi* editione valde dubito, quum ea, quae mihi prae manibus eſt, annum MDLXII. prae ſe ferat, neque in illa alterius *Antverpienſis* mentio fiat. Eorum quoque, qui CAVEI *hiſtoriae Litterariae Baſileenſi* editionis a. 1745. adnotationibus auxerunt, corrigendus heic error. Ajunt illi, Liturgias SS. IACOBI, MARCI, & PETRI prodiiſſe in Bibliothecis Patrum; tum addunt: ITEMQVE *Antverpiae* 1562. *Studio Claudii de Saintes*. Quibus ſane verbis indicant, in hac *Antverpienſi* editione MARCI & PETRI Liturgias exſtare. Atqui id falſum omnino, quum IACOBI, BASILII, & CHRYSOSTOMI Liturgias *Sanctesius* ediderit.

Digitized by Google

XIV. Denique illud non omittendum, Liturgias IACOBI, MARCI, PETRI Germanice fuiſſe redditas, & cum animadverſionibus excuſas ab *Andrea* GNOSPIO, *Regiomonte* MDCLVIII.

§. II.

LITVRGICORVM APVD GRAECOS LIBRORVM PARTES

Αναγνωσεις

I. LIbros jam adgrediamur, quibus *Graecae* Liturgiae partes continentur. Primum *αναγνωσεις*, ſeu *αναγνωσματα* appellant; quem latini *lectiones, ac lectionarium* nuncuparunt. Nempe quum in Eccleſia *Graeca* ex antiqua conſuetudine non novum ſolummodo, ſed etiam vetus Teſtamentum, dum divina in Templo peraguntur officia, recitetur, partes eas, ſeu ſegmina ex Teſtamenti veteris libris anni diebus variis pro Feſtorum ſolemnitate adſignata in unum redegerunt volumen, ut facilius, commodiuſque prae manibus haberentur. *Liber*, inquit ALLATIVS (*in diſſ. 1. de libr. Eccler. Graec. p.* 53.), *quod ſciam, ineditus eſt. Proſtat tamen paſſim MS. in Monaſteriis Graecorum, & in Italicis Bibliothecis, & potiſſimum* Vaticana, & Barberina *ſub num.* 16. *&* 17.

Αποστολος

II. Huic, quem deſcripſimus, proximus liber eſt *Αποστολος* dictus; ſeu quemadmodum in *Goariano Euchologio* vocatur (*Pariſ. edit. p.* 233.) *Αποστολικον βιβλιον*, quod Lectiones contineat ex Canonicis epiſtolis, praeſertim *S. Paulli* depromptas. Quare in ordinatione Lectoris Pontifex tradit ei *τον Αποστολον* (*Euchol. p.* 236.). Hic liber tempore *S. Sabae* in uſu fuit teſte CYRILLO *Scythopolitano* (*in ejus vita num.* 75. *apud* COTELER. *Monum. T. III. p.* 351.) Lector, qui epiſtolas *S. Paulli* publice in Eccleſia legit, *πρωταποστολαριος* appellatur, cujus officii CODINVS meminit (*de offic. CP. cap. VI. num.* 14.). Non eaedem tamen ubique apud *Graecos* epiſtolae legebantur. In *Sicilia* certe aliae erant ab illis, quae *CPoli* in uſu erant; quod etiam de Evangeliis dictum eſto. Confer *Iohannem de* IOHANNE in Tract. *de divin. Siculor. offic.* (*p.* 65. *ſeq.*)

πραξαποστολος

III. Saepe epiſtolis *Paulli*, aliiſque Canonicis, atque *Apocalypſi* adduntur in editis ac MSS. exemplis *Actus Apoſtolorum*; tunc autem liber a Graecis *πραξαποστολος* nuncupatur. Textus in eo plures in partes diviſus eſt, & diebus ſingulis, feſtiſque diebus adcommodatus hoc ordine, quem *Typicum* praeſcribit, ut nempe a Dominica Paſchatis uſque ad Dominicam Sanctorum omnium pro lectione magni veſperi Actus Apoſtolorum tantummodo legantur; in reliquis vero totius anni Dominicis ſeptem Catholicae, & quatuordecim *S. Paulli* Epiſtolae, & *Johannis Apocalypſis*. Exſtat in *Vindobonenſi* Bibliotheca (*Cod. Theol.* 195. *& Cod.* 308.) *πραξαποστολος*, cui Menologium inſertum eſt. Editus quoque habetur ſub *Apoſtoli* nomine Venetiis MDCXXXIII. & MDCXLI.

Ευαγγελιον

IV. Non abſimilis codex eſt, in quo deſcripta ſunt Evangelia, non quidem continuata Evangelicae hiſtoriae ſerie, ſed in certa *τμημασι*, ſive *περικοπας* diviſa, quae proprias lectiones conſtituant, ad uſum ſingulo-

gulorum dierum, & feſtivitatum, modo unius, modo alterius Evangeliſtae textu, quandoque etiam plurimis in locis, ut opus fuerit, interpoſito. Exceptis enim ſolemnitatibus, quae peculiare ſibi Evangelium poſcunt, in reliquis anni diebus ita *Graeci* Evangelicas lectiones diſpertiuntur, ut unius prius Evangeliſtae textum in τμηματα dividant, & diebus applicent, donec finiat, poſtea alterius continuent, donec omnia perlegerint. Quin etiam Dominicis a Scriptore Evangelii, quod legendum in illis occurrit, nomen imponunt; dicunt enim: η πρωτη κυριακη του ματθαιου, η δευτερα του ματθαιου: *prima Dominica Matthaei*, *ſecunda Dominica Matthaei*. Ευαγγελιον dicitur hic liber; ubi vero quatuor Evangelia contineat, ac τετραβιβλος ſit, τετραευαγγελιον nuncupatur. Pluribus praeter ALLATIUM (*diſſ. I. p.* 34.), MEURSIUM in voce ευαγγελια, & TENTZELIUM in diſſ. *de ritu Lectionum ſacrarum* haec perſequitur du FRESNIUS (*Gloſſ. Gr. T. I. col.* 441.) qui & varia Evangelia commemorat. Editum eſt hoc θειον και ιερον ευαγγελιον (hoc nempe titulo praenotatur) ab *Emmanuele Glyzonio* Venetiis anno, ni fallor, MDXCIX., deinde ibidem a. MDCXXIV. fol. (quam editionem indicat Catalogus Bibliothecae *Barberinae*), tum etiam MDCXLV. Praemittur praefatio, ſive epiſtola nuncupatoria ad Sanctiſſimum, doctiſſimumque *Gabrielem Philadelphiae* Metropolitam, & ad *Severum Monembaſiae* Epiſcopum, *D. Raphaelis* Patriarchae πιττακιον data XIV. Iulii MDCXIV.

Ευαγγελιστάριον V. Solet autem Ευαγγελιω inſtar appendicis ſubjungi Ευαγγελιστάριον, libellus ſcilicet, in quo exſtant 1. Evangeliſtarum continuatio, unde incipiant, & unde finiant. 2. Canones XXXV. in quibus ſemper invenitur Dominicarum totius anni Evangelium matutinum, & quis tonus canatur ſingulis Dominicis. 3. alia ad inveniendum S. Paſchatis diem neceſſaria, quae inter πασχαλιον perpetuum a GLYZONIO compoſitum. 4. demum Canones Evangelici EUSEBII *Caeſarienſis* cum epiſtola ad *Carpianum*.

Αποστολοευαγγελιον VI. Eſt praeterea liber, in quo cum Evangeliis Apoſtolorum Epiſtolae continentur: vocatur autem Αποστολοευαγγελιον. Agit de hoc libro non uno loco *Euchologium*, in quo etiam (*p.* 904.) Αποστολοευαγγελια totius anni certis quibuſdam diebus recitanda juxta duodecim menſes diſpoſita, ac ſummatim expoſita leguntur.

Εισοδικον VII. Εισοδικον officium eſt, quod peragitur, quando Evangelia, vel dona ſacra ſolemni procedendi ritu a Sacerdote ad altare deferuntur. Duplex vero apud *Graecos* teſte GOARIO (*ad Euchol. p.* 124.) eſt εισοδος. Prima μικρα, quae & in *Euchologio Allatiano* in conſecratione Epiſcopi η πρωτη εισοδος της θειας ιερουργιας dicitur, Libri nempe Evangeliorum, quem ante faciem elevatum defert Diaconus, in ſacrarum introductio. Altera eſt εισοδος μεγαλη ſeu ingreſſus major, quando ſolemniore pompa, atque auguſtiore apparatu ſacra dona altari inferuntur.

Διπτυχα VIII. Huc etiam ſpectant διπτυχα. Duplices erant tabulae, quarum uni Patriarcharum, Pontificum, Epiſcoporum, qui majoribus Eccleſiis praeerant, & in vivis erant, nomina inſcribebantur: alteri vero mortuorum, qui in pace & communione Eccleſiae deceſſerant. Ex his porro tabulis ea inter ſacrorum ſolemnia a Diacono ad altare recitari conſueverant. Antiquum exemplum ſuppeditat Diptychon *Norimbergenſe*

a NE-

a NEGELINO illuſtratum apud GORIVM (*T. I. Theſ. diptych. p.* 256.)

IX. ΤΥΠΙΚΑ ad Liturgiam quoque pertinent. Nam praeter ea, de quibus ſequente capite dicturi ſumus, quoddam *typicorum* genus eſt, quae inter Miſſarum ſolemnia diebus etſi non omnibus canuntur, & ſunt *πρῶτα καὶ δεύτερα*, *prima & ſecunda*; nec alia ſunt quam pſalmus 102. qui *πρῶτα*, & 145. qui *δεύτερα* dicuntur, uti notat etiam Cl. GOARIVS (*p.* 124.) Τυπικὰ

X. Poſtremus inter *Graecorum* Liturgicos libros eſt ΔΙΑΚΟΝΙΚΟΝ. Haec vox non unam apud Scriptores Eccleſiaſticos ſignificationem obtinet. Sumitur quandoque pro ea Eccleſiae parte, in qua dum ſacra fiunt, Diaconi conſiſtere ſolebant; nempe in ſolea, & ad bematis cancellos; aliquando pro aede Eccleſiae adjuncta, in qua vaſa ſacra & veſtes reponebantur, quorum curam habebant Diaconi, de quo non pauca congeſſit GOTHOFREDVS *ad* PHILOSTORGII *lib. 7. cap.* 3. (*pag.* 276.) quandoque pro collecta, ſeu ea precum publicarum parte, quam Diaconi pronunciabant. Hoc vero loco librum denotat Eccleſiaſticum, quo omnia, inquit Leo ALLATIVS, quae ad Diaconi munus obeundum requiruntur, in agenda re divina & ſingulis officiis uno veluti faſce continentur. De eo videtur intelligendus eſſe IOHANNES *Euchaitorum* (*Euchaitarum* ALLATIVS & CAVEVS dicunt, ſed *Euchaitorum* ſcribendum, ſi LAMBECIVM audimus) Epiſcopus, quum carmina *εἰς τὸ βιβλίον τῆς Διακονίας τοῦ Τροπαιοφόρου* ſcripſit. Vide ALLATIVM (*diſſert. I. p.* 97.) Διακονικὸν

ARTICVLVS III.

Libri Liturgici Orientalium.

I. IN percenſendis *Orientalium* Populorum Liturgiis ordinem ſequar, quem Card. BONA (*lib.* 1. *cap. IX. §.* 4 *ſeqq.*) ſibi praeſtituit. *Moſcovitae* igitur (ut ab his ordiar) *Graecorum* ritus uſurpant, licet peculiares quoſdam habeant, quos GRANCOLASIVS (*Antiq. Liturgiar. p.* 252.) ex *Sigiſmundo* Libero Barone ab *Herberſtein* in itineris ſui ad *Moſcoviticam* gentem deſcriptione (p. 29. (& Lutherano * ODERBONO in epiſtola ad CHYTRAEVM, itemque le BRVNIVS in Explanatione Miſſae (*Tom. II.*) enumerant. Enimvero ad eorum uſum charactere, ut ajunt, *Cyrilliano*, ritu autem Graeco editus eſt *Venetiis* a. MDLXXIV. 4. Liber, in quo *Liturgia SS. Joh.* CHRYSOSTOMI, BASILII, & Miſſa *Praeſanctificatorum*, *Evangelia Paſſionis*, & *Reſurrectionis Dominicae*, *Epiſtolae & Evangelia pro feſtis Domini*, & *praecipue Sanctorum per annum*, *nec non Quadrageſimae*. Libri Liturgici Moſcovitarum

II. *Melchitae* porro, qui edictis Imperatorum obedientes *Chalcedonenſe* Concilium ſuſcepere; item *Jacobitae Syri* a IACOBO Monacho *Syro* SEVERI diſcipulo, acerrimoque *Eutychianorum* errorum propugnatore appellati, a dogmatibus vero, quae tuentur, *Monophyſitae* ad quadraginta habent Liturgias admodum inter ſe ſe diverſas, de quibus *Fauſtus* NAIRONVS in *Evoplia Fidei* (*part. I.*) & * *Iobius* LVDOLPHVS (*Commentar. Aethiop. Lib. III. cap* 4.) licet *Richardus* SIMON in notis ad Gabr. SEVERI *apologiam* (*pag.* 224.) horum liturgias exſtare inficietur. Melchitarum, & Jacobitarum Syrorum

O 2 III. Sunt

Digitized by Google

III. Sunt & alii *Iacobitae* per *Aſſyriam*, *Perſidem*, finitimaſque *Aſiae* regiones diſſeminati. Hi quemadmodum & *Syri*, aliique *Orientales* populi innumeris fere Liturgiis utuntur. *Abraham* ECHELLENSIS in notis ad catalogum HEBEDIESV (*p.* 134.) ſupra quinquaginta numerari ait, tum unam & triginta, quae apud ſe extabant, diligenter indicat. Prima eſt IACOBI, ad quam veluti omnium antiquiſſimam ceterae tamquam ad normam fuere deinceps exactae. Syriaca haec IACOBI Liturgia a. MDXCI. impreſſa prodiit in Miſſali *Chaldaico*, de quo infra, eamdemque poſt RENAVDOTIVM *anaphorae* nomine praenotatam ASSEMANVS exhibet (*T. V. Cod. Liturg. pag.* 131.). Duae praeterea ſunt XII. *Apoſtolorum* nomine inſcriptae, major altera, altera minor, quarum unam plerique S. LVCAE Evangeliſtae tribuunt: duae item S. PETRI, quarum unam RENAVDOTIVS edidit; una S. IOHANNIS Evangeliſtae, quae non modo in Codicibus *Syriacis Vaticanis num. VI. & VIII.* apud ASSEMANVM (*Biblioth. Orient. T. III. pag.* 637.) exarata legitur, ſed etiam ab eodem RENAVDOTIO vulgata eſt. Adde Liturgiam S. MARCI, de qua ſupra diximus: ac praeterea S. DIONYSII Areopagitae *anaphoram* latine propoſitam a RENAVDOTIO; Martyris quoque IGNATII Liturgiam, quam IGNATIVS junior *Antiochenorum* Patriarcha in *Chaldaicarum* Liturgiarum catalogo *graece* compoſitam ſcribit (1) *Antiochiae* anno XXVII. poſt adſcenſionem Domini; *Chaldaeamque* a S. IACOBO Epiſcopo *Rohenſi*, ſive *Edeſſeno*; ediderunt autem ASSEMANVS (*T. I. Biblioth. Orient. pag.* 215.) & RENAVDOTIVS (Tom. II.). Praeter has apud ejuſmodi gentes in uſu Liturgiae ſunt.

Iacobitarum alias Orientis regiones inhabitantium.

1. SS. BASILII, & CHRYSOSTOMI, de quibus egimus.

2. S. IACOBI non *Niſibenſis*, quod in erratis eſt *Abrahami* ECHELLENSIS, ſed ut ab ASSEMANO (*T. I. Bibl. Orient. cap. V. p.* 24.) ſcite adnotatum eſt, SARVGENSIS. „ Inter anaphoras *Aethiopicas*, in-
„ quit SALA (T. I. *pag.* 171.,) eamdem recenſet *Iobius* LVDOLPHVS
„ in ſuo *Lexico Aethiopico*, atque in ordine quarta eſt, & pro *Syracenſis*
„ legendum *Sarugenſis*. Incipit haec Liturgia: *Deus Pater, qui es tran-*
„ *quillitas*. Neque unam tantum, ſed duplicem *Jacobo Sarugenſi* Epiſcopo
„ tribuit Liturgiam *Stephanus* EDENENSIS in opere *de Orthodoxis Ana-*
„ *phorarum Auctoribus* (*cap.* 2. *num.* 22.) ubi ait: Iacobus Sarugenſis, *qui*
„ *anno quingenteſimo decimonono ad* Batnarum *Sedem, quae in* Sarugo *eſt*,
„ *evectus fuit, duas habet Anaphoras, quarum prima incipit. Deus univer-*
„ *ſorum conditor: altera Deus Pater, qui es tranquillitas*, verum haec po-
„ ſtrema dumtaxat videtur eſſe IACOBI foetus, uti advertit ASSEMA-
„ NVS (*loco citato pag.* 301.). Illa vero prior SEVERO *Antiocheno* re-
„ ſtituenda, iiſdem quippe verbis incipit anaphora SEVERI apud *An-*
„ *dream* MASIVM, cujus initium dictus EDENENSIS adnotavit (*cap.* 7.
„ *de haereticis Anaphorarum Auctoribus num.* 3.) „

3. S. GRE-

(1) Vide *FABRICIVM (*Bibl. Gr. T. V pag.* 41.). Quae porro de *Syriacis* Liturgiis dicturi ſumus, fere omnia ex SALA ſumpta ſunt; ea igitur conferri cum illis maxime velim, quae ſequente libro *cap. II.*, ubi de illarum Auctoribus agemus, adcuratius diſſeremus.

3. S. GREGORII Theologi. De hac aliquid ſupra adrigimus Habetur autem *Copto-Arabice* in Codicibus *Copticis Vaticanis XII. XIV XXI. & XXIV.*

4. S. IOHANNIS MARONIS Patriarchae *Antiocheni*. „ Hujus Li-
„ turgiam, inquit SALA (*l. 1.*,) ut ſpuriam reijcit RENAVDOTIVS
„ in *Maronitas* nonnihil infenſus (*T. II. Liturg. Orient. in diſſert proœm.*
„ *num.* 26.) & cauſſam rigidae hujus cenſurae producit eodem Tomo
„ (*pag.* 344.) *quia nulla* (ut ait) *Bibliotheca*, quantumcumque *Orienta-*
„ *lium* librorum dives, ipſam repraeſentat; quaſi ipſe omnes Bibliothe-
„ cas adiverit, aut omnes Bibliothecarum forulos excuſſerit, earumque
„ libros evolverit, aut demum nullum in *Oriente* Scriptorum monumen-
„ tum ſuperſit, quod in Bibliothecas Europae illatum non ſit, ut ſcite
„ illum redarguit clariſs. ASSEMANVS (*Bibl. Orient. T. I. pag.* 513.)
„ MARONIS quippe *anaphora*, cujus initium: *Coram te Rex Regum*,
„ *& Dominus Dominantium* extſtat in Bibliotheca Vaticana Cod. Echel-
„ lenſi *num.* 5. ejuſque meminit EDENENSIS in *Expoſitione Miſſae Syro-*
„ *rum* (*c.* 2. *de Catholicis anaphorarum auctoribus*) in haec verba: IO-
„ HANNES *cognomento* MARO, *qui poſt* Theophanis *Patriarchae* An-
„ tiocheni *obitum ſedem illam obtinuit anno Domini* 685. *edidit anaphoram*,
„ *cujus initium*: *Coram te Rex Regum &c.*„

5. Alterius IOHANNIS Patriarchae *Antiocheni*, de quo haec SALA
(*l. c.*). „ Quis iſte fuerit, incompertum eſt. Plures IOHANNIS nomine
„ extiterunt Patriarchae *Antiocheni*, atque eorúm tres Liturgias condi-
„ dere, quas refert RENAVDOTIVS (*Tom.* 2. *Liturg. Orient.*); IO-
„ HANNES ſcilicet cognomento *Magnus*, cui tribuitur Liturgia *Sancto-*
„ *rum Doctorum* (*ibid. pag.* 409.), IOHANNES Scriba, & *Acoemetus*
„ dictus, cujus Liturgia ibi pariter extſtat (*pag.* 474.), IOHANNES
„ filius *Maadni*, cujus item ibi Liturgia (*pag.* 512.). Hunc, quiſquis
„ extiterit, *Iacobitam* fuiſſe, aut *Neſtorianum* ex dictis Liturgiis proba-
„ bilius eſt. Ita ex RENAVDOTIO. Verum de IOHANNE Scriba
„ fallitur vir eruditus illum perperam *Acoemetum* legens, nam ex *Gre-*
„ *gorio Barhebraeo* ASSEMANVS ita de ipſo habet (*T.* 2. *Biblioth.*
„ *Orient. pag.* 216.) IOHANNES, qui & *Ioſue Iacobitarum* Patriarcha
„ cognomento Scriba, Anachoreta, & Statura puſillus, non *Acoemetus*,
„ ut ille autumat. Vixit iſte ſaec. XIII. Ejus liturgiae initium: *Deus*
„ *Pater*, *Dominus omnium*, *tranquillitas &c.*„

6. EVSTHATII item Patriarchae *Antiocheni*. Edita eſt ejus liturgia in Miſſali *Maronitico*, ſed interpolata, ut obſervat RENAVDOTIVS, cujus ſinceram lectionem ſe reſtituiſſe putat (*pag.* 235.). Extſtat eadem in Codice *Syriaco Vaticano num. XIX.* quem cum aliis ASSEMANVS ex *Oriente* detulit.

7. MOYSIS *Barcephae*. Ejus anaphoram edidit RENAVDOTIVS (*Tom.* 2. *pag.* 391.) ejuſque meminit *Stephanus* EDENENSIS (*cap.* 7 *de Haeretic. anaphoris num.* 15.) his verbis: SEVERVS, *qui &* MOYSES *Barcepha*, *Epiſcopus Bethraman duas edidit anaphoras*, *quarum prima incipit*: *Domine Deus lux aeterna*: *altera nondum in manus noſtras incidit*: Eamdem laudat Auctor Catalogi Liturgiarum *Syriacarum* apud SCHVLTINGIVM (*Tom.* 3. *pag.* 106. *num.* 31.): MOSIS *filii* Petri (hoc eſt Barecphae)

phae) *Epiſcopi Barmienſis* , *ſeu Bethramanenſis chaldaice compoſita anno a Nativ. Domini* 801. Sed verius 901. ut oſtendit ASSEMANVS (*T.* 2. *pag.* 177.)

8. IACOBI *Edeſſeni*. Ejus anaphora, cujus initium *Deus Pater omnium* prodiit Latine per RENAVDOTIVM (*Tom.* 2. *Liturg.* Orient. *pag.* 371.) extatque in pluribus Codicibus *Syriacis*, praecipue in *Vaticano Nitrienſi* 3. & 4. Ejuſdem Liturgiae meminerunt *Stephanus* EDENENSIS (*cap.* 2. *de Catholicis Anaphorarum Script.*), & *Cornelius* SCHVLTINGIVS (*Tom.* 3. *pag.* 106. *num.* 30.)

9. PHILOXENI. Haec Liturgia habetur inter Codices *Syros Echellen. num.* 5. apud eumdem *Aſſemanum* & incipit: *Deus vita omnium*: quae etiam in aliis Codicibus ad *Simeonem Perſam* refertur. Hujus meminere SCHVLTINGIVS, & EDENENSIS, quam & latine edidit RENAVDOTIVS (*Tom.* 2. *pag.* 301.), eſtque in ordine prima; aliam enim ejuſdem idem edidit (*pag.* 310.), quae incipit: *Domine Deus potens*; Hujus vero aliud initium exprimit ASSEMANVS (*loco citato pag.* 24.) videlicet: *Domine Deus fortis*, & *incomprehenſibilis*. Porro PHILOXENI *Bagdadenſis* nomine Liturgiam, quae incipit: *Deus, qui es Mare tranquillitatis*, edidit idem RENAVDOTIVS (*pag.* 399.), qui ſcite obſervat (*pag.* 408.) duas ex ea precationes PHILOXENI, qui & *Lazari Barſaptae* nomine diſtinguitur, referri in Liturgia *Iohannis Magni* Patriarchae *Iacobitarum*, quae *Sanctorum Doctorum* appellatur, unam ſcilicet Tomo citato *pag.* 414. & alteram *pag.* 415.

10. ELEAZARI Epiſcopi *Babylonis*. » Hujus, inquit SALA, praeter nudum nomen ab ECHELLENSI relatum nulla alia mentio » apud Auctores, quos viderim. RENAVDOTIVS cujuſdam PHILOXENI, qui & ELEAZARVS dicitur, ut mox adnotavimus, meminit; an vero hic ille idem ſit, cujus Liturgia habetur ſub nomine » *Lazari Barſaptae*, ſeu PHILOXENI Epiſcopi *Babylonis*, quae extat » apud RENAVDOTIVM (*ibidem*), & apud ASSEMANVM (T. 1. » *pag.* 574.), non ita compertum eſt, ut dubitari non poſſit ».

11. MARVTHAE Epiſcopi *Tagritenſis*. Ejus anaphora, ſeu Liturgia extat in omnibus fere Miſſarum Codicibus. Prodiit *Syriace* in Miſſali *Maronitarum* an. 1594. (*pag.* 172.) & *Latine* per RENAVDOTIVM (Tom. 2. *Liturg. Orient. pag.* 261.). Eamdem porro Liturgiam turpiter a quodam recentiore *Jacobita* interpolatam fuiſſe obſervat RENAVDOTIVS (*loco citato pag.* 273.), quod & confirmat ASSEMANVS (ut ſupra *pag.* 180.). In ea ſiquidem obtruduntur ſub MARVTHAE nomine haec verba: *fermentatum panem accepit in manus ſuas*: quae utique MARVTHAE ſenſui repugnant; ipſe enim, qui ibidem in Symbolorum conſecratione attendendam eſſe docet Chriſti inſtitutionem, & exemplum, id ne ſomniavit quidem, cum praeſertim, ſaltem ad annum Chriſti 775. Azymum in Euchariſtia adhibere conſueverint *Syri* in *Meſopotamia*, teſte DIONYSIO *Jacobitarum* Patriarcha in Chronico *ad ann.* 510. apud ASSEMANVM (*T. I. pag.* 409.) ubi plura in hanc rem vir eruditiſſimus notat.

12. THOMAE *Giamarchitae*, vel potius *Heracleenſis*. Extat hujus nomine Anaphora MS. in Codice *Echellenſi* 5. *Biblioth. Orient. Vatic. fol.* 95. atque

atque *latine* edita a RENAVDOTIO (*Tom. II.*). Ea tamen ſingulari apud *Jacobitas Syros* artificio commendatur, eo quod diverſae, quibus conſtat, orationes *Threnorum, & pſalmorum Abecedariorum more incipiunt, & quod cultiori ſtylo ſcripta eſt*.

13. MATTHAEI *Paſtoris*. Legitur ejus nomine Liturgia in Miſſali *Chaldaico*, ſeu *Maronitarum* (*pag.* 146.). Habetur etiam in Codice *Syriaco Vaticano num.* 8. cujus ad calcem haec adnotantur: *Explicit Liturgia* S. Matthaei *Paſtoris, qui &* Herma *unus ex ſeptuaginta*.

14. IOHANNIS *Barſuſan*. Exſtat hujus Anaphora cum aliis in Codice *Echellenſi Vaticano num.* 5. & alibi in pluribus codicibus MSS.; item impreſſa in Miſſali *Chaldaico* (*pag.* 154.) incipit: *Fons caritatis, & ſcaturigo bonitatis Domine*.

15. THEODORI *Mopſveſteni*, non THEODORETI *Cyrenſis*, ut ECHELLENSIS perperam ſcripſit. Ejus Liturgia exſtat in Codice *Syriaco Vatic.* 18. *Latine* reddita per RENAVDOTIVM (*Tom.* 2. *Liturg. Orient. pag.* 616.) cujus initium: *Domine Deus fortis*.

16. DIODORI *Tarſenſis*. Hujus Liturgiam *Syriace* ſe legiſſe ECHELLENSIS teſtificatur.

17. NARSETIS, qui Anaphoram ſcripſit.

18. BARSVMAE. Hujus Liturgiam unus adſerit HEBEDIESV in ſuo Catalogo (*cap. LIV.*)

19. DIONYSII, quem BARSALIBAEVM appellant. Condidit is Anaphoras tres, quarum prima incipit: *Deus, qui in amore gaudes*: altera: *Amorem & concordiam*: quae per errorem ſub nomine DIONYSII *Areopagitae* inter Catholicas Liturgias impreſſa fuit *Romae* in Miſſali *Chaldaico* an. 1594. (*pag.* 106.), ut notat ASSEMANVS, & *Latine* prodiit apud RENAVDOTIVM (*Tom.* 2. *pag.* 444.). Tertia denique, quae incipit: *Domine Deus, qui vera es, & perfecta caritas*. De duabus prioribus liturgiis tantum meminit EDENENSIS loco ſaepe citato, prima omiſſa. Edidit idem BARSALIBAEVS precationes Liturgicas tres, quarum prima recitatur a *Jacobitis* in Miſſa feriae quintae in Coena Domini, altera Sabbato Sancto loco primae orationis Liturgiae S. IACOBI Apoſtoli, quae eſt pro pace. Tertia demum recitatur ab iiſdem ante orationem Dominicam, dum Hoſtia frangitur, quae propterea appellatur *oratio fractionis*: eſt autem duplex, altera quidem brevis, quae incipit: *Tu es Chriſtus Deus*: altera vero prolixior, cujus initium: *Ita vere*. Prodierunt *latine* per RENAVDOTIVM (*Tom.* 2. *pag.* 22.): utraque pia eſt, & docta teſte ASSEMANO loco ſupra citat. (*pag.* 175.); ſed ſecunda haereſim *Monophyſitarum* ſapit, uti ibidem videre eſt. Haec SALA.

20. PROCLI Epiſcopi *Byzantini*. „ Hunc, inquit idem SALA, *S. Joannis* CHRYSOSTOMI diſcipulum, & in *Byzantina* Cathedra Succeſſorem Liturgiam ſcripſiſſe praeter SIONITAM teſtantur *Stephanus* „ EDENENSIS in *expoſitione Miſſae Syriacae* (*cap.* 2. *num.* 22.), & Au„ ctor Catalogi Anaphorarum *Syriacarum* apud SCHVLTINGIVM (*Tom.* „ 3. *pag.* 105. *num.* 20.). At nemo aliorum, qui de *Syrorum* Liturgiis „ ſcripſere, id de PROCLO aſſeruit, quod ſciam: fortaſſe ex eo, quod „ *Conſtantinopolitanus* Patriarcha librum *de Traditione divinae Miſſae* con„ fecit, quem interpretatione & notis illuſtratum edidit Cl. Vir *Vincen*„ *tius*

„ *tur* RICCARDVS *Cler. Reg.*, praedicti arbitrati ſunt, & propriam Li-
„ turgiam condidiſſe.„

21. S. ATHANASII Epiſcopi *Alexandrini*, cujus Anaphorae *Syriacae* initium: *Deus fortis Domine*, de qua SCHVLTINGIVS in Catalogo Liturgiarum (*Tom.* 3. *num.* 11.), & EDENENSIS pariter in ſuo *Elencho* (*num.* 11.) mentionem faciunt. Haec perperam ad ANTHIMVM *Alexandrinum* refertur in Codice *Nitrienſi* 3. *Vatic.* apud ASSEMAN. (*Tom. I. pag.* 562.); nullus enim ANTHIMVS fuit, qui *Alexandrinam* vel Catholicorum, vel *Jacobitarum* ſedem occupaverit.

22. S. GREGORII NYSSENI. Hujus S. Praeſulis Liturgia laudatur a SCHVLTINGIO (*ibidem num.* 12), quam & apud *Coptos* exſtare, & quidem a Liturgiis BASILII, GREGORII *Theologi*, atque CYRILLI diverſam teſtatur ABVLBARCATIVS *Aegyptius* Scriptor libro *de Divinis* (*cap.* 7. *num.* 4.). Haec tamen inter ejus opera deſideratur.

23. MICHAELIS *Magni Jacobitarum* Patriarchae. Ejus Anaphora *latine* prodiit per RENAVDOTIVM (*Tom. II. pag.* 438.). Inc. *Deus omnipotens, & universorum Domine*: idque habet ſingulare (quod etiam obſervavit RENAVDOTIVS *ibidem pag.* 448.), quod orationes diſpoſitae ſunt ſecundum Alphabeti *Syriaci* litteras, Pſalmorum Abecedariorum more. Eſt & alius MICHAEL junior, cujus Anaphoram memorat SCHVLTINGIVS.

24. CYRIACI *Iacobitarum* Patriarchae. Ejus Liturgiam memorat SCHVLTINGIVS (*l. c. n.* 26.) ex fide IGNATII Patriarchae in haec verba: CYRIACI *Patriarchae Antiocheni Liturgia Chaldaice compoſita an. a Nativitate Domini* 58. Mendum irrepſit, nam in eo Anaphorarum Catalogo plurima occurrunt hujuſmodi ſphalmata. Hujus Liturgiam memorat *Dionyſius* BARSALIBI in *expoſitione Liturgiae Syrorum Cod. MSS. Echellenſi* 36. *cap.* 12.

25. IOHANNIS *Darenſis*, anaphora ſcilicet *Chaldaice* ſcripta.

26. IOHANNIS, qui & *Ananias* XENAIAS dictus eſt. Et hujus anaphoram SCHVLTINGIVS indicat, cujus initium: *Deus Pater, & Dominus univerſorum*.

27. THEODORI, ſeu *Johannis Bar-vehebuns*. Incipit ejus anaphora ab his verbis: *Domine Deus fortis, & incomprehenſibilis*, eademque eſt, quae ſub IOHANNIS *Magni Iacobitarum* Patriarchae a RENAVDOTIO (*Tom. II. pag.* 409.) edita fuit.

28. IOHANNIS MARDAE Epiſcopi. Ejus Liturgia IOHANNI *Chryſoſtomo* in antiquis exemplaribus falſo adſcribitur.

29. IOHANNIS *Bar-Maadani*, cujus anaphoram RENAVDOTIVS *latine* vulgavit.

30. GREGORII *Bar-Hebraei Abulpharagii*. Hic Anaphoram ſcripſit a RENAVDOTIO editam (*Tom. I. pag.* 456.). Idem Liturgiam S IACOBI Apoſtoli recenſuit, & in compendium redegit, quam & dictus RENAVDOTIVS publicavit (*Tom. citat. pag.* 126.).

31. SIMEONIS *Betharſamenſis*. Hunc Liturgiam ſcripſiſſe teſtatur pluries memoratus *Stephanus* EDENENSIS in *expoſitione Miſſae Syrorum* (*cap.* 7. *de Haereticorum Anaphoris num.* 12.) apud ASSEMANVM (*T.* 1. *Bibl. Orient. pag.* 345.) his verbis: SIMON *Perſa edidit Anaphoram, cujus*

initium,

initium, *Deus vita omnium*, *& Lux*: exſtat ſub nomine PHILOXENI *Mabugenſis in Codice Echellenſi* 5. *pag.* 56. & in Codice *Colbertino* 3932. teſte RENAVDOTIO (*Tom.* 2. *Liturg. Orient. pag.* 301.) qui eam *latine* edidit. Ejuſdem exordii alteram Liturg. *Ioſephi* XENAIAE *Iacobitae* adſcribit idem EDENENSIS (*ibi num.* 18.), ſed an cum iſta SIMEONIS in reliquis conveniat, nec ne, haud exprimit; quare ſuſpicandum profecto videtur ex Amanuenſis incuria, vel immoderato in *Iacobiticae* Sectae Doctores affectu unam eamdemque Liturgiam ſub plurium Auctorum nomine venditari, id enim familiare *Orientalibus* eſſe recte obſervat RENAVDOTIVS (*ibid. pag.* 400.). Quare laudatam Anaphoram SIMEONI potius tribuendam, quam PHILOXENO cenſet ASSEMANVS; PHILOXENVS enim aliam habet Liturgiam apud eumdem RENAVDOTIVM (*pag.* 310.) cujus initium: *Domine Deus potens*: ſed & EDENENSIS, qui Liturgicos Codices Gentis ſuae accurate verſavit, unam tantum PHILOXENI Anaphoram agnoſcit, alteram SIMEONI praefato conſtanter adjudicat.

32. IOHANNIS *Lephedienſis*. Auctor eſt Anaphorae, cujus initium: *Deus Sanctiſſime*: exſtat in manuſcriptis Miſſalibus Coenobii Patriarchalis *S. Mariae in Canobin*; ita ASSEMANVS (*T.* 1. *Bibl. Orient. cap.* 45. *pag.* 522.)

Alias praeterea *Syrorum & Iacobitarum* Liturgias indicat idem ASSEMANVS (*Tom. III. ejuſdem Bibl. pag.* 637.) in Codicibus *Syriacis Vaticanis* exaratas. Hujuſmodi ſunt Cod. VII. Anaphora IGNATII Patriarchae ſcripta a. MCCCIV.; BASILII *Maphriani* compoſita a. MCCCCIV.; aliaeque minoris momenti.

IV. Praetereundi tamen non ſunt *Iacobitae Aegyptii*, quos a *Copticae* linguae uſu COPHTITAS, & COPTITAS dicunt. Ex duodecim, quas & reliqui *Iacobitae* habent, Liturgiis tres tantum in ſuum uſum maxime receperunt, S. GREGORII ſcilicet, quam Domini, aliiſque ſolemnioribus feſtis recitant, & S. CYRILLI, quam per quadrageſimam, jejunium Natalis Domini, & in commemoratione defunctorum adhibent, & S. BASILII, quam ceteris anni diebus uſurpant. Codicem harum trium Liturgiarum ſermone *Aegyptiaco* vetere, & *Arabico* conſcriptum, quum *Ioſephus* SCALIGER nactus eſſet, *Auguſtam Vindelicorum* ad M. VELSERVM miſerat (2); hic *Romam* ad *Maronitarum* Collegium. Degebat *Romae Victorius* SCIALAGH *Accurenſis*: hic ergo Liturgias illas *latinas* fecit. Quum autem in eadem urbe apud *Gabrielem* NEGIS Abbatem *Aegyptium* in Comitatu *Parſumi* Archidiaconum, & Patriarchae *Alexandrini* ad Apoſtolicam Sedem legatum integrior alius ejuſmodi Codex repertus fuiſſet, hoc SCIALACHIVS uſus eſt ad lacunas *Scaligerani* Codicis explendas, varianteſque lectiones ad oram adſcribendas. Liber prodiit *Auguſtae Vindelicorum* 4. MDCIV. (3) Eaſdem Liturgias

Iacobitarum Aegyptiorum

Tomus I. P *Grae-*

(2) Confer M. VELSERII epiſtolas ad SCALIGERVM 18. 30. & 35. SCALIGERI quoque 159. 170. 171.

(3) ITTIGIVS editionem *Auguſtanam* a. MDCXIV. indicat *in Tract. de Biblioth. PP.* (pag. 770.); ſed vereor, ne haec editio uni typographi vitio debeatur. Mea certe, quae nitidiſſima eſt, anno notatur MDCIV.

Graece & fortaſſis *Arabice* ſe vulgaturum recepit clariſs. LOVVARDVS. Ceterum *Copticarum* Liturgiarum fragmenta aliquot dedit in ſuo *Prodromo Copto Athanaſius* KIRCHERIVS, quemadmodum & *Riccardus* SIMON (*in Apolog. Gabr.* SEVERI *pag.* 155.) ubi & (*pag.* 290.) Codicem Liturgicum *Coptico-Arabicum*, quo & *ipſe* uſus eſt, in Bibliotheca clar. viri *Claudii* HARDY *Pariſiis* exſtantem laudat. Porro ASSEMANVS (*Cod. Liturg.* Tom VI. ſeu in Miſſali *Alexandrino*) S. BASILII Liturgiam *Coptice & Latine*, GREGORII vero *Nazianzeni latine* tantum ex Miſſali *Coptitarum* reddidit. Atque heic cum eodem ASSEMANO *Praefat.* in appellatum Miſſale Alexandr. (*pag. XVI.*) notari velim, 1. quod *Copticae* Liturgiae ex *Graecis* ſint expreſſae, & ab antiquis temporibus in *Copticam* linguam converſae, quo ii *Aegyptii*, qui *Graecam* linguam neſciebant, *Coptice* ſacra facerent. 2. Adjunctam eſſe e regione *Arabicam* verſionem, ex quo *Arabica* vulgaris in *Aegypto* eſſe coepit, & *Coptica* a vulgo intelligi amplius non potuit, idque eo conſilio factum eſt, non ut lingua *Arabica* miſſam celebrarent Sacerdotes, ſed ut intelligerent, quae in Miſſa *Coptica* lingua dicunt, ſolent enim Sacerdotes hujus linguae eſſe ignari.

Neſtorianorum

V. Ad *Neſtorianos* me converto. Tribus illi utuntur Liturgiis, Liturgia nempe THEODORI *Mopſveſteni* ab Adventu ad Paſcha, Liturgia XII. *Apoſtolorum* a Paſchate uſque ad Adventum, & quinquies per annum Liturgia NESTORII, nempe feria quarta Rogationum, die ultima jejunii Ninive, quod in Hebdomade prima ex tribus Quadrageſimam praecedentibus per triduum celebratur, feria quincta hebdomadis magnae, & in Feſtis *Epiphaniae*, *Iohannis Baptiſtae*, & NESTORII, quem ſanctum falſo vocant. Praeter haſce tres Liturgias aliae quoque apud *Neſtorianos* exſtant, quarum tamen uſus in eorum Eccleſiis vel rarus, vel nullus eſt. Nam ſupra DIODORI, itemque NARSETIS, & BARSVMAE Liturgias memoravimus; horum autem ille DIODORVS *Tarſenſis* eſt NESTORII Magiſter, ut poſt ECHELLENSEM docuit *Ioſeph* SIMON. ASSEMANVS (*Biblioth. Orient. Tom. III. part.* 1. *pag.* 29.); ceteri duo ejuſdem Sectae fuerunt. Miſſale quoddam MS. *Neſtorianae* Liturgiae expendit Riccardus SIMON (*Epiſtol. ſelect. Amſtel. edit.* 1730. *Tom. III. epiſt. I. ad* Abbatem *Berrand*). *Neſtorianorum*, quorum errores cooptaverant, Liturgia utebantur Chriſtiani antiqui Epiſcopatus *Angamallenſis* in Montanis *Malabarici* Regni apud *Indos Orientales*. Ea tamen ab impiae ſectae blaſphemiis expurgata ab *Alexio* MENESIO Ord. *S. Auguſtini* Archiepiſcopo *Goano Indiarum* Primate in Synodo dioeceſana *Angamallae* ann. 1599. ex *Syriaco in latinum* converſa, & exſcripta ex *Itinerario Luſitanico* ejuſdem MENESII *Conimbricae* edito relata eſt primo in *Biblioth. PP. Pariſien. Tom.* 6. (*pag.* 131.); deinde in aliam noviſſimam *Lugdun. Tom.* 27. circa finem (*pag.* 626.); ſeorſum quoque curante I. B. *de* GLEN prodiit Antuerpiae MDCIX. 8., qui liber inventu difficillimus eſt.

Aethiopum

VI. „ *Copticae* ſimilem Miſſam, inquit Eminentiſs. BONA (*lib.* 1.
„ *cap. IX.* § 6.) habent *Aethiopes*, ſive *Abaſſini*; utraque enim Eccleſia
„ *Aegyptia*, & *Aethiopica* a Patriarcha *Alexandrino* ritus *Coptici* olim ad-
„ miniſtrata, & iiſdem fere caeremoniis imbuta fuit. Officia divina lin-

„ gua

Digitized by Google

„ gua *Aethiopica* celebrant, quae tamen a populari *Arabica* diverſa eſt.
„ In Lexico *Aethiopico Iobi* LVDOLFI edito *Londini* (4) poſt epiſto-
„ lam praeliminarem *Iohan. Michaelis* WANSLEBII exſtat Indiculus li-
„ brorum MSS. *Aethiopicorum*, quorum primus eſt *liber Liturgiarum*, in
„ quo ſunt decem Liturgiae ſic inſcriptae. 1. Sancti *Iohannis Evangeli-*
„ *ſtae*. 2. *Trecentorum decem & octo Patrum Orthodoxorum*. 3. Sancti *Epi-*
„ *phanii Orthodoxi*. 4. Sancti *Iacobi Syracenſis*. 5. Sancti *Iohannis* CHRY-
„ SOSTOMI. 6. Cujuſdam innominati (5). 7. Sanctorum *Apoſtolorum*.
„ 8. Sancti *Cyriaci*. 9. Sancti *Gregorii*. 10. Sancti *Dioſcori* Patriarchae
„ *Alexandrini*, impii ſcilicet illius, qui in Concilio *Chalcedonenſi* damna-
„ tus fuit, quem *Aethiopes* illius erroribus imbuti ut ſanctum colunt.
„ Edita eſt ejuſdem *Dioſcori* Liturgia in fine hujus Codicis lingua *Ae-*
„ *thiopica* cum *latina* interpretatione praedicti WANSLEBII „. Sed non eſt integra, nam multae orationes primis dumtaxat verbis initialibus indicantur, integrae vero reperiuntur in Liturgia *Aethiopica* edita *Romae* ſimul cum novo Teſtamento. Eamdem iterum vulgavit *latine* ex WANSLEBIO le BRUN (*Tom. II. diſs. II. art. II.*). Exſtat quoque DIOSCORI *Anaphora*, quam primum RENAVDOTIVS, deinde ex Codice IV. *Vaticano Nitrienſi* ASSEMANVS protulit (*Miſs. Alex. p. I. pag.* 199.). Eſt etiam alterius DIOSCORI *Gordiaeorum* Epiſcopi Liturgia, quam idem RENAVDOTIVS exhibet (T. II. pag. 492.). Praeterea apud *Aethiopes* celebris eſt S. MATTHAEI Liturgia, quam tamen S. Apoſtolo ſuppoſitam nemo non videt. Ceterum Miſſa, qua *Aethiopes* communiter utuntur, quae etiam *Canon Univerſalis* appellatur, ex *latina* verſione *Romae* edita a. MDLVIII. tranſiit in Bibliothecas Patrum Pariſienſes a MDLXXV. & MDCXXIV. *Colonienſem & Lugdunenſem* (*T. XXVII. pag.* 626.). Miſſam quoque *Aethiopum* Chriſtianorum in *Africa latine* edidit *Georgius* WICELIVS in ſuis *Exercitamentis verae pietatis* Moguntiae MDLV. Demum Miſſale Copticum in typographio *de Propaganda Fide* impreſſum fuit MDCCXLVI· 4. cura *Raphaelis* TVRI Epiſcopi *Arſenovenſis*.

VIII. Habent etiam *Armeni* ſpecialem Liturgiam proprio idiomate, quae ab erroribus ipſorum expurgata *Romae* excuſa eſt *Armenice & latine* typis S. Congregationis *de Propaganda Fide* primum a. MDCXLII. praenotata *Ordo Miſſae*; deinde anno MDCLXXII. *latine* tantum, ſicque inſcribitur: *Codex Myſterii Miſſae Armenorum, ſeu Liturgia Armena*. Haec *Armenorum* Liturgia *Graecanicum* ritum in pleriſque imitatur: adeo ut verba quaedam *graeca* in ea permanſerint: exſtat ejus ſynopſis apud CASSANDRUM in *Liturgicis* (*cap. XII.*). Aliam etiam vidit MS. Emin. BONA a quodam Sacerdote *Armeno in latinum* tranſlatam, quae paucis exceptis ab impreſſa *Romae* non differt, & illi porſus convenit, quae a CASSANDRO deſcripta eſt. *Armenorum* Liturgia *Conſtantinopoli* quoque impreſſa fuit anno *Armenicae* Aerae 1155. Chriſti 1706. Ceterum de *Armena* Liturgia aliquid notatu dignum invenies in ſelectis SIMONII Epiſtolis (*T. IV. ep.* 24. *pag.* 162.) Armenorum

P 2 IX. Ha-

(4) a. 1666.

(5) Haac SALA exiſtimat eamdem eſſe, quam alii Liturgiam D. N. J. C. appellant, non quod a Chriſto Domino conſcripta fuerit, ſed quod, ut CAVEVS adnotavit, in feſtis Domini recitaretur.

Maronitarum

IX. Hactenus recenſitis nationibus pauciores numero, ſed fide, ac religione praeſtantiores ſunt *Maronitae Libani* montis juga, & vicinas planities incolentes. *Arabice* loquuntur; ſed ſacras functiones peragunt lingua *Chaldaica*, ſive *Syriaca*. Enimvero Miſſale *Chaldaicum* juxta ritum Eccleſiae Nationis *Maronitarum Romae* editum eſt MDXCIV.; quae editio in *Telleriana* Bibliotheca indicatur; deinde recuſum a. MDCCXVI.; tandem recognitum, impreſſumque typis de Propaganda fide MDCCLXVII. fol. In hoc Miſſali inter alia exſtat Liturgia, quam *Apoſtolorum* appellant. Hujus latina verſio nondum vulgata cum omnium tum Epiſtolarum, tum Evangeliorum; quae a *Chaldaeis* totius anni Dominicis, aliiſque feſtis diebus ſacra inter Myſteria leguntur, Capitulari, ſive indiculo fruſtra apud RENAVDOTIVM, le BRVNIVM, ceteroſque rerum Liturgicarum tractatores hactenus quaeſivi, e typographio S. C. de Propaganda fide brevi prodibit. Inſigne hocce Liturgicum Cimelium praeclariſſimo Praeſuli *Stephano* BORGIAE a ſecretis ejuſdem S. C. debebimus veluti appendicem eruditiſſimae, quam ipſe conſcripſit, *de* Chaldaeorum *dioeceſi* diſſertationis. Tandem ut de rebus MARONITARVM Liturgicis dicendi finem faciam, memorandus eſt *liber Miniſtri Miſſae* juxta ritum Eccleſiae Nationis *Maronitarum*, ibidem a. MDXCVI. apud *Jacobum Lunam*. 4.

X. Liturgiarum *Orientalium*, quas hactenus percenſuimus, inſignis collectio prodiit *Pariſiis* MDCCXVI. duobus tomis 4. Auctore, quem ſaepius nominavimus, *Euſebio* RENAVDOTIO (6). Priori tomo praemiſſae ſunt tres diſſertationes, *de Liturgiarum* Orientalium *origine & auctoritate*, de Liturgiis *Alexandrinis*, de lingua *Coptica*: ſequuntur Liturgiae ipſae, videlicet tres *Coptitarum*, BASILII, GREGORII *Theologi*, & CYRILLI *Alexandrini*, *latine*, ac cum rubricis ritualibus: eaedem Liturgiae *graece*, commentarius in Liturgiam *copticam* BASILII, quo ritus, & omnia ad diſciplinam Euchariſticam pertinentia explicantur, notae breviores in reliquas Liturgias; Diſſertatio *de Patriarcha* ALEXANDRINO, cum officio ordinationis ejuſdem; tandem Liturgiae generalis *Aethiopum* nova verſio cum *obſervationibus* neceſſariis. Poſteriori tomo continentur *Iacobitarum Syrorum* Liturgiae, ac *Neſtorianorum* liturgiae tres, *latine* converſae, cum commentario notiſque (7), ac duabus diſſertationibus, altera de *Syriacis* Melchitarum, & Iacobitarum *Liturgiis*, altera (*pag.* 566.), de Neſtorianorum *Liturgiis*.

AR-

(6) Vide de praeclaro hoc opere praeter diarium *Pariſienſe*, quod *Journal des Savans* inſcribitur, eodem anno menſe *octobr.* (*p.* 450.) & *Nov.* (*p.* 490.), ac *Trivultianos* MDCCXVII. (*Februar. p.* 215 *& Apr. p.* 559.), BVDDEVM *in Iſagoge ad Theol. univ. Lib. II. cap. V. pag.* 856.

(7) RENAVDOTIVS non pauca reprehendit, quae in LUDOLFI *hiſtoria Aethiopica* habentur. Hujus autem ſuſcepta eſt defenſio in litterariis illis Ephemeridibus, quae *Journal litteraire* praenotabantur (*T.* IX. *p.* 227.). At pro RENAVDOTIO *Pariſiis* MDCCXVII. liber exiit, cui titulus: *defenſe de l'hiſtoire des Patriarches* d'Alexandrie, *& de la collection des Liturgies Orientales contre un écrit intitulé*: Defenſe de la memoire de M. LVDOLF. Confer *Trivultianos* ad ann. MDCCXXVIII. (*M. Octobr. p.* 369.)

ARTICVLVS IV.

Latinorum Liturgici Libri

§. I.

Antiquiores bujuſmodi Libri.

Plures olim ad Miſſam in R. E. adhibiti libri

I. NOn uno olim libro *Romana* Eccleſia quidquid ad Miſſae Sacrificium peragendum adtinet, comprehenſum habuit; plerumque quatuor utebatur, *Antiphonario*, *Lectionario*, *Evangeliorum* libro, & libro *Sacramentorum*. Additum aliquando fuit *Orationale*, ac ſeparatim *Diptychorum* libellus. *Troparii* quoque, & *Sequentiales* libri poſtea acceſſerunt. De his ſingulatim agendum.

1. Antiphonarium.

II. ANTIPHONARIVM, ut ab hoc ordiamur, ANTIPHONALE, ANTIPHONARIVS & ANTIPHONARIVS liber Antiphonas ad introitum, ut plurimum ex Pſalmis *Davidicis* excerptas, verſiculos duos ex iiſdem Pſalmis; deinde Graduale, Tractus, Offertorium, & verſiculos poſt communionem complectebatur. Heinc *Antiphonarii* nomen, quod huic libro tributum legimus a *Iohanne diacono in vita* S. GREG. M., ALCVINO, AMALARIO, ceteriſque Scriptoribus Liturgicis. „ Qua „ in re, *inquit*, THOMASIVS *in Praef. ad Reſpons. & Antiphon. Romanae Eccleſiae* (*p. XXXIX. T. IV. oper.*), pro indubio haberi debet, „ aliquam olim fuiſſe ante Sancti GREGORII tempora Antiphonarum, „ & Reſponſionum collectionem, quae uſui eſſet Eccleſiae Cantoribus: „ ut enim antiquior eſt S. GREGORIO Antiphonarum, & Reſponſoriorum uſus in Eccleſia *Romana*, ita par eſt credere, ante illum libros extitiſſe *Reſponſoriales & Antiphonarios*. Idem porro Sanctus Pontifex ſicut vetuſtum Codicem Sacramentorum (quem *Gelaſianum* poſtea „ appellaverunt), in unum librum abbreviavit ad uſum praecipue publicarum ſtationum Eccleſiae *Romanae*, qui *Sacramentarium Gregorianum* paſſim eſt vocatus, ita & libros Antiphonarios, & Reſponſoriales recenſuit, ac ordine meliore diſpoſuit „. Atque heinc IOHANNES Diaconus in *vita* S. GREGORII M. *Antiphonarii* Auctorem fuiſſe Sanctum huncce Pontificem perhibet. IOHANNEM quidem, ut qui recentis poſt Magnum GREGORIVM annis floruerit, *teſtem non ſatis idoneum* appellat in libro *de rebus* Franciae *Orientalis Iohan. Georgius* ECKARTVS; ſed a clariſs. viris *Dominico* GEORGIO (*in diſs. II. de lib. Liturg. Tom. II. de Liturg. Rom. Pont. pag.* CLXXXV.), & *Antonio Franciſco* VEZZOSIO (*Praef. in tom. IV. oper. Thomas. pag. XXVII. ſeqq.*), ab Eckarti cenſura IOHANNEM ſtrenue vindicatum habemus. Quum multi ſaltem apud *Lugdunenſem* Eccleſiam in *Antiphonarium* naevi irrepſiſſent, illud AGOBARDVS emendandum ſuſcepit. Quid vero praeſtiterit, docet ipſe (*de correct. Antiphon. cap.* 3.), his verbis. „ Sicut „ ad celebranda Miſſarum ſolemnia habet Eccleſia librum myſteriorum „ ſide puriſſima, & concinna brevitate digeſtum, habet & librum le„ ctionum ex divinis libris congrua ratione collectum, ita etiam & hunc

„ ter-

Digitized by Google

„ tertium *officialem* librum , ideſt *Antiphonarium* habeamus omnibus hu-
„ manis figmentis, & mendaciis expurgatum, & per totum anni circu-
„ lum ex puriſſimis Sanctae Scripturae verbis ſufficientiſſime ordinatum ;
„ quatenus in ſacris officiis peragendis , juxta probatiſſimam fidei regu-
„ lam , & paternae auctoritatis venerabilem diſciplinam , una a nobis at-
„ que eadem cuſtodiatur forma orationum , forma lectionum , & forma
„ Eccleſiaſticarum modulationum „ . Ceterum AMALARIVS in *Prologo* ad ſuum *de ordine Antiphonarii* librum narrat, in unicum volumen ſimul junctis atque ordine diſtributis & Reſponſoriis, & Antiphonis ,*Reſponſorialis & Antiphonarii* nomen deinde libro factum fuiſſe , aut unico etiam vocabulo *Antiphonarium* hunc dictum , ut in *Romanis* Ordinibus, ac praeſertim BENEDICTI Canonici Ordine videre eſt . Monet (*cit. loc. pag. XVI.*) VEZZOSIVS, *Antiphonarium* in duas quoque partes diſtinctum in antiquis membranis inveniri , quarum prima complectitur anni circulum a prima Adventus Dominica deductum uſque ad initium officii Paraſceves in Paſſione Domini , ſive Feria IV. Majoris Hebdomadae , vel ut in aliis Codicibus MSS. , uſque ad abſolutum Sabbati Sancti curſum ; altera vero ab eo loco , ubi prior deſiit , eumdem anni circulum uſque ad Adventum proſequitur . Duplex praeterea hujuſmodi *Antiphonariorum* genus erat ; alia enim nocturnis , alia diurnis peragendis officiis inſerviebant . Inter libros , quos a. MXLVIII. BONVS Abbas Monaſterio *Piſano* comparaverat , apud MVRAT . (*T. IV. Ant. Ital. col.* 789.) , reperias *Antiphonarios octo , quinque diurnales , tres nocturnales* . *Antiphonarium de die* , itemque *Antiphonarium de nocte* occurrit in variis indiculis rerum ad *Terviſinam* Eccleſiam ſpectantium editis in quibuſdam Litterariis Ephemeridibus inſcriptis : *Memorie per ſervire &c.* apud Typographum *Venetum Valvaſenſem* (*T. VIII. p.* 27.) . *Antiphonaria de die* indicantur quoque apud MVRATORIVM (*T. eodem IV. Ant. Italic.* col. 770.) , *in catalogo omnium , quae* THEOBALDVS *Abbas fecerat , aut comparaverat ad reparationem & ornamentum Monaſterii* S. Liberatoris *in Comitatu* Theatino *a MXIX.* Antiphonaria ornare , eaque pro Miniſterio Altaris offerre mos erat . S. ANSEGISVS *Fontanellenſis* Abbas a. DCCCXXX. Coenobio ſuo Antiphonarium donavit *in membrano purpureo , argenteis ſcriptum litteris , ornatumque tabulis eburneis* , ut in ejus actis legimus (*Saec. IV Benedictin. P. I. p.* 634.) . Plura exempla hanc in rem videſis apud GEORGIVM (*pag.* CXCII.) , qui & de MSS. *Antiphonarii* Codicibus diſſerit (*pag.* CXCIII.) , quamquam de his plura dabit VEZZOSIVS (*pag.* XXXII *ſeqq.*) . Inter hujuſmodi MSS. libros memorandus tamen mihi eſt *Modoetientis* Codex , purpureis in membranis , & quadratis litteris aureis , argenteiſque exaratus , quem S. GREGORIVS M. Reginae *Langobardorum* THEODOLINDAE dono miſit . De hoc Codice multa , eaque ſelecta adnotavit CL. GORIVS (T. II. Theſ. *Diptychor. p.* 204. *ſeqq.*) , ubi eburneas , quibus ille tegitur tabulas , alteram GREGORII ipſius , alteram DAVIDIS Regis imaginibus ornatas exhibet . Addit huic Codici poſt VEZZOSIVM idem GORIVS codicem olim Reginae *Suecorum* , nunc *Vaticanum* 1709. , Antiphonarium Bibliothecae *Helmſtadienſis* juſſu *Sigeberti* Epiſcopi *Mindenſis* elegantiſſime exaratum ; itemque alterum Saeculi X. aut XI. membranaceum , quod exſtat in Bibliotheca Monaſterii S. GALLI apud *Helvetos* , notis muſicis antiquis diſtinctum .

III. Non

quod etiam Cantatorium dicitur

III. Non tamen ſolo *Antiphonarii*, aut *Antiphonalis* nomine hic liber deſignabatur. Audiatur AMALARIVS in prologo *de ordine Antiphonar. Notandum eſt*, inquit, *volumen, quod nos vocamus* Antiphonarium, *tria habere nomina apud* Romanos: *quod dicimus* Gradale, *illi vocant* Cantatorium. Heinc de Subdiacono Ordo *Romanus* 1. (*num.* 26.), *poſtquam Cantor cum Cantatorio adſcendit, & dicit reſponſum*. Quod autem *Cantatorium* heic dicitur, *Tabularum* quoque nomine idem AMALARIVS expreſſit (*lib. III. cap.* 16.). *Cantor ſine aliqua neceſſitate legendi, tenet tabulas in manibus*. Porro quemadmodum *Cantatorii* nomen a cantu, ita *Tabularum* vocabulum a tegumento libri *Gradalis*, quod ex aſſe fieri conſueviſſe AMALARIVS eo loco tradit, derivatum fuiſſe nullus dubito. Adi THOMASII diſquiſitionem *antiquiorum rituum cantuum Miſſae* (*Tom. V. Oper. p. XXIII.*). Porro GRADALE, GRADALIS, & GRADVALIS a gradibus, ubi canebatur, dictus eſt. Igitur *Gradale* omnia, quae in Miſſa antiphono cantu canebantur, complectebatur. Ejuſmodi *gradale*, quod etiam latiore quodam ſenſu *Antiphonarium* dicitur, HADRIANVS Papa ad CAROLVM M. miſit in tres partes diſtinctum, quarum prima *Graduale* pro Miſſarum ſolemniis, ſecunda *Reſponſoriale*, ideſt Reſponſoria, tertia *Antiphonarium*, Antiphonas ſcilicet pro nocturnis, diurniſque continebat officiis. Heinc librum quoque *officialem* appellatum nuper ex AGOBARDO audivimus. Immo in Codice MS. Monaſterii *S. Galli* apud THOMASIVM (*T. IV. pag.* 342.), legitur: *incipit officialis liber*, quo loco *Antiphonarium* inſcribendum fuerat. *Capitulare* tandem pro *Antiphonario* ſumi ex quodam *Ordine Romano Thomaſiano* VEZZOSIVS arguit (*pag.* 321. *Tom. IV. oper. Thomas.*).

& gradale

uti & officialis

quandoque etiam Capitulare

Ejus editiones

IV. Ad hujus libri editiones quod ſpectat, *Iacobus* PAMELIVS *Brugenſis* Canonicus tomo II. ſuorum *Liturgicon* omnium primus *Antiphonarium* vulgavit, quod deinde in *Gregorianorum* operum editionem cum *Romanam*, tum *Pariſinam Petri* GVSSANVILLAEI inlatum, immo & in nuperrima eorumdem operum editione a *Maurinis* Patribus adornata recuſum eſt, adſcriptis *variantibus*, quas vocant, *Lectionibus*. Quatuordecim, antequam Benedictini, quos indicavi ex *S. Mauri* Congregatione doctiſſimi Patres *S. Gregorii* M. opera ederent, annis, anno ſcilicet MDCXCI. Clariſſimus THOMASIVS Antiphonarium magna diligentia ad MSS. Codices recenſum, notiſque illuſtratum e *Romanis* praelis emiſerat. Exemplum aliud *Antiphonarii* an MDCCXLIV. ex MS. Codice Card. GENTILIS protulit *Dominicus* GEORGIVS (Tom. III. *Liturgiae Rom. Pont.*). Demum cl. VEZZOSIVS *Thomaſiana* opera ſecundis curis quum ederet, *Tom.* IV. illud exhibuit, ſed ad alios MSS. libros exactum, ac pereruditis adnotationibus illuſtratum.

Troponarii &c. libri

V. Antiphonis poſterior aetas tropos addidit ſaeculo circiter XI. ut cum Card. BONA (lib. II. cap. III §. 3.) cenſet *Dominicus* GEORGIVS (de *Tropis* diſs. III.). Erant autem verſiculus, qui in praecipuis feſtis diebus immediate ante Introitum canebatur, veluti quoddam ejuſdem praeludium, vel etiam illi intermiſcebatur, altera Chori parte introitum, altera tropum concinente. Monachis eos debemus, ab his enim ad alias Eccleſias derivati ſunt. *Troporum* auctorem NOTKERVM BALBVLVM fuiſſe adfirmat in ejus *vita* EKKEHARDVS *junior* ineuntis

XIII.

XIII. Saeculi Scriptor ; ſed quum eum MABILLONIVS (*Annal. Benedict. lib. XIX. §. 69.*), *fabuloſum* appellet, nec alia NOTKERI anno DCCCCXII. demortui ſcripta commemoret praeter *Martyrologium* , *Sequentias*, & librum *hymnorum* , multa quoque in EKKHEARDO non iniuria carpat laudatus GEORGIVS (diſs. IV. *de Proſis* p. CCX.), nullus dubito, quin id falſum haberi debeat . Adeo autem *Troporum* uſus increbuit, ut libri conficerentur *Troponarii* , *Troparii* , ac *Troperii* dicti , quorum praeter DVRANDVM (*lib. VI. cap.* 1. *n.* 3.), & BELETHVM (*cap. LIX.*), meminit deſcriptio theſauri S PAVLLI *Londinenſis* a. MCCXCVI. confecta (*Monaſt. Anglic. T. III. pag.* 321. *& ſeq.*). Vide etiam CANGIVM (V. *Troponarius*), ubi aliquot ejuſmodi libros & ipſe indicat . Aliquot *tropos* ex Codice S. BAVONIS PAMELIVS (*Liturgicon T. II.*), pauca de eorum origine praefatus edidit ; aliquot Cardinalis BONA (*l.* 2.) ; aliquot laudatus GEORGIVS (*cit. diſſert. n.* 3. *ſeq.*). *Henricus* CANISIVS (Tom. V. *antiq. lection. pag.* 758. *vet. edit.*), aliquot *Tropos* metricos a *Iodoco* METZLERO ex antiquis Codicibus Monaſterii S. GALLI collectos vulgavit . Sed vereor, ut *Tropi* appellari debeant ; nam neque conſtat eos ante Miſſam dictos fuiſſe, & Rhythmi potius videntur, ac laudes , quae magna ſane licentia ad *Kyrie Eleiſon* , ad *Gloria* in *Excelſis* , ad *Sanctus* , & ad *Agnus Dei* , ut idem BONA monuit (*lib. II. cap.* 4. *& cap.* 10.), in nonnullis feſtis diebus intermiſceri coepere . Si *tropos* vocare velis, per me licet ; ſed latiore quadam ſignificatione , quae cantiunculam denotet . *Tropi* enim revera ante introitum , vel illi interpoſiti, quemadmodum initio dixi , canebantur. Sublati autem fuere hi omnes ſive *Tropi*, ſive Rhythmi e Miſſali *Romano* juſſu S. PII V.

Sequentiales libri

VI. Huc etiam ſpectant *Sequentiales* libri (*Sequentionarios* vocant acta *Marenſia*), ita appellati , quod *Sequentias* complecterentur ; hae autem ſic dictae ſunt , quia Epiſtolam ſequebantur , ut poſt GRANCOLASIVM monet SALA (*ad* BONAE *cap. IV. lib. II.*). *Proſae* etiam paſſim nominari conſueverunt , licet proſas alicubi a *Sequentiis* diſtinctas fuiſſe GEORGIVS (*diſſ. IV. de Proſis & ſequentiis num.* 2.), ex vetuſto Card. GENTILIS antiphonario egregie comprobet . Primus *Sequentiarum* auctor NOTKERVS a pleriſque creditur ; at poſt eum dictu incredibile eſt, quot in ejuſmodi pangendis cantiunculis laborarint . Eos *Antonius Mouchiacenus* DEMOCHARES (*lib. IV. cap. XI. de obſervanda Miſſar. celebrat. pag.* 54. *edit. Paris.* a. 1562.), edita tabella , ubi etiam Sequentiarum initia protulit , enumeravit . GEORGIVS illam ſibi exſcribendam cenſuit ; eamdem & nos heic recudemus .

Aliquot Proſarum Auctores .

Sancti Spiritus. In die Pentecoſtes. *Rex omnipotens*. In Adſcenſione .	ROBERTVS *Rex* Franciae *an.* MXXX.
Veni Sancte Spiritus . In die Pentecoſtes. *Ave Maria* . Per octavas Adſumptionis .	HERMANNVS CONTRACTVS an. MLXVI.
Mittit ad Virginem . De Beata Virgine .	*Petrus* ABELARDVS an. MCXXX.
Laetabundus . In Nativitate .	S. BERNARDVS an. MCXL.

Lae-

Lauda Sion. In Feſto Corporis Chriſti. } S. THOMAS MCCLXX.

Praecurſoris. In nat. S. IOHANNIS BAPTISTAE.
Patrem natum.
Cujus laus. } HENRICVS de S. VICTORE.

Qui in Sanctis. de S. HILARIO.
Laetabundi jubil. de Martyribus.
Laudes ejus. De Virgine. } VVALBERTVS *Epiſcopus Pictavienſis anno* DCC.

Heri mundus exultavit. De S. STEPHANO.
Gratulemur. De S. IOH. Evangeliſta.
Splendor patris. Dom. intra oct. Nativitatis.
Virginis Mariae. De Beata Virgine.
Mundi renovatio. De Reſurrectione Domini.
Zima vetus. De reſurrectione.
Lux illuxit. In feſtis Paſchae.
Ecce dies cele. In feſtis Paſchae.
Lux Iucunda. De Spiritu Sancto.
Simplex eſſentia. De Sancto Spiritu.
Qui procedis. De Sancto Spiritu.
Hieruſalem &. In Dedicatione.
Quam dilecta. In Dedicatione.
Exultemus. De S. ANDREA.
Congaudentes. De S. NICOLAO.
GENOVEFAE. De S. GENOVEFA.
Animetur ad ago. De S. AGNETE.
Ecce dies praecop. De S: VINCENTIO.
Corde, voce pulſa. In converſione S. PAVLLI.
Lux advenit. In Purificatione.
Laudes Crucis. In Invent. S. Crucis.
Ad honorem tuum. De S. IOH. BAPTISTA.
Gaude Roma. De S. PETRO.
Roma Petro. De SS. PETRO & PAVLLO.
Salve mater. In Adſumptione.
Laudemus omnes. De S. BARTHOLOMAEO.
Praecurſoris ſummi. In feſto Decollationis.
Salve Crux. In Exaltatione S. Crucis.
Iocundare. De S. MATTHAEO.
Summi Regis. De S. MICHAELE.
Gaude prole. De S. DIONYSIO.
Pſallat chorus. De S. LVCA.
Supernae matris. De Sanctis.
Gaude Sion, quae. De S. MARTINO.
Vox Sonora. De S. CATHARINA. } Adam de S. VICTORE.

Carthuſiani & Ciſtercienſe contra ceterorum Monachorum conſuetudinem numquam *Sequentias* admiſerunt. Miſſale *Carmelitarum*, & Ordinis *Praedicatorum Sequentias* interdicit in Miſſis privatis. Ad *Romanae* Eccleſiae uſum quod adtinet, haec GEORGIVS (*n.* 16.), adnotat. „ In *Romanis*

„ Ordinibus primaevis, iis ſcilicet, qui ritus ſaeculi IX. & X. referunt, „ nullum veſtigium de *Sequentiis* in Miſſa *Romani* Pontificis dicendis comperio. Saeculo XI. in quibuſdam ſacrae Urbis Eccleſiis in uſu certe erant, ut „ Antiphonarium Card. GENTILIS firmiſſimo teſtimonio eſt. Saeculo XII. „ *Sequentiarum*, & *Proſarum* uſum, non tamen in re divina *Romani* Pontificis, aperte agnoſcimus, ſed in Die Natalis Domini, & in die Paſchatis inter prandendum. Iis enim diebus ſolebat *Romanus* Pontifex cum „ Epiſcopis & ceteris ordinibus cibum ſumere, & poſt lectionem homiliarum ad menſam, *Sequentia* a Cantoribus, mandante Pontifice, „ decantabatur „. Saeculo XIII. inclinante *Sequentias* in Miſſis die Pentecoſtes, & per ejus hebdomadam cantari quotidie Ordo *Romanus* eo tempore editus tradit. Deinceps paullatim aliae invectae fuerunt. Quoniam vero pleraeque hujuſmodi *Sequentiae* verbis ignotis, ac barbaris, ineptis quoque, & puerilibus ſententiis ſcatebant, *Colonienſis* Synodus a. 1536. de illis delendis cogitavit. En ejus verba. *Proſas indoctas nuperius Miſſalibus coeco quodam judicio invectas praetermittere per nos liceret: videbimur ergo operae pretium facturi, ſi Miſſalia perinde atque Breviaria pervideri caremus, ut amputatis tantum ſuperfluis, & quae ſuperſtitioſius invecta, videri poſſint, ea tantum, quae dignitati Eccleſiae, & priſcis inſtitutis conſentanea fuerint, relinquantur*. Eadem fuit deinde *Tridentinorum* Patrum ſententia. Quamobrem in emendatione Miſſalis *Romani* juſſu PII V. *Romani* Pontificis editi, *Sequentiae* fere omnes expunctae, & oblitteratae ſunt. „ Non „ ea ergo, inquit GEORGIVS p. CCXXXIV. cauſſa fuit, ut SCHVLTINGIVS tradit, quod *Sequentiae* ab *Italis* non fuerint inventae; „ ſed a *Germanis*, ideoque nullae, vel paucae in nova Miſſalis *Romani* „ poſt *Tridentinum* Concilium editione deprehendantur, ſed quod earum „ uſus a priſcis Eccleſiae inſtitutis abhorreret; quod earum pleraeque „ ineptae, atque pueriles eſſent, & Eccleſiaſticae gravitati minus con- „ ſentaneae „. Ceterum memoriae gratia tres in Miſſali *Romano* retentae ſunt, ſcilicet in die Paſchatis, & Paſchali hebdomade *Victimae Paſchali* (hanc Sequentiam HERRERA, aliique NOTKERO tribuunt); in die Pentecoſtes, ejuſque hebdomada *Veni Sancte Spiritus*, cujus, ut vidimus, auctorem HERMANNVM DEMOCHARES adſerit, alii ROBERTVM *Galliarum* regem, alii INNOCENTIVM III. perhibent; & in feſto Corporis Chriſti, & conſequentibus ſeptem diebus *Lauda Sion Salvatorem*, certiſſimum Angelici Doctoris foetum. Quoniam vero *jubilatio* paſſim ab Auctoribus, & in vulgato Ordine *Romano Sequentia* appellatur, in miſſis defunctorum, a quibus laetitiae cantica abſunt, permiſſa fuit Proſa *dies irae, dies illa*, cujus omnino incertus auctor, aliis *latinus* Cardin. VRSINVS, aliis *Thomas* de CAELANO; aliis S. BONAVENTVRA, vel *Matthaeus* AQVASPARTVS ex ordine *Minorum* Cardinales; aliis *Auguſtinus* BVGELLENSIS, ſeu de BIELLA *Pedemontanus* ordinis *S. Auguſtini*, vel HVMBERTVS quinctus ordinis *Praedicatorum* Generalis, aliis quoque S. BERNARDVS. Adceſſit demum Sequentia *Stabat Mater doloroſa*, quae INNOCENTIO III. a PAGIO *juniore* in ejus vita adſcribitur. De *Sequentiis* praeter citatos PAMELIVM, BONAM, ejuſque nuperum editorem SALAM, ac *Dominicum* GEORGIVM agunt *Cornelius* SCHVLTINGIVS (*Bibl. Eccleſ. T. 1. P. II. cap. 6.*

cap. 6. pag. 158.), GRANCOLAS (*Ancienn. Liturg. pag.* 507.), MERATVS in GAVANTVM (*T.* 1. *edit. Ven. p.* 64. & 83.). Exſtant praeterea. 1. *Jacobi* WIMPHELINGII a. MCCCCXCIX. die prima Septembris ſcripta epiſtola *de Hymnorum*, & *Sequentiarum Auctoribus*, atque edita in ejuſdem opuſculo, quod praenotatum *hymni de tempore*, & *de Sanctis* exiit *Argentorati* a. MDXIII. 2. *Iodoci* CLICHTOVEI *Elucidatorium Eccleſiaſticum*, in quatuor diviſum libros, quorum quartus *Proſas* complectitur, atque explanat. 3. *Hymni* & PROSAE *Eccleſiaſticae vulgo* SEQVENTIAE *dictae Hermanni* TORRENTINI *explicatione illuſtratae* Antuerpiae *ex officina* Gulielmi Sylvii MDLXII. 8.

VII. Ad LECTIONARIVM nunc progredior. LECTIONARIVM, quod & LECTIONARIVS dicitur, *liber erat*, ut loquitur AGOBARDVS (*de correct. Antiphon. cap.* 19.), *lectionum ex divinis libris congrua ratione collectus*. Antiquiſſimus ſcilicet in Eccleſia lectionum ex utroque Teſtamento ſtatis diebus praeſcriptarum uſus fuit. Ut cetera deeſſent argumenta, vel unus S. HIPPOLYTI tertio ſaeculo Epiſcopi *Canon Paſchalis* id comprobaret. Nam in laterculo Canonis indicantur ad terminos, ad quartaſdecimas Paſchales, aliquot veteris ac novi Teſtamenti libri, nempe *Geneſis*, *Exodus*, *in deſerto* (ideſt liber *Numerorum*), *Ezechias*, *Iſaias*, *Daniel*, *Eſdras*, *Jeſus Chriſtus*, *Paſſio Chriſti*. Faſſus eſt autem vel ipſe *Ioſephus* SCALIGER (*lib. VII. de emendatione temporum pag.* 726.), deſignari in hoc laterculo lectiones ex utroque Teſtamento, quarum uſus eo tempore (nempe a. CCXXII.), erat in Eccleſia, ac earum quaſdam ſtatutas fuiſſe ex orbe hebdomadum, quaſdam vagas pro ratione termini. In hanc ſententiam ivit etiam * *Stephanus* LE MOYNE (*varior. ſacror. To. II. pag.* 947.), ab Eccleſia Catholica & ipſe alienus, qui dum Canonem HIPPOLYTI illuſtrat, ſacrae Scripturae partes, quae in Feriis, ac Dominicis Paſchalibus legebantur, in laterculo deſignari ultro fatetur. Liber ergo, qui ejuſmodi lectiones continebat, *lectionarium* appellabatur. S. EVERARDVS in ſuo teſtamento legavit *Evangelium eburneum unum*, *lectionarium ſimile paratum*. RATBERTVS quoque Monachus *de caſibus Monaſterii* S. GALLI apud GOLDASTVM (*T.* 1. *Rer. Aleman. cap. XI. pag.* 31.), de HARTMOTO Abbate ait: *Lectiones Evangelii*, *quem librum auro & argento*, *ac Lapidibus pretioſis ornavit*: LECTIONARIVM *elephanto*, (ebore ſcilicet), & *auro paratum*. Nonnumquam etiam Lectionarium non Epiſtolas ſolum, ſed & Evangelia continebat; atque hinc in Indice *VVeiſſemburgenſis* cimelii, quem *Iohannes Fridericus* SCHANNATVS divulgavit (*in vindemiis litterariis* p. 8.), legimus *Evangelia cum epiſtolis*. Hujuſmodi *Lectionarium*, in quo Epiſtolae & Evangelia, ſaeculo X. ſcriptum ſervat Bibliotheca Metropolitana *Colonienſis*, ut videre eſt in ejus Catalogo (*p.* 122.). Vocabatur quoque hic liber EPISTOLARE, & EPISTOLARIVM. SIGMARVS Abbas *Cremiſanenſium* apud GEORGIVM (*p. CLXXXII.*) inter ſacra ornamenta ad uſum ſuae illius Eccleſiae comparaverat *duo Epiſtolaria*. *Epiſtolares cum eburno & argento ornati* inter Codices a FOLMARO *VVeiſſemburgenſi* Abbate inventos memorantur. Adi etiam CANGIVM. *Apoſtolicum* praeterea, & *Apoſtolus* olim nominari conſueverat. Primum illud nomen occurrit in Ordine *Romano* apud CANGIVM:

2. Lectionarium

Epiſtolare etiam dictum.

vel & Apoſtolicum, Apoſtolus

GIVM: *Subdiaconus autem, qui lecturus eſt, ſub cura ſua habebit Apoſtolicum.* Alterum vero Concilii *Toletani* canon XI. exhibet, qui vetat, *laudes poſt Apoſtolum decantari, priuſquam Evangelium praedicetur, dum canones praecipiunt poſt Apoſtolum non laudes, ſed Evangelium adnuntiari*; & in veteri carta *Cornutiana* apud MABILLONIVM (*de re diplom.* pag. 462.) Q. THEODOVIVS Eccleſiae *Cornutianae* contuliſſe dicitur *Evangelia IV, Apoſtolum, Pſalterium, & Comitem*. Conſule GEORGIVM (*in cit. diſs.* p. CLXXX). Ceterum putant aliqui, *Apoſtoli* nomen Epiſtolarum libro inditum fuiſſe, quod majori ex parte lectiones in Miſſae Sacrificio frequentes ex epiſtolis Apoſtolorum, ac praeſertim S. PAVLLI decerptae ſint. Repugnat his VEZZOSIVS (*praef. in V. Tom. oper. Thomas.* pag. XXI.), ratus, *Apoſtolum* apud veteres fuiſſe librum eas ſolas lectiones complectentem, quae ex Apoſtolorum, & PAVLLI praecipue epiſtolis canonicis ſumebantur.

Liber Comitis, & Comes.

VIII. Sed alio crebrius donatum nomine librum lectionum invenimus, *Comitis* ſcilicet, vel quod Comiti cuipiam primo inſcriptus fuerit, vel quod Eccleſiaſticis viris *in lege Domini* ſacris in lectionibus ſeu contenta, ſeu expoſita *meditantibus die ac nocte* familiaris, atque indiviſus comes eſſe debeat. Hunc, ut ſupra vidimus V. *Apoſtolus* carta *Cornutiana* a. CCCCLXXI. a SVAREZIO Epiſcopo primum, deinde a MABILLONIO vulgata commemorat. Quamobrem a vero haud procul aberrare videntur, qui cum *Iohanne* BELETHO, aliiſque pluribus libri hujus auctorem S. HIERONYMVM fuiſſe adfirmant. Antiquior quidem HIERONYMO eſt in Eccleſia ſacrarum lectionum uſus, ut ex S. HIPPOLYTI *Canone Paſchali* vidimus. Nihilo tamen minus potuit S. HIERONYMVS ſacras illas lectiones meliorem in ordinem redigere, idque ex ipſa, quam DACHERIVS edidit, epiſtola HIERONYMI nomine praenotata ad CONSTANTINVM (CONSTANTIVM alii appellant, ut mox videbimus) CANGIVS ſcite animadvertit. Hinc in *Tiphernatum* Canonicorum Conſtitutionibus, ut docet cl. Praeſul, & Apoſtolicus ad Polonos Nuncius GARAMPIVS in egregio libro inſcripto: *Memorie Eccleſiaſtiche appartenenti all' Iſtoria e al culto della B.* Chiara *di* Rimini (*p.* 208.), legimus: IERONIMVS *epiſtolas, & Evangelia* ORDINAVIT *in libro, qui* COMES *dicitur, ſicut ipſe ait ad* CONSTANTIVM *Epiſcopum*. Doctiſſimus *Iohannes* PINIVS (*in Tract. hiſt. Chron. de Liturg. ant. Hiſp. c. 9. §. 6.*) quum in libro *Comitis* novem vigilias comperiſſet, eum *a* S. HIERONYMI *aetate remotiſſimum* judicavit. PINIO iraſcitur propterea P. SALA in notis ad BONAE *lib. II. Rer. Liturg. Cap. VI.* (p. 125.). Sed ſatis mea quidem ſententia fuerat animadvertere, loqui PINIVM de libro *Comitis*, quem hodieque habemus; hunc enim interpolatum eſſe nemo non videt, atque iis quidem adceſſionibus, quae a S. HIERONYMI aetate remotiſſimae ſunt; hinc tamen non efficitur, librum ipſum primo a S. HIERONYMO non fuiſſe pro aetatis ſuae moribus diſpoſitum, auctum deinde poſterioribus ſaeculis. ALCVINVS CAROLI M. juſſu librum hunc emendavit, ut ex Codice Bibliothecae *Carnutenſis* exploratum eſt. Nono item ſaeculo auctum illum fuiſſe a THEOTINCHO Presbytero *Ambianenſi* Comitis HECHIARDI hortatu ex *Bellovacenſi* Mſ. libro BALVZIVS, aliique comprobarunt. Infe-

riori

Digitized by Google

riori aetate liber *Comitis* in *majorem & minorem* diſtinctus nonnunquam fuit; quamobrem in carta a. MLXV. apud GATTVLAM (*P* 1. *pag.* 254), inter ornamenta cujuſdam Eccleſiae S. IOHANNIS recenſentur *liber Comite majore unum, & minori duo*. Putat GEORGIVS (p. CLXXVIII.), alterum ex his *majorem* dictum ob Epiſtolarum multitudinem, *minorem* alterum ob earumdem paucitatem. Ita ſane; ſed ex his iſtum Lectiones S. PAVLLI, aliorumque Apoſtolorum canonicis epiſtolis, illum lectiones a ceteris Scripturarum libris depromptas continuiſſe exiſtimaverim, ut *Apoſtolus*. de quo ſupra, idem fuerit, qui *liber Comitis minor*. Certe *Apoſtolum* a *Comite* nonnihil diſcrepaſſe, vel ipſa *Cornutiana*, quam nuper indicavimus, carta nos docet, ubi uterque liber diſtincte deſignatur. Hinc codices, qui utraſque lectiones exhibebant, *plenarii* vocabantur, cujuſmodi *Lectionarius* ille PLENARIVS *a ſupradicto* ALBINO (ALCVINO), *ordinatus*, quem memorat *Centulenſis* Coenobii Chronicon a DACHERIO vulgatum (*lib.* 3. *c.* 3.). Hujuſmodi fortaſſe fuit Codex ille *Farfenſis* Coenobii, de quo *Chronicon Farfenſe* (*Rer Italic. T. III. p. II. pag.* 468.), meminit his verbis: *pro uno libro, qui appellatur* COMES *valente ſolidos XXX* Ad editiones quod ſpectat, *Liber Comitis* a PAMELIO primum editus fuit *Coloniae* MDLXXI. *Tomo II. Liturgicon*, ſed Praefatione, ſeu epiſtola ad CONSTANTIVM truncatus, quam tamen *Magdeburgi* divulgarat a. MDXLIX * *Mathias* FLACIVS *Illyricus*. Hanc ſequuta eſt editio BALVZII, qui *Bellovacenſem* THEOTINCHI Codicem nactus illum in Appendice Actorum veterum (*T. II. Capitular. pag.* 1709.) *Pariſiis* a. MDCLXXVII. typis exprimi juſſit: atque hic ille *Bellovacenſis* Codex eſt, quem *Cornelius* SCHVLTINGIVS habuerat. Quare non erat, cur P. MERATIVS (*T.* 1. *Ven. edit.* a. MDCCXLIX.), codicem iſtum in Bibliothecis *Germanicis* etiamnum latere conquereretur. *Baluziana* editio a VALLARSIO *Veronae* iterata fuit inter opera S. HIERONYMI, VEZZOSIO improbante, cui *Bellovacenſe* illud exemplum nimis interpolatum videtur, ut *Hieronymianis* operibus a Viro critico adcenſeri potuerit. THOMASIVS felicior fuit, nam *Carnutenſe* ALCVINI exemplum *Romae* a. MDCXCI. publici juris fecit, addito Lectionario, quod ipſe ex antiquis Codicibus collegerat. Hoc ipſum denuo prodiit (*T. V oper. Thomas.*) *Romae* MDCCL. P. VEZZOSIO curante, qui & Lectionario epiſtolam a FLACIO, ac deinde a DACHERIO, qui *Flacianam* editionem ignoraſſe videtur, typis expreſſum praemiſit, & Lectionarium ipſum cum perantiquo *Breſiuorienſis* Eccleſiae libro contendit. De Libro *Comitis* conſule praeter citatos BONAM, GEORGIVM, & VEZZOSIVM, * *Ioh. Alberti* FABRICII Bibliothecam latinam (*lib. IV. cap.* 3. *Ven. edit pag.* 338.).

IX Ceterum *Lectionarii* libri nihil aliud ſaepe erant, quam index Epiſtolarum, quae ad Miſſas legendae erant, primis, & poſtremis verbis Epiſtolas ipſas deſignans. Hujuſmodi erat *Carnutenſis* ille Codex, unde THOMASIVM librum *Comitis* vulgaſſe diximus, uti & veterrimus indiculus lectionum ex uno Apoſtolo PAVLLO ad uſum fortaſſis *Mediolanenſis* Eccleſiae exaratus, quem idem THOMASIVS ex Codice Reginae *Suecorum VIII. nunc IX.* deſcripſit, atque inter antiquos libros Miſſarum vulgavit, recudit autem GEORGIVS (*T. III. de Liturg. Rom.*

Quod ſi ſolum in illis exordium, & finis epiſtolarum indicarentur, Capitulare

Pont.

Rut. in Append. p. 227.), iterum cum eodem codice diligenter collatum. *Capitularia* porro hi lectionum indices vocabantur. Ordo *Romanus I.* (*num.* 28.), *legitur*, inquit (Feria IV. majoris hebdomadae) *lectio una, ſicut in* CAPITVLARE *continetur*.

3. Evangelium X. EVANGELIVM ſequitur, ſeu Evangeliorum liber, qui etiam EVANGELIARIVM, & EVANGELISTARIVM dicebatur. Narrat in vita BENEDICTI III. ANASTASIVS Bibliothecarius, MICHAELEM Imperatorem *CPolitanum* miſiſſe *ad* Beatum PETRVM *Apoſtolum* ... *Evangelium de auro puriſſimo cum diverſis lapidibus pretioſis*; quem morem Evangeliorum auro lapillisque exornandorum fuſe perſequitur GEORGIVS (*p. CXXIX. ſeqq.*), *Ioſeph* CATALANI in tribus libris *de Codice Sancti Evangelii, atque ſervatis in ejus lectione, & uſu variis ritibus, Romae* ex typographio *Antonii* de RVBEIS MDCCXXXIII. 4. *P. Bartholomaeus* PEVERELLI in Italico commentario Venetiis edito de variis vicibus, quibus ſacri Novi Teſtamenti Libri obnoxii fuere, & GORIVS *T. III. Theſ. Diptychor.* ubi pretioſas, quibus ſuperſtites quidam Evangeliorum Codices cooperiuntur, tabulas diligentiſſime exhibet a ſe explicatas. Quid? quod ut ſacer hic liber decentius cuſtodiretur, vel in capſulis aureis affabre elaboratis includebatur, vel pretioſo aliquo operculo (*Camiſiam* vocabant), tegebatur. Pervulgatum apud eruditos viros eſt, quod de CHILDEBERTO *Francorum* Rege ex *Hiſpaniis* reduce narrat GREGORIVS *Turonenſis* (*lib. III. hiſt. Francor. cap.* 10.), eum ſcilicet *inter reliquos theſauros miniſteria Eccleſiarum pretioſiſſima* detuliſſe. *Nam ſexaginta calices, quindecim patenas, viginti* EVANGELIORVM CAPSAS *detulit, omnia ex auro puro, & gemmis pretioſis ornata*. In theſauro quoque S. RICHARDI, ut HARIVLFVS perhibet in *chronico Centulenſi* apud DACHERIVM (*Spic. T. IV. p.* 481.), adſervabatur a. DCCCXXXI. *Evangelium auro ſcriptum unum cum capſa argentea gemmis & lapidibus fabricata. Aliae capſae Evangeliorum duae ex auro, & argento paratae faldone* (ideſt operculi ſpecie), *addito, ex argento fabricato ad opus ipſarum*. RICVLFVS vero *Helenenſis* Epiſcopus a. DCCCCXV., quemadmodum in ejus teſtamento legere eſt, reliquit Eccleſiae ſuae *camiſas* (textilis, ut equidem arbitror, operis a capſis antea indicatis longe diverſi; quod GEORGIVM non vidiſſe miror) *ad Textum, & Miſſalem quatuor, unum cum auro purpureo*. *Evangeliarii*, ut ad alia properem, nomen HONORIVS *Auguſtodunenſis* uſurpat (*l.* 1. *cap.* 88.). Inter libros, qui in cimelio Eccleſiae S. PAVLLI *Londinenſis* ſervantur, occurrit in *Monaſtico Anglicano* (*pag.* 324.) *Evangeliſtarium, quo utuntur ad magnum altare*. Cl. *P. Joſephus* HARTZHEIM in *catalogo Codicum MSS. Biblioth. Metrop. Colonienſis* duos ejuſmodi Codices indicat CXLIV. ſaeculo IX. vel X. & CXLV. ſaeculo XII. exaratos: tum addit. „ In Collegiata S. ANDREAE Baſilica Evangeliorum Codex eſt, cujus latus adverſum lamina argentea coopertum, prominentem argenteam leonem Salvatoris praeſefert ſedentis, & Evangelium apertum monſtrantis. Quatuor angulos extremos ornant ſymbola argentea Evangeliſtarum prominentia. Character Gothicus ſaeculi XIV. Evangelia *Colonienſis* Eccleſiae ritu & ſerie digeſta ſunt. Collegii Colon. Soc. Ieſu Bibliotheca habet Codicem membranaceum vetuſtiſſimum forte, quem in hoc genere *Colonia* habet.

Digitized by Google

» bet. Patet id primo ex charactere minuto quidem, ſed parum a qua-
» drato abeunte 2. Ex initio libri picturis permultis & pretioſis in mem-
» brana modo rubro modo caeruleo-deaurata. In fronte libri Imago
» Salvatoris ſedentis habitu Magiſtri. Icones quatuor Evangeliſtarum,
» calamis & atramentis volumina ſcribentium ſub conopaeis. Similis pi-
» ctura ante feſta majora, & myſteria vitae Chriſti. Sed Inventio S. STE-
» PHANI Proto-Martyris plurimis Iconiſmis explicatur, quae omnes
» ſaeculum octavum redolent, & quod membrorum humani corporis
» proportioni decedit, hoc auri & colorum vivacitas ſupplet. Diceres
» nuper picta, quae vides. Non tantum litterae initiales Evangeliorum
» aureae & Unciales ſunt, ſed ſingulae periodi ab aurata litterula in-
» choantur. Differt & hic liber in pauciſſimis ab ſerie Evangeliorum
» *Colon.* Eccleſiae „. Praeterea Evangeliorum Codicem conflatis in unam
duabus vocibus *Textevangelium* appellarunt; quae vox in veteribus mo-
numentis deprehenditur, nempe in donatione Iudicis *Vigilienſis* Eccleſiae
Vigilienſi in Apulis facta A. MCXCVII. apud VGHELLIVM (*T. VII.*
pag. 1274. *primae edit.*). Vt plurimum vero ſimplici voce *Textus* eſt ap-
pellatus: cujus vocis teſtimonia plura a CANGIO adferuntur. At quid
Evangelii plenarii nomine deſignatur? Hocce vocabulum non ſemel uſur-
patum reperias, ut in *chronico Centulenſi* apud DACHERIVM (*Spicil.*
T. IV. p 468.). Volumen intelligo cum GEORGIO quatuor Evangelia
continens, quod, ut ſcribit HONORIVS *Auguſtodunenſis* (l. 1. c. 4.),
in proceſſione ad Miſſam deferebatur. *Evangelium* autem, *Evangeliarium*,
Evangeliſtarium unum, aut alterum Evangelium, ſeu Evangelii lectio-
nes ad Miſſam complectebatur. Ex hujuſmodi Evangeliariis, ut obiter
moneam, prodiit Cl. *P. Joſeph* BLANCHINII *Evangeliarium quadruplex*
Romae elegantibus typis excuſum; praeclaris ſacrae vetuſtatis monumen-
tis inſtructum.

XI. Quemadmodum vero indiculos initium & finem Epiſtolarum   Quid Capitulare Evangeliorum.
deſignantes *Capitularia* appellatos fuiſſe monuimus, ita id nominis indi-
culis, qui Evangelia in ſingulis Miſſis legenda primis extremiſque tan-
tum verbis denotabant, ſaepius datum invenimus. *Breviarium* quoque
Evangeliorum dicebantur, uti & *Capitula lectionum Evangelii ad Miſſam.*
Johannes FRONTO unum edidit, quod minus apte *Kalendarium Roma-*
num inſcripſit; ALLATIVS quoque aliud; MARTENIVS tertium;
plura vulgavit THOMASIVS; Vaticanum octavi ſaeculi GEORGIVS
in appendice Tomi III. (*p.* 232.). Latent etiamnum non pauca in
Bibliothecarum forulis, ut duo illa *Colonienſia*, quae indicat laudatus P. HAR-
TZHEIM (*pag.* 122.). Tria nos raris antiqua, neque hactenus impreſſa
in hujus primi libri appendice proferemus. Sed de Capitularibus hujuſ-
modi confer eumdem GEORGIVM (*diſſ. II de libris Liturg. S. R. E. pag.*
CXLIV ſeqq), & VEZZOSIVM (*praef. in T. V. oper. Thomas. pag. XXIV.*
ſeqq.). Id unum moneo, haec Capitularia plerumque Evangelii tex-
tui praemiſſa, aut in ejuſdem calcem rejecta inveniri; nonnumquam
tamen ab Evangelii textu ſejuncta reperiuntur, cujuſmodi quae BALV-
ZIVS recenſet (*Capitul. T. II. pag.* 1156.).

XII. Praecipuus tamen inter Liturgicos libros cenſeri debet *Sacra-*   4. Sacramentarium, ejuſque
mentorum liber, qui & *Myſteriorum* liber appellabatur. Vtriuſque nominis   varia nomina
teſtem

teſtem damus AGOBARDVM *Lugdunenſem* Archiepiſcopum. Nam in libro de *Imaginibus* (*cap. XXX.*), *haec eſt*, inquit, *ſincera religio; ſicut etiam ex* libro Sacramentorum, *quem* Romana *tenet Eccleſia, facile comprobatur*. In libro vero adverſus AMALARIVM (*cap. XIX.*), ait, ut ſupra vidimus: *Quapropter auxiliante Dei gratia, omni ſtudio pietatis inſtandum, atque obſervandum eſt, ut ſicut ad celebranda Miſſarum ſolemnia habet Eccleſia* librum Myſteriorum *fide puriſſima, & concinna brevitate digeſtum &c. Sacramentarium* quoque eadem ſignificatione dicebatur: *officia*, inquit AMALARIVS (*lib. IV. cap.* 30.) *Cantorum & Presbyterorum, quae celebrantur in* Sacramentario, *& habent initium in quarta hebdomada ante Nativitatem Domini, ſpiritales per quatuor Evangelia ad potiorem perfectionem excitant*. Quare quum *Ratiſponenſis* Eccleſia *Ambroſianum* ritum vellet amplecti, PAVLLVS Sacerdos, & GEBEHARDVS vir Religioſus ejus Eccleſiae a. MXXIV litteras ad MARTINVM cuſtodem Theſaurorum S. AMBROSII a MABILLONIO (*Muſ. Ital. T.* 1. *P. II. pag.* 95.), editas miſerunt, rogantes, *ut* SACRAMENTARIVM *ejuſdem Sancti* AMBROSII *cum Antiphonario ejus* exſcribendum curaret. Continebant autem hi libri *orationes*, ſeu *collectas* ante Epiſtolam, *orationem ſecretam* poſt Offertorium, *Praefationes* ſtatis diebus, *Canonem*, & *infra Canonem* precationem: *Hanc igitur oblationem; Communicantes*, ſecundum ſtata tempora; & *orationem poſt communionem*, quae olim a ſolo celebrante dicebantur. Aberant autem quae a choro, ideſt a Cantoribus, a Subdiaconis, & a Diaconis cantabantur, aut legebantur, nimirum *Antiphonae ad Introitum*, *Epiſtolae, Evangelia, Pſalmi ad Offertorium, & ad Communionem*, quae ſeorſim in aliis libris exarata erant. Inſuper in hiſce Sacramentorum libris referebantur ritus, & ratio conferendi ſacros Ordines, miniſtrandi ſolemniter baptiſma Sabbato Sancto Paſchae, & Pentecoſtes, conficiendi ſacrum chriſma, & oleum Sanctum, reconciliandi Poenitentes, & Miſſae ad nuptias benedicendas. Quum ergo quae ad omnia ſeu conficienda, ſeu adminiſtranda Sacramenta, ac praeſertim Euchariſtiam a vetuſtiſſimis Eccleſiae Patribus *Sacramentum* κατ᾽ἐξοχὴν appellatam pertinent, ejuſmodi codicibus inſcriberentur, nullo aptiore quam *Sacramentarii*, aut libri *Sacramentorum* nomine denotari poterant. *Miſſalis* tamen quoque nomen illis tributum fuit, quod princeps Sacrificii ſeu Miſſae pars in eis contineretur. Librum certe *Sacramentorum* (ut aliis parcam exemplis a GEORGIO erudite hanc in rem congeſtis *diſſ. II. cap.* 2. *pag. CLXI ſeqq.*), indicabat IATTO, quum ad OTGARIVM *Moguntinum* ſcriberet: *Mittite mihi de pergameno bono ad unum Lectionarium perſcribendum, & ad unum* Miſſalem Gregorianum, *quem ſi per veſtrum adjutorium perfecero, dum vixero, ſemper veſtri memor ero*.

Celebriora ejuſmodi Sacramentaria,

His a doctioribus viris Miſſa ILLYRICIANA non adnumeratur.

XIII. Age nunc quinam ex his Codicibus praecipui fuerint, & quonam veluti ordine perſcripti, breviter diſſeramus. „ *Mathias* FLA„ CIVS *Illyricus* Centuriatorum *Magdeburgenſium* princeps, inquit Cl. „ MABILLONIVS (*de Liturg. Gallic. lib. I. cap* 3.) Miſſam latinam ex ve„ teri Codice vulgavit *Argentinae* anno MDLVII. ſub hoc titulo: *Miſſa* „ *latina, quae olim ante* Romanam, *circa ſeptingenteſimum Domini annum*, „ *in uſu fuit, bona fide ex vetuſto, authenticoque Codice deſcripta*. Hujus „ Miſſae ab ILLYRICO editae varia fuit fortuna. Primo triumphos de ea

„ ege-

„ egerunt *Lutherani*, quaſi Catholicis penitus adverſaretur. Ut hos trium-
„ phos reprimeret PHILIPPVS II. *Hiſpaniarum* Rex Ducis *Albenſis* in-
„ ſtinctu, ejus lectione interdixit; eamdemque poſtea SIXTVS V. in
„ librorum prohibitorum claſſem redegit. *Lutherani* aperte tandem Miſ-
„ ſam ILLYRICIANAM Catholicis ſuffragari, ſibique adverſari intel-
„ ligentes, illam ſupprimere modis omnibus ſtuduerunt. Catholici ex hac
„ palinodia proficientes, ipſammet adcuratius legerunt, laudarunt, com-
„ probarunt, & ad adſerenda Euchariſtiae, Confeſſionis, & Suffragiorum
„ pro mortuis dogmata adhibuerunt: in primis quidem *Guillelmus* PEY-
„ RATVS in libro ſecundo *de hiſtoria Capellae Regum Franciae* (*cap.* 13.),
„ cumque ſequutus *Carolus* COINTIVS in Annalibus Eccleſiaſticis *Fran-*
„ *corum* (*ad annum DCI.*), ubi Miſſam ILLYRICIANAM a *Lutheranis*
„ ſuppreſſam recudit, quod etiam praeſtitit Cardinalis BONA in fine
„ operis ſui Liturgici „. Celeberrimus *P. Honoratus* A SANCTA MA-
RIA (*Animadv. in Reg. & uſum critic. T. III. lib. V. diſſ. III. art.* 4), hanc Miſſam ſub exitum ſaeculi IV. vel initium ſaeculi V. confectam fuiſſe, immo fontem & originem omnium *Occidentalis* Eccleſiae Liturgiarum habendam eſſe contendit. Quae ſi vera eſſent, atque eruditis viris probata, vetera inter *Occidentalis* Eccleſiae Sacramentaria primum certe locum ſibi vindicaret. Verum quum doctiſſimi viri BONA, THOMASIVS, GRANCOLASIVS, MABILLONIVS, MARTENIVS, SALA *Flaccianam* hanc Miſſam eamdem eſſe, quae *Romana* nunc eſt, multis licet, ut fieri ſolet, adjectis doceant, nec X. vel XI. Saeculo vetuſtiorem MENARDVS velit, ab ea Sacramentariorum noſtrorum epocham ducere imprudentis hominis eſſet. Duo mihi in hac controverſia longe veriſimillima videntur. Primum quidem, indicatos Auctores PEYRATI & COINTII uti & ARNALDI (*de perpet. Fid. T. I. lib. VIII. cap.* 3.), veterem *Gallicanam* Liturgiam in ILLYRICIANA agnoſcentium ſententiam argumentis, quibus non adſentiri difficile admodum ſit, oppugnaſſe; in *Italia* autem praeter *Ambroſianam*, triplex Liturgiarum genus *latinum*, *Gelaſianum*, & *Gregorianum* qui cum *Honorato* a S. MARIA ſibi fingunt, eos prorſus hallucinari. Alterum eſt, hanc ILLYRICI Miſſam vel ad uſum Monaſterii S. PETRI *Hornbacenſis* in dioeceſi *Metenſi*, ut MABILLONIVS coniecerat, vel potius ad uſum *Salisburgenſis* Eccleſiae S. PETRO dedicatae, ac *Benedictinis* conſuetudinibus ab initio inſtitutae, ut probabilius MARTENIVS, SALA, GERBERTVS exiſtimant, ſcriptam fuiſſe.

XIV. Hac ergo ILLYRICI Miſſa praeterita primum occurrit LEO- 1. Leonianum
NIANVM Sacramentarium. Primus hocce Sacramentarium in lucem protulit anno MDCCXXXV *P. Joſeph* BLANCHINIVS tomo quarto ANASTASII Bibliothecarii cum hac inſcriptione: *Codex Sacramentorum vetus Romanae Eccleſiae a* S. LEONE *Papa confectus primum prodit e MS. libro ante mille annos conſcripto, qui extat in Bibliotheca ampliſſimi Capituli Veronenſis*. „ Non eſt, (*inquiunt* BALLERINII *in Praef. ad eumdem li-*
„ *brum Sacramentorum p. III. quem T. II. oper. S. Leon. a. MDCCLVI. rurſus*
„ *excuderunt*), non eſt integer codex, ſed mutilus, e quo multa folia
„ initio exciderunt, nimirum a Januario ad medium Aprilem uſque:
„ unde ea inſcriptio, qua S. LEO Papa hujus Sacramentarii auctor ſeu

,, compilator traditur , non ex manuſcripto , ſed ex editoris ſententia
,, adpoſita fuit . Hanc quidem opinionem non pauci adprobarunt ,
,, inter quos praecipue nominamus *Cajetanum* CENNIVM in diſſ. *de Ro-*
,, *mana Cathedra* inſerta tomo 4. ANASTASII Bibliothecarii (pag. 152.),
,, & Editores Miſſalis *Pariſienſis* anni MDCCXXXIX. qui idem Sacra-
,, mentarium inſigni elogio commendantes , profitentur , ſe ex eo ſum-
,, pſiſſe *preces plurimas eximiam pietatem ſpirantes* , *Magnique* LEONIS,
,, *cui tamquam certo auctori tribuuntur* , *ſtilum ac doctrinam referentes* . Alii
,, vero in diverſas ſententias abiere . *P. Joſeph Auguſtinus* ORSI Ord.
,, *Praedic.* , pluribus nominibus celebris , ab eodem BLANCHINIO ro-
,, gatus , in manuſcripta epiſtola ſuam opinionem expreſſit . Ibi autem
,, cenſet , hoc Sacramentarium eſſe merum & purum *Gelaſianum* , ita ut
,, illud , quod a Ven. Cardinali THOMASIO editum , & GELASIO
,, attributum fuit , ad auctorem hoc Pontifice poſteriorem pertineat . Hanc
,, eamdem opinionem propugnavit *P. Cajetanus Maria* MERATVS *Cle-*
,, *ricus Regularis* in obſervationibus & additionibus ad Theſaurum ſacro-
,, rum rituum *Bartholomaei* GAVANTI (*tom.* 1. *part.* 1. *pag.* 8.) , tum
,, etiam a. MDCCLIV. *Joſeph Aloyſius* ASSEMANVS (*praef. in Cod.*
,, *Liturg.* lib. IV. P. III.) , ubi & ipſe hoc Sacramentarium vulgavit .
,, *P. Euſebius* AMORT *Canonicus Regularis Pollingauus* in epiſtola MS. ad
,, P. BLANCHINIVM , GELASIVM quidem hujus Sacramentarii au-
,, ctorem non credidit ; at nec LEONI prorſus adſcribens , inquit : *Non*
,, *eſt opus unius alicujus Pontificis* , *ſed eſt Sacramentarium* Romanorum *Pon-*
,, *tificum* , *uſu receptum primis temporibus* , *auctum tamen & interpolatum per*
,, *varios Pontifices uſque ad tempora* GELASII *Papae* . *Specialiter in hoc*
,, *Sacramentario agnoſcuntur manus* SIXTI III. LEONIS I. & FELICIS III.
,, *Ludovicus* MVRATORIVS in diſſertatione *de origine Sacrae Liturgiae* ,
,, praemiſſa operi inſcripto *Liturgia Romana vetus* (*cap.* 3) , ad FELI-
,, CIS III. aetatem hoc Sacramentarium referendum putat ; ita tamen
,, ut ejus auctorem non credat ipſum FELICEM III. , ſed aliquem alium ,
,, qui quaſcumque reperit orationes ac praefationes , in unum codicem
,, retulit ſine adcurato illo delectu & ordine , quem rei gravitas expo-
,, ſcebat . Poſt hos *Blanchinianae* ſententiae defenſionem ſuſcepit Co: *Ja-*
,, *cobus* ACAMIVS fuſiori opere italice ſcripto , & *Romae* impreſſo ann.
,, MDCCXLVIII. cum titulo : *Dell' antichità , autore , e pregi del Sacra-*
,, *mentario Veroneſe pubblicato dal M. R.* P. Giuſeppe BIANCHINI *della*
,, *Congregazione dell' Oratorio nel tomo* 4. *di* ANASTASIO *Biblioteca in* ,
,, *diſſertazione apologetica tripartita* ,, , de quo libro multa diximus fortaſſis
non inutilia in hiſtoria litteraria Italiae (*T. I.*) . Poſt ACAMIVM *P.*
Antonius Franciſcus VEZZOSIVS *Clericus Regularis* in praefatione ad to-
mum 6. Operum Venerabilis Card. THOMASII , quum in id unum in-
cumbat , ut Sacramentarium ab eodem Cardinali editum vindicet ; eam
ſolam ſententiam refellit , quae Sacramentarium a BLANCHINIO vul-
gatum eidem GELASIO adjudicat . Et ſi vero hujus auctorem exactius
inquireſe e re ſua non putavit , *notatione* tamen 2. in eamdem *praefatio-*
nem eos , qui LEONI illud adſerunt , difficultatibus non plane ſatisfeciſſe
pronunciat . Verum *Franciſcus* PEREZIVS BAYERIVS in diſſertatione
hiſtorica , quam *Romae* edidit a. MDCCLVI. praenotatam : DAMASVS

& LAV-

& LAVRENTIVS *Hiſpanis adſerti*, & *vindicati* (*pag.* 131.), in alia omnia diſceedit, aitque, *longe poſt* LEONIS *aetatem eum primum Codicem archetypum emerſiſſe*. Tandem quos paucis interiectis fere exſcripſimus, BALLERINII quinque ſtatuunt, quae cuique facile probabuntur. Ajunt ergo, hujus Sacramentarii auctorem non eſſe S. GELASIVM. Peremptorinm enim illis, neque iniuria, videtur argumentum ACAMII ex ejuſdem Pontificis decreto *de Apocryphis Scripturis*. Certum praeſumimus hoc decretum editum fuiſſe a GELASIO, ut pluribus confirmatum ab iiſdem *Ballerinis* eſt tomo tertio. In hoc autem decreto haereticis tribuitur ſententia, qua Sancti Apoſtoli PETRVS, & PAVLLVS *diverſo tempore* mortem ſubiiſſe traduntur: *Qui* (PAVLLVS), inquit, *non diverſo, ſicut haeretici garriunt, ſed uno tempore, uno eodemque die glorioſa morte cum* PETRO *in urbe* Roma *ſub Caeſare* NERONE agonizans *coronatus eſt*. Noſtrum autem Sacramentarium *in Natali Apoſtolorum* PETRI & PAVLLI praefationem exhibet (*num.* 26.), in qua eidem quidem diei, at *tempori diſcreto* eorum mors adſigitur. *Sic diſpenſatione diverſa unam Chriſti familiam congregantes, tempore licet diſcreto, recurrens una dies in aeternum & una corona ſociavit*. Haec ſententia a GELASIO tam aperte reprobata noſtrum Sacramentarium ab eodem abjudicat. Si enim hoc opus ipſe compegiſſet ante laudatum decretum; non adtribuiſſet haereticis eam ſententiam, quam ipſe in ſuum Sacramentarium antea recepiſſet. Si vero poſt decretum huic Sacramentario manus admoviſſet; ei non inſeruiſſet ſententiam, quam ſuo decreto tam gravi cenſura perſtrinxerat. Deinde hoc Sacramentarium certe eſſe *Romanum* oſtenditur. Addunt non pauca illud LEONIS continere, nec tamen LEONIS eſſe. Probabilius igitur illis eſt, hoc Sacramentarium non fuiſſe compactum ab ullo *Romano* Pontifice publica ſaltem auctoritate in uſum *Romanae* Eccleſiae; ſed privati alicujus hominis foetum eſſe, qui quaſcumque invenit preces & praefationes a *Romanis* Pontificibus, ac praeſertim a S. LEONE diverſo tempore ſcriptas, ordine non ſatis idoneo collegit, & retulit in codicem, qui publico uſui non fuit. „ Haec porro ipſa, inquiunt
„ (*p. IX.*), inſignis Miſſarum & orationum confuſio primam *Romani*
„ Sacramentarii imaginem in noſtro codice exhibitam palam oſtendit.
„ Si enim aliquod antiquius Sacramentarium uſu *Romanae* Eccleſiae re-
„ ceptum prae oculis Collectoris fuiſſet; is profecto ex ipſius ordine ac
„ methodo, ſi non omnes, ſaltem plures defectus declinaſſet. Ita ejuſ-
„ modi perturbatio, quae huic collectioni nonnihilum videtur detrahere,
„ ipſius antiquitatem demonſtrans, in non exiguam ejuſdem commen-
„ dationem redit. Hinc autem ſequitur, primum Sacramentarium pu-
„ blico *Romanae* Eccleſiae uſui propoſitum eſſe *Gelaſianum*, quod ſane
„ aequiſſimum ordinem praefert: Noſtrum autem anteriorem quidem,
„ ſed privatam cujuſpiam collectionem eſſe, quae publico uſui non fuit.
„ Et ſiquidem SIMPLICII *Papae* nomen pro SILVESTRI in Miſſa
„ ante laudata poſterioris librarii hallucinatione haudquaquam irrepſit;
„ poſt SIMPLICIVM Papam haec collectio compacta fuit ſub FELI-
„ CE III. vel initio Pontificatus GELASII: additamentum enim po-
„ ſterius, quod in hac Miſſa nonnulli ſuſpicati ſunt, ſola Sacramenta-
„ ria publica, quum ad uſum Eccleſiarum deinceps exſcribuntur, re-

„ cipere ſolent.... Si autem haec Sacramentarii *Romani* prima & pri-
„ vata collectio fuit, ut antea vidimus; palam fit, nullum publicum Sa-
„ cramentarium, quod ſcilicet totius anni, ac omnium Feſtorum *Romanae*
„ Eccleſiae Miſſas certo ordine digeſtas atque collectas exhiberet, exſti-
„ tiſſe Seaculo V. Nemo certe probarit contrarium, nec quiſquam ha-
„ ctenus invenit aliquid anterius Sacramentario *Gelaſiano*, quod in uſum
„ publicum editum fuiſſe liquet. Solum Canonem; & ſolemniores ali-
„ quot preces, ac certas precum formulas, & quemdam orationum or-
„ dinem, nimirum initio Miſſae, ante Canonem, & poſt Communio-
„ nem antiquiſſimis quoque temporibus inductum ac receptum fuiſſe, ex
„ aliquot pervetuſtis Patribus didicimus: num vero hae, vel illae oratio-
„ nes ac praefationes cuique feſto eſſent adſcriptae, ut apud GELA-
„ SIVM leguntur, quis probare queat? Nonnullas quidem Miſſas quo-
„ rumdam feſtorum proprias, quae ſolemniori celebritate in *Romana* Ec-
„ cleſia peragebantur, ante GELASIVM fuiſſe lucubratas ex noſtro
„ codice manifeſtum eſt. At has ipſas non fuiſſe in uno libro collectas
„ atque digeſtas, Miſſae ex. gr. S. STEPHANI evidenter oſtendunt. Si
„ enim hae ante noſtrum Collectorem relatae fuiſſent in Codicem ad
„ Liturgiae publicae uſum; idem Collector ex hoc publico & magis obvio
„ Codice eas utique deſcripſiſſet menſe Decembri, quo S. STEPHANI
„ feſtum celebrabatur. Solutas igitur & ſeparatas eas noſter Collector in-
„ venit, ac propterea nil mirum, ſi in tanta confuſione plurium Miſ-
„ ſarum primis curis exactum ordinem ſervare ſemper non potuit. Forte
„ etiam ex variis tabulariis eas ſumpſit, ac in unum codicem non ſo-
„ lum Miſſas integras, ſed partes etiam, quaſcumque invenit, referre,
„ & ita primum Sacramentarii exemplum compingere ſtuduit„.

2. Gelaſianum

XV. Quae heic a BALLERINIIS dicta ſunt, non ita velim intelligi, ut eo tempore nihil certi a *Romana* Eccleſia in Miſſae celebratione praeſcriptum fuerit. Id de orationibus peculiaribus, Praefationibus, idque genus aliis adcipito. Nam ordo Miſſae, ſolemniores quaedam caeremoniae, ac preces, Canon vero cum primis certa a primis ſaeculis jam lege conſtabat. Niſi ita eſſet, quorſum INNOCENTIVS I., de pacis ſacra inter myſteria dandae, nominumque e diptychis recitandorum loco ac tempore ad DECENTIVM a. CCCCXVI. reſcribens *inſtituta Eccleſiaſtica, ut ſunt a Beatis Apoſtolis tradita* appellaſſet, *quae ſi integra vellent ſervare Domini Sacerdotes, nulla diverſitas, nulla varietas in ipſis ordinibus, & conſecrationibus haberetur*? Quorſum DECENTIVM monuiſſet, *ſaepe* illum *ad Urbem veniſſe, ac ſecum in Eccleſiis conveniſſe, & quem morem vel in conſecrandis myſteriis, vel in ceteris agendis arcanis teneat, cognoviſſe*? Quorſum denique ſe idcirco reſpondere dixiſſet, *non quod eum aliqua ignorare crederet, ſed ut majori auctoritate vel ſuos inſtitueret, vel ſiqui a* Romanae Eccleſiae INSTITVTIONIBVS *errarent, aut commoneret, aut indicare non differret*? Nec dubitandum eſt, quin multas ex ipſis Orationibus ac Praefationibus, quae ad nos pervenerunt, S. LEO, multas IVLIVS & SILVESTER, multas CONSTANTINI imperio vetuſtiores Pontifices & adhibuerint ipſi, & adhibendas ſaltem in *Lateranenſi* Eccleſia praeſcripſerint. Sed quoniam his aliae ex arbitrio Sacerdotum in *Romanis* ipſis Eccleſiis permiſcebantur, novas quoque feſtorum

dierum,

dierum, qui paullatim adaugebatur, numerus poſtulabat, tandem GELASIVS ſub quincti ſaeculi finem *Romanus* Pontifex Sacramentorum Codicem digeſſit, ac *Romanae* Eccleſiae propoſuit. Certe GENNADIVS in libro *de Scriptoribus Eccleſiaſticis* (*cap.* XCIV.) tradit, a S GELASIO ſcriptos eſſe *tractatus diverſarum Scripturarum*, & SACRAMENTORVM *elimato ſermone*. Sunt equidem, qui caput illud, ac proximum, quo de *Sidonio* APOLLINARE agitur, adſutum GENNADIO velint, quod abſint a vetuſtiſſimo Codice quadratis litteris ſcripto, qui e coenobio S. ANDREAE *de Valle* primum in Bibliothecam Reginae *Suecorum*, deinde hinc in Vaticanam Bibliothecam translatus eſt. Sed HONORIVS *Auguſtodunenſis*, qui anno MCXXX. floruit, antiquos profecto & ipſe GENNADII codices vidit, in iiſque capita illa deprehendit. Praeterea liber Pontificalis in vita S. GELASII ita habet: *Fecit etiam* & SACRAMENTORVM *praefationes*, & *orationes cauto ſermone*, & *epiſtolas fidei elimato ſermone multas*. Ita quoque exhibent veteres catalogi antiquiorum Pontificum a *Bollandianis* ſociis (*Tom. I. Apr. pag. XXXIV.*), & a BLANCHINIO in prolegomenis ad IV. ANASTASII tomum editi, in quibus tamen deeſt vox *orationes*. Vt ut eſt, GELASIVM aliquem *Sacramentorum* librum edidiſſe antiquitas credidit. IOHANNES nempe Diaconus in vita S. GREGORII M. (*lib. II. cap.* 17.) ait: *Sed* & GELASIANVM *Codicem de Miſſarum Solemniis, multa ſubtrahens, pauca convertens, nonnulla vero ſuperadiiciens, pro exponendis Evangelicis lectionibus in unius libri volumine coarctavit*. Id etiam titulus prodit *Gregoriano* Sacramentario in vetere *Rivipullenſis* Monaſterii Codice praefixus: *Incipit liber Sacramentorum editus a* S GELASIO *Papa* Romano, *emendatus*, & *breviatus a Beato* GREGORIO *Papa Sedis Apoſtolicae*. Praeterea Auctor Chronici *Centulenſis* apud DACHERIVM (*Spicil. T. IV. p.* 485), *libros Sacrarii, qui miniſterio altaris* (in eo coenobio) *deſerviunt*, enumerans *Miſſales* Gregorianos *tres*; *Miſſalem* Gregorianum & Gelaſianum *modernis temporibus ab* ALBINO *ordinatum*, *unum* .... *Miſſales* GELASIANOS XIX percenſet.

XVI. At quiſnam hic eſt *Gelaſianus* Sacramentorum Codex? *Iohannes* MORINVS in appendice MSS. ad Commentarium *de poenitentia Pariſiis* a MDCLI. (*pag.* 52.), in *Petavianum* Codicem vetuſtiſſimum, qui in *Galliis* quidem exaratus fuerit, ſed *Gelaſianum* Sacramentarium, nonnullis tamen in locis interpolatum, contineret, ſe forte incidiſſe narraverat. Hunc deinde tam egregium Codicem, quod in Bibliothecam Reginae *Suecorum* tranſiiſſet, nactus Card. THOMASIVS quum a. MDCLXXX. illud ederet, ejus antiquitatem graviſſimis uti ſolet argumentis confirmavit, ac multa propoſuit, quae (quod non MORINVS modo, ſed & Card. BONA *lib. II Rer. Liturg cap. V.* coniecerat) *Gelaſianum* in eo ſupereſſe Sacramentarium, poſteriore tamen aevo, quemadmodum dixi, nonnullis in locis auctum ſuaderent. Suaſit enimvero non BASNAGIO quidem, qui *in annalibus Politico-Eccleſiaſticis* Saeculi X. illud opus eſſe *Calviniana* audacia pronunciat; ſed tamen doctiſſimis viris ſuaſit; MABILLONIO, SALAE, BALLERINIIS; nec diſſentiunt ab his GRANCOLASIVS (*Anc. Liturg. p* 411.), & MVRATORIVS licet plura a *Gelaſiano* aevo aliena, atque ad *Gallicam* quampiam Eccleſiam ſpectan-

In Petaviano Codice inventum, etſi interpolatum

Digitized by Google

ſpectantia additamenta in eo perviderint: quin ipſe *Guillielmus* CAVE, quamquam heterodoxus, GELASIO illud non dubitavit adſcribere. Poſt THOMASIVM (ut nunc de MVRATORIO ſileam), hocce Sacramentarium ASSEMANVS (*Codic. Liturg. lib. IV. p.* 1.), recudit.

3 Gregorianum XV. S. GREGORIVS, ut ab IOHANNE Diacono paullo antea audivimus, *Gelaſianum* Sacramentarium breviorem, & concinniorem in formam redegit. Hinc *Gregorianum* Sacramentarium, quod *Gelaſianum* fere abolevit. Illius exemplum ad CAROLVM M. HADRIANVS I. miſit, ut epiſtola LXXXII. *Cod. Carolini* nos docet. *De Sacramentario vero*, inquit in ea HADRIANVS, *a Sancto Praedeceſſore noſtro Deifluo* GREGORIO *Papa diſpoſito, jampridem* PAVLLVS *Grammaticus a nobis cum pro vobis petiit, & ſecundum Sanctae noſtrae Eccleſiae traditionem per* IOHANNEM *Monachum, atque Abbatem civitatis* Ravennatium *veſtrae Regali emiſimus Excellentiae*. Plures *Gregoriani*, ſeu ut AMALARIVS (*l. III. cap.* 40.), appellat, *Gregorialis* Sacramentarii Codices exſtant, quos indicant MENARDVS (in *praef.*), *Petrus* le BRVN (*T. II. diſſ. II.*). GEORGIVS (*T. II. diſſ. II. n. 5. p. CLX.*), & MVRATORIVS in diſſertatione *Liturgiae Romanae veteri* a ſe praemiſſa: quibus addendus *Veronenſis* Capituli Codex labente ſaeculo X. perſcriptus, & a doctiſſimo March. *Scipione* MAFFEIO memoratus (*pag. 91. Opuſcul. Eccleſ.*). Poſt PAMELIVM, de quo mox, prodiit ex *Vaticano* Codice hocce Sacramentarium a. MDXCIII. *Romae* inter opera S. GREGORII ſtudio *Angeli* ROCCHAE, qui anno deinde MDXCVI. illud etiam ſcholiis illuſtratum ſeorſum cum indice in vitam ipſius S. GREGORII a IOHANNE diacono ſcriptam, itemque tabulis donationum ab eodem S. Pontifice Sanctis PETRO & PAVLLO dicatis *ibidem* vulgavit. Verum a. MDCXLII. novam hujus Sacramentarii editionem doctiſſimus Hugo MENARDVS *Benedictinus* Monachus ad vetuſtum S. ELIGII Codicem exactum, atque eruditiſſimis adnotationibus locupletatum *Pariſiis* dedit in 4. Nec tamen purum putum Sacramentarium *Gregorianum* habuimus, licet MENARDI codex, ut GEORGIVS (*p. CLIX.*) oſtendit, *Vaticano* ROCCHAE exemplo vetuſtior eſſet; quin etiam THOMASIVS harum rerum ſcientiſſimus *Pamelianum* exemplar *Menardiano* praeſtantius habebat. Vtinam vero quod in ejus vita T. XXVI. diarii Litteratorum hominum Italiae legimus (*pag.* 13.), vir ſummus praeſtitiſſet! Nimirum aliam ipſe ad vetuſtiſſimos Codices caſtigatam ejuſdem Sacramentarii editionem ſuſceperat. Quamobrem non ſolum *Pamelianum* exemplar cum perantiquo *Othoboniano* Codice contulerat, ſed etiam quum apud LAMBECIVM (*Bibl. Caeſ. T. II. pag. 298. ſeq.*), legiſſet, in ea Bibliotheca ipſum illum Codicem, quem CAROLO M., ut ſupra indicavimus, HADRIANVS I. miſerat, adſervari, eum quoque conſulendum curaverat. *Benedictini* S. GREGORII editores MENARDI exemplum a. MDCCV. recuderunt. Sed MVRATORIVS Sacramentarium noſtrum ex *Othoboniano* Codice felicius expreſſit.

4. privata quaedam XVII. Praeter haec Sacramentaria publico veluti *Romanae* Eccleſiae uſu conſecrata alia privatorum hominum ſtudium protruſit. Supra ab auctore *Chronici Centulenſis* accepimus, *Miſſalem* Gregorianum, *&* Gelaſianum *modernis temporibus ab* ALBINO (quem ALCVINVM paſſim appel-

appellant) *ordinatum*. MERATVS *Miſſalem* unum ex utroque ALBINI cura confectum fuiſſe interpretatur. MICROLOGVS (*cap. VI. de Eccleſ. obſervat.*), aliqua obſcurum hunc locum luce perfundit, dum ait: *fecit idem* ALBINVS *in Sancta Eccleſia non contemnendum opus. Nam* Gregorianas *orationes in libris Sacramentorum collegiſſe adſeritur, paucis aliis adjectis, quas tamen ſub obelo notandas eſſe indicavit: deinde alias orationes, ſive Praefationes, etſi non* Gregorianas (Gelaſianas explico), *Eccleſiaſticae tamen celebritati idoneas collegit.* Alii quoque *Romanos* Sacramentorum libros ad ſuos, ſuarumque Eccleſiarum quique mores adcommodarunt. Heinc duo Sacramentorum Codices, alter a RODRADO, alter a GRIMOLDO Abbate nono ſaeculo ſcripti, de quibus in praefatione ad *Gregorianum* librum Sacramentorum MENARDVS eruditiſſime diſſerit. Sed privata iſthaec Sacramentaria innuiſſe ſatis ſit.

XVIII. Quos hactenus percenſuimus, Liturgicos libros acta *Murenſia* XII. Saeculo ſcripta fere omnes indicant his verbis: *Sunt etiam heic Miſſales libri quinque; ex his tres pleniter ſcripti ſunt; quartus vero habet Graduale cum orationibus, quinctus tamen orationes habet* (huncque in *Murenſi* Bibliotheca etiamnum extare monet *P. Leodegarius* MAYER ejus Coenobii Monachus *Explicat. Cerem. Eccleſ.* p. 106.), *& duo lectionarii; unus cum lectionibus habet & Evangelia. Eſt & Evangelicus liber, & quatuor gradualia: ex his unum muſice notatum eſt. Et duo libri cum verſibus offertoriorum; ex his unus muſice notatus eſt. Et tres Antiphonarii; ex quibus unus muſice notatus eſt. Et decem Sequentionarii; ex his habent tres verſus offertoriorum; unus etiam muſice notatus eſt.* Heic tamen praeter libros a nobis recenſos duo occurrunt, qui in *Murenſi* Eccleſia a ceteris ſejuncti erant, liber ſcilicet *cum verſibus offertoriorum*, qui in Antiphonariis paſſim legebantur, & liber *orationes* continens. Equidem P. de RVBEIS *in diſſ. de ſacr. Forojul. Ritib.* (*p.* 105.), volumen hocce orationum idem, quod Sacramentarium habuit; in *quo Praefationes etiam, & Canonem, aliaſque* PRECES *deſcribi conſueviſſe nullum dubium*. Mihi tamen liceat a viro Clariſſimo diſſentire. Dum in hoc ipſo indiculo *Graduale* cum ORATIONIBVS memoratur, ecquis *orationum* nomine *Praefationes*, *Canonem*, aliaſque *Preces*, verbo *Sacramentorum librum* interpretetur? *Orationum* utique nomine nonniſi quas alio Eccleſiaſtico vocabulo *Collectas* dicimus, preces heic intelligendas vel ipſa earum cum *Graduali* conjunctio nos admonet. Itaque & in altero loco unum video librum, cui orationes, ſeu collectae ad Miſſam legendae inſcriptae erant. Equidem ſcio hujuſmodi libros, qui collectas continebant, ad horas plerumque ſpectaſſe Canonicas; ſed quum *Murenſis* hic liber *Miſſalis* dicatur, collectas non ad Canonicarum horarum officium, ſed ad Miſſam pertinentes neceſſe heic eſt indicari (1).

Brevis indicatorum hactenus librorum ex Actis Murenſibus recenſio

duobus tamen additis libris, altero verſus Offertoriorum;

collectas altero continente

XIX. Paene

---

(1) Contra vero aliud omnino ab *Orationibus* ſeu *Collectis* deſignare mihi videatur duo PRECARDI, quorum meminit indiculus *Tarviſinae* Eccleſiae *Venetiis* editus e *Valvaſenſi* typographio (T. VIII operis inſcripti: *Memorie per ſervire all' Iſtoria &c. P. V. pag* 26]. Hoc quidem nomine doctus Editor idem ſignificari coniecit, quod *Libri ab Orationibus veteribus* in aliis *Tarviſinis*

Diptycha

XIX. Paene oblitus fueram, hujus paragraphi initio me diptychorum ſeparatis interdum tabulis inſcriptorum meminiſſe. Quid ea fuerint, ubi de *Graecorum* Liturgicis libris actum eſt, paucis indicavi. Solum heic addo latini moris exempla. In interioribus tabulis celebris Brixiani diptychi ad illuſtrem *Barbiſoniam* familiam pertinentis, quod ex Conſulari Eccleſiaſticum evaſit, legere eſt Sacroſancti Canonis Miſſae rituales formulas, inter quas ea praecipua legitur OFFERIMVS, Sanctorum nomina, invocationes, & multas, quae ad MEMENTO cum vivorum, tum eorum etiam, qui mortui ſunt, fiebant, indicationes. Confer GORIVM (*T. I. Theſ. diptych. p.* 200.). In averſa quoque *Leodienſis* diptychi, quod WILTHEMIVS Vir doctiſſimus illuſtravit, parte lineas fuiſſe univerſim quadragintaduas conſpicimus, eam Canonis partem continentes, quam vulgo *Communicantes* appellamus, ſed alia formula, quam Romana ſeu veteri, ſeu nova. Vide eumdem WILTHEMIVM apud *Gorium* (*l. c. p.* 50.). Ex diptycho quoque *Ambianenſis Eccleſiae*, quod a. MCXX. exaratum fuiſſe *Chriſtianus* SALIG monet (*de diptych. cap. XX. §.* 27.), idem conſtat, quod ad defunctorum ſpectat commemorationem.

Editae horum omnium librorum collectiones

XX. Ut tandem ab hoc me argumento expediam, adnotandae ſunt horum omnium librorum, quae hactenus typis prodierunt, collectiones. Omnium prima *Iacobum* PAMELIVM auctorem habuit. Hic operis titulus. „ *Liturgia latinorum*, Jacobi PAMELII .... *duobus tomis digeſta*: „ quorum prior ritum ſacrificii Miſſae continet, a D. N. Jeſu Chriſto, „ ejuſque Apoſtolis, ac aliis vetuſtioribus *Latinae* Eccleſiae Patribus ob- „ ſervatum cum AMBROSIANIS Miſſa, Collectis, Praefationibus, ac „ Miſſa *Moſaraba* olim in *Hiſpaniis* uſitata. Poſterior vero D. HIE- „ RONYMI *Comitem*, ſive Lectionarium, D. GREGORII Papae *An-* „ *tiphonarium*, & ejuſdem, ac GRIMOLDI, & ALCVINI Abbatum „ Sacramentorum libros, e quibus vetus ordo Miſſae Romanae concin- „ natus eſt, cum vetuſtiſſimis quibuſdam Praefationibus *Coloniae Agrippi-* „ *nae* apud *Geminum Calenium*, & heredes *Quentelios* MDLXXI., „ Menſe Auguſto 4. Iterum ibidem MDCIX. per *Arnoldum Queuſnelium*, ac tertio LIPENIO teſte in *Biblioth. Reali Theologica* MDCLXXVI. Poſt hanc collectionem ea doctorum virorum calculo probatiſſima eſt, quam Card. *Ioſeph Maria* THOMASIVS *Romae* vulgavit hoc titulo: *Codices Sacramentorum nongentis annis vetuſtiores, quorum primus eſt Eccleſiae Romanae, reliqui Gallicanae*, typis Angeli Bernabò MDCLXXX. 4. Primus ille *Gelaſianum* Sacramentarium eſt tres in libros tributum, ceteri Miſſale *Gothicum*, *Francorum*, & *Gallicanum vetus*. Ab hac porro non diſiungenda THOMASIANA collectio altera, quae praenotatur: *Antiqui libri Miſſarum* Rom. *Eccleſiae*, *id eſt* Antiphonarius S. GREGORII M., Comes *ab* ALBINO *ex* CAROLI M. *praecepto emendatus*. *Alii* lectionarii. *Et* Capitulare Evangeliorum. *Omnia ex MSS.* vel *primum edita*, vel *emendata* Romae

finis monumentis appellati. Atqui niſi admodum fallor, heic ego BVRCHARDI Collectionem video, quae in Eccleſiarum Bibliothecis paſſim exſtabat. Ex BVRCHARDO enim quemadmodum BROCCARDVM, ita & PRECARDVM ab imperito Scriptore factum, quis non videat?

Digitized by Google

mac MDCXCI. 4. Verum ampliſſima Liturgicorum latinorum librorum collectio a Cl. *Ludovico* ANTONIO MVRATORIO *Venetiis* prodiit MDCCXLVIII. typis *Ioh. Baptiſtae Paſquali* duobus tomis in f. Ea inſcribitur: *Liturgia* Romana *vetus tria Sacramentaria complectens*, LEONIANVM *ſcilicet*, GELASIANVM, & *antiquum* GREGORIANVM, *edente* Ludovico Antonio MVRATORIO ..., *qui & ipſum cum aliarum gentium Liturgiis contulit ad confirmandam prae ceteris Catholicae Eccleſiae doctrinam. Denique accedunt Miſſale* Gothicum, *Miſſale* Francorum, *duo* Gallicana, & *duo omnium vetuſtiſſimi Eccleſiae Rituales libri*. Huic utiliſſimae collectioni praemiſſa ab editore eſt inſignis *de rebus Liturgicis* diſſertatio, de qua vide quae dicta a me ſunt (*T. I. bibl. litter. Ital. lib. I. cap. 4. p. 59. ſeqq.*).

§. II.

Ceteri Romanae Eccleſiae libri Liturgici.

Nova librorum Liturgicorum ſeries.

I. ANtiquior aetas, ut vidimus, quatuor potiſſimum libros ad Miſſam adhibuit, *Antiphonarium*, ſeu *Graduale*, *lectionarium*, *Evangelium*, *librum Sacramentorum*. Proceſſu temporis nova Miſſalium librorum diſtributio invecta eſt. Etenim in RICVLFI *Helenenſis* Epiſcopi teſtamento, quod ſuperiore paragrapho laudavimus, legere eſt: *unum quoque Miſſale*, & *lectionarium in uno volumine*, *alium vero Miſſale cum Antiphonario in uno volumine*. In catalogo autem codicum, qui ſub FOLMARO Abbate (obiit is A. MXLIII. pridie idus Maii) in Monaſterio *Vbeiſſenburgenſi* exſtabant, numerantur *Miſſales cum Epiſtolis*, & *Gradualibus*, & *Evang. VIII. Miſſales ſpecialiter cum orationibus*, *VI.* & *ſeptimus cum Gradualibus*, & *Sequentiali*, & *Baptiſmali*, & *commendatione animae*, *qui fuit* ADALHARDI. Recolantur heic etiam Miſſales, quos in Actis *Murenſibus* percenſos vidimus.

In his Miſſalia plenaria

II. Praecipue tamen nono ipſo ſaeculo Miſſalia *plenaria*, ſeu ut in iiſdem Actis *Murenſibus* dicuntur, *pleniter ſcripta*, obtinuerunt, ea ſcilicet, in quibus quaecumque in Miſſis privatim celebrandis legenda ſingulis diebus praeſcribebantur, omnino continerentur. In antiquiſſima Synodali admonitione, quae LEONI IV. ſummum a. DCCCXLVII. Pontificatum indepto tribuitur, atque inter ejus epiſtolas proſtat in *Labbeana* Conciliorum editione, ſtatutum fuit, ut Miſſale PLENARIVM, *lectionarium & Antiphonarium unuſquiſque habeat*; quae RATHERIVS *Veronenſis* Epiſcopus ſaeculo ſequente in ſuam Synodicam epiſtolam tranſtulit. In veteri *Inquiſitione* libris REGINONIS *de Eccleſiaſticis diſciplinis* praepoſita, *de perquirendis ab Epiſcopis in Eccleſiarum viſitatione*, hi inter cetera perquirere debebant: *Si Miſſalem plenarium*, *Lectionarium*, & *Antiphonarium* (presbyter) *habeat*. *Nam ſine his Miſſa perfecta non celebratur.* At, inquies, ſi omnia ad rei divinae celebrationem neceſſaria Miſſale plenarium complectebatur, quid praeterea *Lectionario*, aut *antiphonario* opus? Nempe non heic de quacumque Miſſa agitur, ſed de Miſſis ſolemniter celebrandis, in quibus ſaltem a Miniſtro & epiſtola legebatur, & Pſalmi cum Sacerdote cantabantur. Nam in eadem *Inquiſitione* (*num.* 26.)

Epiſcopus inquirere jubetur, *ſi Presbyter Clericum habeat, qui legat epiſtolam, vel lectionem, & qui ad Miſſam reſpondeat, & cum eo Pſalmos cantet*. In laudata quoque LEONIS IV. Synodali *admonitione* praecipitur, ut *omnis Presbyter Clericum ſecum habeat, vel ſcholarem, qui epiſtolam, aut lectionem legat, ei ad Miſſam reſpondeat, & cum quo Pſalmos cantet*. Habes ergo, cur *Lectionarium & Antiphonarium* praeter *Miſſale plenarium* praeſcriberetur; hoc ſcilicet Sacerdoti ſatis erat; ſed duo illa a Miniſtro adhibebantur. Sed paullatim eo deventum eſt, ut in ipſis Miſſarum ſolemniis cum Diaconi, Subdiaconi, & Clericorum Miniſterio celebratis uno eodemque Miſſali Diaconus ad Evangelium decantandum, ad legendas epiſtolas Subdiaconus, Sacerdos ad cetera perſolvenda uteretur. Id DESIDERIVS Abbas primum *Caſſinenſis*, poſtea ſummus Pontifex, quum minus decere arbitraretur, Coenobio ſuo libros Liturgicos magnis ſumptibus comparavit ex veteri more diſtinctos. Rem narrat LEO *Oſtienſis in Chronico Caſſinenſi* (*lib. III. cap.* 20.), his verbis: *Librum quoque Epiſtolarum ad Miſſam deſcribi faciens, tabulis, aurea una, altera vero argentea decoravit. Codicem etiam Regulae Beati* BENEDICTI *pulcro nimis opere deſuper comptum, aforis argento veſtivit: ſimiliter fecit de Sacramentariis Altaris, uno, & altero, & duobus nihilominus Evangeliis, & Epiſtolario uno. Nam uſque ad illud tempus in Plenario Miſſali tam Evangelia, quam Epiſtolae legebantur, quod quam eſſet, tunc inhoneſtum, modo ſatis advertitur*. Nos aliis hodie moribus vivimus. Diverſis enim ejuſdem Miſſalis Plenarii editis exemplis, quorum alterum Sacerdoti, alterum Miniſtris paratur, Sacra ſolemnia peragimus. Chorus tamen libris ſaepe pro canendarum rerum diverſitate diſtinctis utitur: qua de re alibi. Ad Plenarium Miſſale redeo.

Aliqua horum MSS. exempla. III. Miſſalis Plenarii, omnia ſcilicet complectentis, quae in ſacris conficiendis myſteriis cum a Sacerdote, tum a Miniſtris, & a Choro dicuntur, antiquiſſimum Codicem heic in ditiſſima *Angelica* Bibliotheca ſervari teſtis eſt MERATIVS in Notis ad GAVANTVM (*T. I. pag.* 5. *Ven. edit.*). Alium in *Vaticana* Bibliotheca *num.* 4770. praenotatum GEORGIVS memorat (*pag. CLXX.*). *In Theſauro* quoque *Londinenſis* Eccleſiae ſub ſaeculi XIII. finem plura ſervabantur Miſſalia, quae in *Monaſtico Anglicano* (*T. III. pag.* 322. *ſeq.*) recenſentur. In his *Miſſale* PLENARIVM *notatum; & praemiſſis Kalendario, Kyrie, Gloria, & Sequentiis*. Quamquam quid haec commemoro? Omnia fere Miſſalia poſt XI. aut XII. ſaeculum ſcripta *plenaria* ſunt. Horum exempla non pauca in *Venetis*, *Bononienſibus*, *Florentinis* (1), *Romanis* (2) Bibliothecis ipſemet

---

(1) Aliquot ex Florentinis Miſſalibus MSS. indicavi *Tom. I. hiſt. Litter. Ital.* (*pag.* 35 *ſeq.*) quo loco de nonnullis Miſſalibus Miſſam exhibentibus *pro anima, de qua dubitatur* diſputavi: Quamquam de ea quaeſtione, an Eccleſia pro damnatis animabus preces umquam, ac ſacrificia obtulerit, uberius diſſerui in meis ad PETAVII Librum III. *de Angelis cap VIII.* adnotationibus.

(2) Inter *Romanas* hodiernas Bibliothecas ſingularem ſibi locum vindicat ampliſſima, & lectiſſima librorum ſupellex, qua Emin. *Marius* MAREFVSCHIVS ſuas aedes ornavit. Heic enim vero perelegans membraneum Miſſale *ſecundum conſuetudinem Curiae Romanae* XV ſaeculo exaratum videre mihi licuit,

met vidi . Duos quoque in *Bibliotheca Piſtorienſi* ejuſmodi Codices memoravi alterum (*p.* 54.), ante ann. MCCCXVII. deſcriptum, quod in aedibus, ut ajunt, *Sapientiae* exſtat, alterum (*p.* 20.) in Canonicorum archivo ſervatum , de quo haec ibi : „ Miſſale ſatis vetuſtum ſub
„ finem mutilum. Inter alias Miſſas hae tres in eo leguntur, *Miſſa Coro-*
„ *one Domini*, *Miſſa pro temptationibus inimicorum*, & *cogitationibus cordis*,
„ ac Miſſa *contra judices male agentes*. In feſto vero *Nivis* loco libri *Sa-*
„ *pientiae* haec lectio praeſcribitur : *Vas caſtrorum in excelſis*, *in firma-*
„ *mento celi reſplendens*, *ſpeties celi*, *gloria ſtellarum*, *mundum illuminat ex-*
„ *celſus Dominus*. *In verbis Domini Sancti ſtabunt ad judicium*, & *non de-*
„ *ficient in vigiliis ſuis*. *Vide arcum* , & *benedic* , *qui fecit illum* : *valde*
„ *ſpecioſus eſt in ſplendore ſuo*. *Giravit celum in circuitu ſuo glorie ſue*. *Ma-*
„ *nus excelſi aperuerunt illum imperio ſuo*: *acceleravit nives* , & *accelerat*
„ *coruſcationes emictere judicii ſui*. Sed tria adhuc in eo ſunt animadver-
„ ſione digniſſima , quae in *Canone Miſſae* reperi . Nam ad *Communi-*
„ *cantes* poſt Sanctorum COSMAE & DAMIANI nomina pergit Co-
„ dex : *Zenoni* & *Nicholai* & *omnium Sanctorum tuorum*, *nec non* & *illo-*
„ *rum Martyrum*, *quorum hodie ſolempnitatis in conſpectu glorie tue celebratur*
„ *triumphus*, *quorum meritis* &c. Praeterea peculiare aliud *Communicantes*
„ ibi notatur : *Communicantes*, & *diem Sacratiſſimum celebrantes*, *quo Do-*
„ *minus Noſter Jeſus Chriſtus pro nobis eſt traditus*, *ſed* & *memoriam* ....
„ Tandem ad *memento* (ut omittam *Regis noſtri* mentionem fieri paullo
„ antea poſt ea verba *Antiſtite noſtro*), haec accedunt praeter noſtrum
„ morem ad illud *nota devotio* . *Mihi quoque indigno peccatori famulo tuo*
„ *propitius eſſe dignare* , & *cum his omnibus me a cunctis munda delictis*,
„ *pro quibus* &c. „ Sed feſti diei, quo nivis miraculum contigit, iniecta heic mentio aliud membraneum Miſſale in memoriam mihi revocat ſaeculo XV. exaratum, quod a. MDCCLXVII. *Auximi* vidi apud Clariſs. Canonicum *Lucam* FANCIVLLI. In eo quoque de hoc miraculo Miſſa, ſed a *Piſtorienſi* admodum diverſa praeſcribitur (3).

cuit, in quo Miſſae *pro anima de qua dubitatur* nullum veſtigium. Codices noſſe, ubi ea deſideratur, magni intereſt. Uno ſaeculo antiquior Codex Miſſalis eſt *ſecundum conſuetudinem Curiae Romanae*, quem SALA (*Tom. II. Rer. BON Liturg. p.* 336.) in ampliſſima CASANATENSI *PP. Dominicanorum* Bibliotheca ſervari teſtatur.

(3) En illam, quam tunc exſcripſi memor, quanta de feſto illo die contemptione TILLEMONTIVS & BAILLETVS loquantur, Codicis ortographia ſervata.

„ In Sancte Marie Nivis ad Miſſam
„ Introytus.
„ Placuit divine providentie egre-
„ giam Urbem Matris ſue habitaculo
„ decorare, ut dum a populo frequen-
„ ter(*ſic*)veneretur in terris, opem ſue
„ interceſſionis de celis gaudeant ad-
„ veniſſe. Ps. Contra naturam tem-
„ poris aer nimia frigoris congelatio-
„ ne conſtringitur, ut hymbre deſu-
„ per fuſo miraculo pariter, & algo-
„ rem miniſtraret. ℣. *Gloria* . *Oratio*. „
„ Deus qui hodierna die ad declaran-
„ dam gloriam Beate Marie ſemper
„ Virginis genitricis tue per deſcen-
„ ſum nivis in eſtivis caloribus locum,
„ in quo hedificarent ei templum, di-
„ gnatus es demonſtrare, tribue que-
„ ſumus, ut ejus obſequiis inſiſtentes
„ refrigerati eſtu concupiſcentie can-
dore

Editiones ante Pianam Miſſalis reformationem

IV. Ad editos tandem *Romanae* Eccleſiae Miſſales libros deveniamus. Ac primum aliquot, quae *Pianam* reformationem praeceſſerunt, editiones vel a me inſpectas, vel ab aliis memoratas ordine Chronologico numeremus.

MCCCCLXXVII. Poſt Kalendarium *incipit ordo Miſſalis ſecundum conſuetudinem Curiae Romanae*. In altera extremae paginae columna (ſingulae enim paginae duas veluti in columnas tribuuntur) legere eſt: *Sub feliciſſimo* Ferdinando *Rege inclite Neap. opus hoc ſacrum impreſſum eſt per* Mathiam MORAVUM. *Emendatumque diligentiſſime per Religioſos fratres Sancte* Marie Nove. *Anno*. MCCCCLXXVII. Hujus editionis, in qua Miſſa illa exſtat *pro animi, de qua dubitatur* in MS. *Mareſuſchiano* Codice ut dixi, haud exſcripta, nitidiſſimum exemplum vidi in membranis. In eo autem poſt nuper exſcripta verba manu exarata legebatur Miſſa hujuſmodi *in Sanctae Annae*.

Oratio.

„ DEus, qui beatam Annam matrem tuae genitricis fieri voluiſti, „ praeſta quaeſumus, ut apud te meritis utriuſque Matris, & filiae „ regna coeleſtia conſequamur. Qui vivis.

Se-

„ dore dealbemur. Qui vivis. *Epiſtola* „ Ab initio, & ante ſecula &c. Re. „ (ſcilicet *require*) *infra in Miſſa votiva Or*. Requirentes locum mox „ Papa *Liberius* foſſorium letus accipiens, ſicut nix deſignaverat, propriis „ manibus terram cepit effodere. Immenſi igitur miraculi tam Pontifex, „ quam Curia, quam Clerus & populus admiratione dicentes benedictus Deus. ℣. Omnipotenti Deo immenſas gratias perſolvere nos oportet, quod cum ſumus omnium meritorum ſublimatione privati, ad ſpirituale ſue genitricis Marie obſequium dignatus eſt deputare.„

„ *Sequentia*.

„ Ad honorem Matris Dei, que eſt „ ſalus noſtre ſpei, in hac hora nunc „ diei hymnum demus dulciter. ℣. Vere Mater veneranda, ſuper nivem dealbanda, invocanda, collaudanda citanda humiliter. ℣. Ecce ſibi Virgo „ clemens, in hac die mire ſplendens „ templum jam fieri volens intra Urbis „ menia ℣. miro modo, & ſtupendo „ contra tempus peragendo ſolum edis „ dealbando nive candidiſſima ℣. affuit „ in viſu virgo Sacerdoti ſummo viro; tu, inquit, cum toto Clero una „ cum patricio ℣. rem mirandam pateſeci. Vade, vide; ego geſſi: edifica „ que expreſſi more quadratario. ℣. Ita „ Virgo more miro edifica nos in giro „ quadro lapide porfirico cum candore „ niveo ℣. ad te alma Virgo Mater „ ſuſpiremus inceſſanter, nos commenda condignanter Chriſto filio tuo. „ Amen. *Evangelium* Loquente Jeſu ad „ turbas &c. *Offer*. Illuſtris vero *Johannes* patricius propter ea, que ſibi „ & uxori ſue fuerant revelata, omnia, que habebant, beate Marie conferentes ipſam venerabilem baſilicam „ fecerunt heredem, alleluja.„

Secreta.

„ Illius Domine Deus immaculate „ hoſtie percipiamus effectum, quae „ de illibata Virgine Maria, cujus „ hodie feſta celebramus, in ara Crucis pro totius mundi redemptione „ ſe voluit humiliter ymolari. Qui „ tecum &c. *Communio*. Quam perfectam baſilicam idem *Liberius* Papa „ in honore Dei & beatiſſime genitricis *Marie* conſecravit, alleluja. *Pſ. Communio*.

„ Supplices te rogamus omnipotens „ Deus ut glorioſiſſime *Marie* genitricis Filii Domini noſtri *Jeſu Chriſti* ſacra miſteria, & mira beneſitia ejus „ interveniente merito & preſidio ab „ hoſtibus liberi, & celeſtibus apti eſſe „ valeamus &c.„

Digitized by Google

Secreta.

„ SUper has hoſtias quaeſumus omnipotens Deus, quae in memo-
„ riam beatiſſimae *Annae* Matris glorioſe (genitricis) Unigeniti
„ filii tui Domini Noſtri *Jeſu Chriſti* conſecrantur, tuam infunde be-
„ nedictionem. Per eumdem.

Poſtcommunio.

„ SUmpta Sacramenta quaeſumus Domine, intercedente beatiſſima
„ *Anna* Matre glorioſae genitricis Unigeniti tui, nos ab hoſtium
„ defendant formidine, & aeternae mortis amaritudine. Per Chriſtum.

MCCCCLXXVIII. *Mediolani*, excudente *Antonio* ZAROTTO fol.

MCCCCLXXX. MERATVS in indice

MCCCCLXXXII. *Neapoli*.

MCCCCLXXXIII. *Norimbergae*.

MCCCCLXXXIV. ibidem typis *Georgii* STVCHS 4. & *Venetiis* apud *Georgium* ARIVABENVM & *Paganinum* de PAGANINIS fol. Miſſalis hoc anno *Papiae* editi meminit Bibliotheca *Colbertina*.

MCCCCXC. *Venetiis*.

MCCCCXCII. Brixiae: ex Biblioth. *Colbert.*

MCCCCXCIII. *Venetiis*. MERAT.

MCCCCXCIV. *Venetiis* per *Philippum de Pincis* fol. Exſtat in *Catal. Bibl. Cappon. p.* 413.

MCCCCXCVIII. ibid. ex Biblioth. *Tellerianae indice*.

MCCCCXCIX. *Bambergae*; item *Venetiis* 4. de hoc vide SALAM (*T. III. p.* 87.)

MD. *Venetiis* 4.

MDI. *Venetiis* apud *Bonetum* LOCATELLVM 8.; item apud *Lucam Antonium* de GIVNTA 8.; item *Lugduni*, ex Bibliotheca *Colbertina*.

MDV *Lugduni* apud *Stephanum* BALAND fol.

MDXI. *Venetiis*. Vide SALAM (*T. III p.* 359.)

MDXV. *Venetiis* per *Gregorium* de GREGORIIS 4. item apud IVNTAS. 4.

MDXX. *Venetiis* apud IVNTAS.

MDXXI. *Venetiis* in aedibus *Lucae Antonii* de GIVNTA fol., & ibidem per *Jacobum* de LEVCHO 4.

MDXXII. *Venetiis* ibid. 4.

MDXXXV. *Venetiis* in officina *Petri* LIECHTENSTEIN 4.

MDXL. *Venetiis* apud heredes *Lucae Antonii* GIVNTA 4.

MDXLI ibidem apud eoſdem 8.

MDXLII. & MDCXLIII. per *Hieronymum* SCOTVM fol.

MDL. Lugduni apud *Gulielmum* ROVILLIUM. 4.

MDLIV. *Venetiis* ex libraria officina a *Serena* 4.

MDLVI. *Venetiis* apud heredes *Petri* RABANI.

MDLVIII. *Venetiis* apud IVNTAS fol.; ibid. apud *Petrum* BOSELLVM fol.

MDLIX. *Lugduni* in 4. Item *Venetiis*.

MDLX. *Venetiis*.

MDLXIII. *Venetiis* apud IVNTAS. In tribus hiſce poſtremis *Venetis* Miſſalibus leguntur peculiares Praefationes in feſtis Sanctorum *Joh. Bapt.*

Bapt. Rochi Auguſtini, *Hieronymi*, & *Franciſci*, immo in hoc a. MDLXIII. p. 340. praeterea extat Praefatio *de ſeptem Spiritibus adſtantibus ante Thronum D. I.* Vide SALAM (T. III. p. 334.)

MDLXIV. *Venetiis* apud *Joannem* VARISCVM.

MDLXV. *Venetiis* apud *Hieronymum* SCOTVM fol.

Reformatio Piana, editioque ad eam Miſſales libri

V. Tandem a MDLXX. prodiit Miſſale *Romanum* a S. PIO. V. reformatum. Editum autem eſt eo anno *Romae* tum in fol. *apud heredes Bartholomaei* FALETTI tum in fol. quae editio in membranis extat in luculentiſſima Emin. MAREFVSCHII Bibliotheca, tum in 4. praemiſſa S. Pontificis Conſtitutione, quae XXIX. Julii ea ſuper re prodierat (4) Recenſum vero ſaepius fuit, uti

MDLXXIV. *Venetiis* - Bibl. Colb.

MDLXXV. Ibidem apud IVNCTAS. Notandum enimvero eſt geminam a IVNCTIS hoc anno Miſſalis editionem curatam fuiſſe, alteram illis, quos vulgo *Gothicos* dicimus, characteribus exſcriptam, alteram nitidis typorum formis expreſſam. Utramque vidi in Bibliotheca Collegii *Romani*.

MDLXXVIII. Romae in aedibus Populi *Romani* 4.

MDLXXXIV. *Venetiis* apud IVNCTAS 4.

MDLXXXVII. *Antuerpiae* apud *Chriſtophorum* PLANTINVM 4.

MDLXXXVIII. *Romae* apud *Dominicum* BASAM f.

MDLXXXIX. Venetiis apud IVNCTAS 4.

MDXCVI. *Antuerpiae* ex officina *Plantiniana* f. *Pariſiis* apud *Societ. typogr.* 8., & Venetiis (5)

MD-

---

(4) Inter alia, quae a *Romanis* Miſſalis ſub PIO V. Correctoribus emendata ſunt, ubi in Miſſa Feriae tertiae poſt Dominicam tertiam Quadrageſimae in MATTHEI Evangelio legebatur: *In illo tempore reſpiciens Jeſus in diſcipulos ſuos dixit* Simoni Petro: *ſi peccaverit in te frater tuus*, ex ipſo MATTHAEI textu reſtitutus hic locus fuit in hunc modum: *Dixit Jeſus diſcipulis ſuis, ſi peccaverit &c.* Nugatur FEBRONIVS dum (*T. II. pag.* 227.) hancce correctionem Curiae *Romanae*, cui vetus illa lectio incommoda adcideret, artibus tribuit. Vide quae hac de re diſputavimus in *Antifebronio vindicato* (*T. II. diſſ. IV. cap.* 6. *n.* 12. *pag.* 164. *ſeqq.*

(5) In Venetum hujus anni Miſſalem librum, alioſque non abſimiles, qui eadem in urbe ſequentibus annis exierunt, Decretum hujuſmodi a S. Indicis Congregatione latum fuit a. MDCI.

„ Nos *Auguſtinus Valerius* S. *Marci*
„ *de Verona*, *Simeon Sancti Laurentii*
„ *in Lucina de Terranova*, *Hieronymus*
„ *Bernerius* Sanctae *Mariae* ſuper Mi-
„ nervam *Aſculanus*, *Marianus Per-*
„ *benedictus SS. Petri*, & *Marcellini*
„ *de Camerino*, *Paulus* S. *Caeciliae*
„ *Sfondratus*, *Fedricus* S. *Mariae* An-
„ gelorum in Thermis *Borromaeus*,
„ *Caeſar SS. Nerei*, & *Achillei Baro-*
„ *nius*, *Franciſcus* S. Crucis in *Hieru-*
„ *ſalem de Avila*, *Pompejus* S. *Balbi-*
„ *nae Arrigonius*, *Silvius* S. Salvatoris
„ in Lauro *Antonianus*, *Robertus* S. *Ma-*
„ *riae* in Via *Bellarminus* nuncupati Ti-
„ tuli S. R. E. Presb. Cardinales a S. D.
„ N. *Clemente* Divina Providentia Papa
„ VIII. Sanctaque Sede Apoſtolica ſu-
„ per librorum permiſſione, prohibi-
„ tione, expurgatione, & impreſſione
„ in univerſa Republica Chriſtiana ſpe-
„ cialiter deputati.„

„ Univerſis omnibus, & ſingulis
„ Chriſtifidelibus, cujuſcumque ſta-
„ tus,

MDXCVII. *Venetiis* apud *Nicolaum* MISSERINVM f., item *Antverpiae* 4. VI.

,, tus, gradus, ordinis, & conditio-
,, nis, aut praeeminentiae, tam in
,, Italia, quam extra, & ubilibet exi-
,, ſtentibus, ad quos praeſentes litte-
,, rae noſtrae pervenerint, ſalutem, &
,, ſinceram in Domino Catholicae fidei
,, integritatem. ,,

,, Significatum eſt Sanctiſſ. D. N. non
,, ſine gravi moleſtia, quod nonnulli
,, Bibliopolae, Impreſſores, & Typo-
,, graphi, ſui loci, & muneris obliti,
,, omneſque obedientiae, & modeſtiae
,, limites praetergreſſi, Miſſale *Roma-*
,, *num* imprimere, atque edere, &
,, pervulgare auſi ſunt, a *Romana* ejuſ-
,, dem Miſſalis editione diverſum, ac
,, plurimis in locis immutatum, ad-
,, verſus decreta, & ordinationes hu-
,, jus Sanctae Apoſtolicae Sedis, ad
,, quam ſolam pertinet, quid in hoc
,, genere obſervandum ſit praeſcribe-
,, re. Nam quum piae memoriae *Pius*
,, Papa V. Miſſale *Romanum* ex decre-
,, to Sacri *Tridentini* Concilii reſtitu-
,, tum *Romae* edendum curaſſet, vo-
,, lens futuris incommodis providere,
,, & hominum licentiam coercere, ut
,, idem *Romanum* Miſſale incorruptum,
,, & a mendis, erroribuſque purga-
,, tum praeſervaretur, decrevit, &
,, ordinavit, eidem Miſſali nihil un-
,, quam addendum, detrahendum, aut
,, immutandum eſſe, ipſis vero Im-
,, preſſoribus nominatim diſertis ver-
,, bis, & gravibus propoſitis poenis,
,, prohibuit, ne Miſſale imprimere au-
,, derent, niſi impetrata a Commiſſa-
,, rio Apoſtolico licentia, & collatio-
,, ne facta cum Miſſali in urbe impreſ-
,, ſo, & adteſtatione adhibita, quod in-
,, ter ſe codices concordarent, neque
,, in ullo penitus diſcreparent, que-
,, madmodum in ejuſdem *Pii* V. lit-
,, teris, quae in quovis Miſſali ad Ver-
,, bum deſcribuntur, plenius contine-
,, tur. Quae omnia tam accurate, &
,, prudenter conſtituta ſatis tamen
,, non fuerunt ad quorumdam Im-
,, preſſorum praeſertim in civitate *Vene-*
,, *tiarum* intolerabilem audaciam frae-
,, nandam, nam manum in meſſem
,, plane alienam per ſummam temerita-
,, tem immittentes, in Miſſali Roma-
,, no ab eis impreſſo ab anno MDXCVI.
,, excluſive & publice edito, multa
,, pro ſuo arbitrio addiderunt, detra-
,, xerunt, & immutarunt, in grave
,, piorum ſcandalum, Apoſtolicae Se-
,, dis offenſionem, quin etiam & in
,, ſuorum Principum injuriam, a qui-
,, bus obtinuerunt, non ut quaevis Miſ-
,, ſalia prout eis collibuiſſet, impreſſa
,, divenderent, ſed illa tantum, quae
,, Miſſale a *Pio* V. ex decreto Concil.
,, Trid. editum penitus, ut dictum
,, eſt, referrent, atque omni ex parte
,, cum eo concordarent. Hanc igitur
,, Impreſſorum tantam, & tam teme-
,, rariam audaciam graviter, ut par
,, eſt, ferens idem Sanctiſſ. D. N. ne
,, ea impunita remaneret, & ut gravio-
,, ribus malis, & detrimentis aditus
,, praecluderetur Nobis vivae vocis ora-
,, culo mandavit, ut quantocius ſu-
,, per his de opportuno remedio provi-
,, deremus. Quare inter nos matura
,, deliberatione praehabita, tenore prae-
,, ſentium declaramus, Impreſſores
,, omnes, qui Miſſale *Romanum* ex
,, decreto Concil Trid. reſtitutum, &
,, autoritate fel. record. *Pii* V. editum,
,, quomodolibet alterare auſi ſunt, &
,, praeſertim *Venetiis*, in omnes & ſin-
,, gulas cenſuras, & poenas in eadem
,, Bulla *Pii* V. contentas incidiſſe. De-
,, cernentes praeterea, omnia & ſingu-
,, la ejuſdem Miſſalis exemplaria ſic al-
,, terata, praeſertim *Venetiis* apud *Jun-*
,, *tas*, *Seſſas*, *Miſerinum*, & ad Si-
,, gnum Syrenae, & Europae, & quoſ-
,, cumque alios, ab anno MDXCVI.
,, ut dictum eſt, uſque in praeſentem
,, diem omnino prohibita eſſe, neque
,, a quovis Impreſſore, Bibliopola, vel
,, mercatore publice aut privatim ven-
,, di, aut venalia proponi, vel ſub quo-
,, cumque titulo diſtrahi, & tranſmit-
,, ti poſſe, donec aliter per Sedem
,, Apo-

Nova reformatio Miſſalis auctore Clemente VIII.

VI. Enimvero etſi ſub S. PIO V. multum operae a *Romanis* Correctoribus poſitum eſt, ut quamemendatiſſimum Miſſale exiret in lucem, aliqua tamen illis exciderant, quae correctoria manu indigebant. CLEMENS igitur VIII. novis Miſſale curis recognoſci juſſit, & corrigi. Quod quum viri docti ad id delecti magna diligentia praeſtitiſſent, tum demum a. MDCIIII. *Romae* ex typographio *Vaticano* exiit Miſſale in f. novis illis emendationibus (6) reſtitutum. Huic vero editioni, ejuſdem CLEMENTIS VIII. epiſtola praemittitur eo ipſo anno data VII. Julii. Novis ſubinde acceſſionibus auctum fuit hoc Miſſale, cujus elegantiſſimam editionem *Romanum* S.ᵗC. de propaganda Fide tipographium a MDCCXLVII. dedit.

Miſſalis Romani verſiones

VII. *Romanum*, de quo hactenus, Miſſale in plures linguas converſum novimus. ISTRIA, & DALMATIA Littoralis, ubi ritus *Romanus* ſervatur, Miſſa tamen, aliaque officia *Illyrico*, ſeu *Sclavonico* idiomate celebrat. Hinc Miſſale *Romanum Illyrica* lingua redditum a *Simone* COSICIH, ſive BEGNA *Madraſſenſi* Epiſcopo, quod A. MDXXXI. chara-

„ Apoſtolicam fuerit ordinatum. Ad „ quæ inviolabiliter obſervan. Epi- „ ſcopi, ſeu locorum Ordinarii, & „ Inquiſitores ſub cenſuris, & pœnis „ in Bulla *Pii* V. contentis, aliiſque „ eorum arbitrio imponendis adſtri- „ gant prædictos Impreſſores, Biblio- „ polas, & Mercatores. Quoniam ve- „ ro eorumdem Miſſalium quampluri- „ ma exemplaria diſtracta ſunt per di- „ verſas Chriſtiani orbis Eccleſias, „ hortamur in Domino omnes Patriar- „ chas, Archiepiſcopos, Epiſcopos, lo- „ corum Ordinarios, Inquiſitores, „ & Regularium ſuperiores Prælatos, „ aut quarumcumque Eccleſiarum, „ tam ſæcularium adminiſtratores, „ quacumque dignitate eccleſiaſtica, „ ſeu gradu, vel præeminentia fulgen- „ tes, ut a præſentium notitia in lo- „ cis ſuae Juriſdictioni ſubjectis, quao- „ tocius omnia, & ſingula hujumodi „ Miſſalium exemplaria jam divendita „ ſedulo emendari curent, ad præſcri- „ ptum exemplaris ſub *Pio* Quincto „ primo editi, aut ad ejus normam „ incorrupte, atque exacte impreſſi; „ quibuſcumque in contrarium non „ obſtantibus. In quorum fidem has „ præſentes noſtras litteras per Secre- „ tarium noſtrum fieri fecimus, & ap- „ probavimus, & in conſuetis locis „ Almæ urbis publicari mandavimus, „ earumque tranſumptis impreſſis ma- „ nu alicujus Notarii publici ſubſcri- „ ptis, & ſigillo alicujus perſonae in „ dignitate Eccleſiaſtica conſtitutae ob- „ ſignatis eandem prorſus haberi fi- „ dem volumus, quae praeſentibus ad- „ hiberetur, ſi forent exhibitæ, vel „ oſtenſae. Dat. Romae in Palatio A- „ poſtolico in loco noſtrae Congrega- „ tionis Indicis die 1. Februarii 1601. „ Pontific. Sanctiſs. Domini N. Cle- „ mentis Papae VIII. Anno decimo.„

„ De Mandato Illuſtriſſimorum, & „ Reverendiſſimorum Dominorum Car- „ dinalium Congregat. Indicis Depu- „ tatorum.

„ Fr. Paullus Pius Ord. Praed. ejuſ- „ dem Congreg. Secretarius.

(6) Etiam in *Pionis* Miſſalibus oratió in feſto Cathedrae S. PETRI in hunc modum legebatur: *Deus*, *qui* B. PETRO *Apoſtolo tuo collatis clavibus regni coeleſtis* ANIMAS *ligandi &c.* Sed *Romani* ſub CLEMENTE VIII. Correctores nomini *Animas* PONTIFICIUM ſubſtituerunt. Id enimvero nuperus quidam Theologus in libello, quem *de poteſtate Epiſcoporum* ſcripſit pag. 95. *Venetae editionis*, vehementer carpit, ipſe graviſſima dignus caſtigatione, ut oſtendi in *Antiſebronio vindicato* (*T. II. diſſ. IV. cap. V. p.* 153. *ſeqq.*) quem locum Lector conferat, velim.

ractere, quem *Hieronymianum* vocant, excuſum fuit *Fani* S. VITI *Flo-
monenſi*, ſeu *Flumine* ejuſdem Epiſcopi expenſis 4. Praeterea *Romae* juſſu
VRBANI VIII. *Slavonice* editum fuit Miſſale *Romanum* MDCXLI. 4.
In *Chaldaicam* quoque linguam verſum a *Franciſco* ROS Epiſcopo primum
Angamalenſi, poſtea Archiepiſcopo *Cranganorenſi* referunt ALEGAMBIVS
in *Bibliotheca*, & *Nicolaus* ANTONIVS (*Bibl. Hiſpan.* T. I.). Praete-
rea Miſſale Romanum auctoritate PAVLLI V. *Since* redditum a P. *Ludo-
vico* BVGLIO *Panormitano Pekini* a. MDCLXX prodiit in 4. , quod
tamen S. C. *de Propaganda fide* non adprobavit . Gallice P. VOIS Or-
dinis *Praedicatorum* ann. MDCLX illud edidit . Verum , inquit BE-
NEDICTVS XIV. (*de Sacr. Miſſ. lib. II. Cap.* 2, *num.* 7.) „ huic no-
„ vitati *Gallicani* Cleri zelus vehementer reſtitit , veritus , ne offenſio-
„ nes orirentur & ſcandala , ... & apud ALEXANDRVM VII. ea
„ de re conqueſtus eſt , qui Pontifex anno inſequenti eam interpreta-
„ tionem condemnavit ; (7) nec Regia poteſtas vim auctoritatemque

Tom. I. T „ ſuam

---

(7) En ipſum ALEXANDRI VII. decretum .

„ ALEXANDER Papa VII.

„ *Ad futuram rei memoriam* :

„ Ad aures noſtras ingenti cum ani-
„ mi noſtri moerore pervenit , quod
„ in Regno *Galliae* quidam perditio-
„ nis filii in perniciem animorum no-
„ vitatibus ſtudentes , & Eccleſiaſti-
„ cas ſanctiones , ac praxim contem-
„ nentes , ad eam nuper veſaniam per-
„ venerint , ut Miſſale *Romanum* latino
„ idiomate longo tot ſaeculorum uſu
„ in Eccleſia probato conſcriptum ad
„ *Gallicam* vulgarem linguam conver-
„ tere , ſicque converſum typis evul-
„ gare , & ad cujuſvis ordinis , & ſe-
„ xus perſonas tranſmittere auſi fue-
„ rint , & ita ſacroſancti ritus maje-
„ ſtatem latinis vocibus comprehen-
„ ſam deiicere , & proterere , ac ſa-
„ crorum myſteriorum dignitatem
„ vulgo exponere temerario conatu
„ tentaverint . Nos , quibus licet im-
„ meritis Vineae Domini Sabaoth a
„ Chriſto Salvatore noſtro plantatae ,
„ ejuſque pretioſo ſanguine irrigatae ,
„ cura demandata eſt , ut ſpinarum
„ hujuſmodi , quibus illa obrueretur ,
„ obviemus incremento , earumque
„ quantum in Deo poſſumus , radices
„ ſuccidamus , quemadmodum novi-
„ tatem iſtam perpetui Eccleſiae de-
„ coris deformatricem , inobedientiae ,
„ temeritatis , audaciae , ſeditionis ,
„ ſchiſmatis , aliorumque plurium
„ malorum facile productricem ab-
„ horremus , & deteſtamur ; ita Miſ-
„ ſale praedictum Gallico idiomate a
„ quocumque conſcriptum , vel in po-
„ ſterum alias quomodolibet conſcri-
„ bendum , & evulgandum Motu pro-
„ prio , & ex certa ſcientia , ac matu-
„ ra deliberatione noſtris , perpetuo
„ damnamus , reprobamus , & interdi-
„ cimus , ac pro damnato , reprobato ,
„ & interdicto haberi volumus , ejuſ-
„ que impreſſionem , lectionem , &
„ retentionem univerſis , & ſingulis
„ utriuſque ſexus Chriſtifidelibus cu-
„ juſcumque gradus , ordinis , condi-
„ tionis , dignitatis , honoris , & praee-
„ minentiae , licet de illis ſpecialis , &
„ individua mentio habenda foret , exi-
„ ſtant , ſub poena excommunicationis
„ latae ſententiae ipſo jure incurrendae
„ perpetuo prohibemus : Mandantes ,
„ quod ſtatim quicumque illud habue-
„ rint , vel in futurum quandocumque
„ habebunt , realiter & cum effectu ex-
„ hibeant , & tradant locorum Ordina-
„ riis , vel Inquiſitoribus , qui nulla in-
„ terpoſita mora exemplaria igne com-
„ burant , & comburi faciant , in con-
„ trarium facientibus non obſtantibus
„ quibuſcumque . Datum Romae apud
„ S. Mariam Majorem ſub annulo Pi-
„ ſcatoris die 12. Januarii MDCLXI,
„ Pontificatus noſtri anno ſexto „ .

S. Ugolinus .

„ ſuam deſiderari paſſa eſt, quo Pontificis decretum exequutioni manda„ retur. Totius rei narrationem cum documentis reperias *tom. 4. Biblioth.* „ *Criticor. Sacror.* (*pag* 583.) & tom 3. P. FONTANA adverſus *Queſnel*„ *lianas* propoſitiones (*pag.* 916.)„ Inſequente tamen anno *Pariſiis* e Regio typographio emerſit *Gallica* epiſtolarum tantum, & Evangeliorum verſio praenotata: *Recueil des Epitres, & des Evangiles de toute l' année avec leur explication par Antoine* GIRARD *Jeſuite*. Octo quoque poſt annos a. MDCLXVIII. *Dionyſius* AMELOT *Pariſiis Gallicam* non ſolum Epiſtolarum, Evangeliorum, ſed etiam Orationum Miſſae translationem vulgavit. *Italia* a Miſſalis verſione abſtinuit. Orationes tamen *Peregrinus* SPATHARI Canonicus *Juſtinopolitanus Piſauri* MDLV *Italice* redditas vulgavit (8) ex typographio *Bartholomaei* CESANI 8. Evangelia vero & Epiſtolae ſaepius in noſtratium commodum *Italice* prodierunt: de quibus vide *Jacobi Mariae* PAITONI opus inſcriptum: *Biblioteca degli Autori Antichi* Greci, *e* Latini *volgarizzati* (*Tom. V.*) Dialecto quoque *Raguſina* Evangelia, & Epiſtolae (*Vangbielia i Piſtule*) per R. D. *Lucam* NATALEM habuimus *Romae* typis *Bernardini* TANI MDCXLI. f.

Ordo Miſſae Romanae

VIII. Ad Liturgicos Libros, de quibus hactenus, omnino pertinent *Ordines Miſſae*, ex quibus demum, quas *Rubricas* appellamus, conflatas novimus. GAVANTVS (*in Rubr. Miſſ. P. I.*) ejuſmodi Leges rubro colore ſcriptas, quampaucifſimas tamen in Miſſalibus MSS. Bibliothecae *Vaticanae*, & deinceps in aliis multis apud *Venetos* ante *Piana* tempora impreſſis ſe vidiſſe teſtatur. *Johannes* vero BVRCHARDVS *Argentinenſis* Magiſter Caeremoniarum Cappellae Domini Papae is eſt, cui praecipue Rubricas debemus. Ejus *ordo ſervandus per Sacerdotem in celebratione Miſſae*, *Romae* vulgatus fuit a. MDII. 4. per *Johannem* de BECSICKEN. Anno deinde MDXXIII. Venetiis prodiit apud *Melchiorem* SESSAM, & *Petrum* de RAVANIS illatus in Librum, cui titulus: *Liber Sacerdotalis nuperrime ex Libris S. R. E. &c. collectus atque compoſitus, ac auctoritate* SS. D. N. LEONIS X. *approbatus*. Miſſalibus vero praefixus fuit ſaltem a. MDXXXIV teſte BONA. Seorſum excuſus iterum fuit *Lovanii* apud *Johannem* de WINGHE MDLIV. 16. hoc titulo: *Ordo Miſſae ... una cum Tractatu ad rite conficiendum, & diſpenſandum Eucharistiae Sacramentum valde neceſſario. Acceſſit & alius tractatus de defectibus in Miſſa occurrentibus*. *Italice* quoque redditus eſt hic Ordo, atque impreſſus *Romae* apud *Hippolytum* SALVIANVM MDLVIII. 8. Inſcribitur *Ordine della Meſſa*. Praeterea cum diſtinctione titulorum, ſeu Capitum exiit ex *Romanis* praelis ſequente a. MDLIX. per *Antonium* BLADVM. Tandem praenotatus: *Ordo, ſeu ritus celebrandi Miſſas ... una cum Rubricis Miſſalis Bononiae* impreſſus fuit MDLXXX. typis *Alexandri* BENATII. 16.

ARTI-

(8) His libri titulus: *Le Orazioni della Meſſa di tutto l' anno tradutte*.

ARTICULUS V.

Libri Miſſales Eccleſiarum Occidentalium, *quae Ritum* Romanum *ſervant*.

Miſſalia Urbium Italicarum

I. OMnes fere Eccleſiae, etſi *Romanis* moribus utebantur, ſuos tamen in Miſſae Sacrificio peculiares ritus habuerunt, quorum teſtes ſunt etiamnum ſuperſtites Miſſales Libri. In ITALIA eminet *Veneta* S. MARCI Baſilica, cujus ritus nobiliſſimus Senator *Flaminius* CORNELIUS (*Eccleſiar. Venetar. dec. XIII. p.* 1. *pag.* 205.) ex ejus Liturgicis Libris collegit. MUTINENSIA, quae in Canonicorum Archivo exſtant, Miſſalia MSS. ritus quotidianae Miſſae paullo a *Romanis* diverſos exhibent; qua de re conſulendus Cl. MURATORIUS in egregia, quam operi *Liturgia Romana vetus* praenotato praemiſit, diſſertatione, & SALA in appendice ad tertium *Rer.* Bonae *Liturgicarum* tomum (p. LIV.). Idem MURATORIUS (*diſſ. LVII. Ant. Italicarum*) ſe vidiſſe ait *Miſſale ſecundum ritum* CURIENSIS (Coira) *Eccleſiae diligenter emendatum, & in meliorem ordinem digeſtum mandato Reverendiſſ. & Sereniſſ. Principis, ac Domini D.* PETRI *Epiſcopi* CURIENSIS, *quod a* Romanis *ritibus non parum diſſideret*, Conſtantiae *editum* MDLXXXIX. Adjici his poſſunt Miſſale BRIXIANUM XIII. ſaeculi, de quo Cl. TROMBELLIUS (*T. I. de Sacram. p.* 306.) & VERCELLENSIA, ex quibus SALA in appendice *ad* BONAE *tom. III.* (*p. LXVI.*) EUSEBIANAE Miſſae veteres ritus expreſſit. *Siculas* porro Eccleſias nefas ſit heic praeterire. Eas ad ſaeculum VIII. *Romana* Liturgia, ab octavo ad medium undecimum *Graeca*, etſi, ut ſupra vidimus, alio, quam *Conſtantinopoli*, ordine, tandem ſub *Nortmannis Gallicana* non antiqua illa, quae dudum obſoleverat, ſed *Romana* ad ritus *Gallicarum* Eccleſiarum interpolata uſas fuiſſe *Johannes* de IOHANNE V. Cl. multis contendit in luculento de *Divinis* Siculorum *officiis* tractatu (*cap. V. VIII. X. XII. & ſeqq.*). Exſtat apud Principis *Panormitani* Templi Canonicos duplex membraneum Miſſale *Gallicanum*. Alterum in folio eſt, alterum in 4. praegrandi, & pene palmari, characteribus pro ea aetate affabre efformatis, quod, ut ait appellatus de IOHANNE (*p.* 88.), *incipit a Dominica prima Adventus, & deinceps per CCLII folia diſcurrens, Dominicas alias, & Feſta totius anni complectitur*. Utrumque porro Miſſale ſecundo *Gallorum* ſub CAROLO *Andegavenſi* in *Siciliam* ingreſſu, qui in annum MCCLXVII. incidit, vetuſtius eſſe, dubitari nequit, quum, inquit idem *de* IOHANNE, multa ante illum annum & publica abrogata auctoritate praeſeferat, & Pontificio inſtituta Decreto omittat: exhibet enim Miſſam *Judicii aquae frigidae, Judicii aquae ferventis, judicii ferri calidi* &c. quae judicia ante *Carolum* ANDEGAVENSEM a Rege FRIDERICO edita conſtitutione ſublata omnino fuerant; contra vero omittit Miſſam Corporis Chriſti, quam URBANUS Papa IV. a. MCCLXII. ab omnibus celebrari ſanxit; item Miſſas plurimorum Sanctorum prius multo, quam *Siciliam Galli* ſecundo adirent, ſolemnis *Canonizationis* honoribus adſectorum, S. DOMINICI, S. ANTONII *Patavini*, S. FRANCISCI *Aſſiſia-*

SICULARUM Eccleſiarum Liturgia

tis, S. THOMAE *Cantuarienſis*, S. BERNARDI *Claraevallenſis*, aliorumque. Praeter egregium hocce Liturgicae apud *Siculos* vetuſtatis monumentum ritum *Gallicanum* apud *Siculos* invectum oſtendit MS. membraneum Miſſale *in fol.* Eccleſiae S. MICHAELIS, quod exaratum fuit abſolutumque a. MCCCCXLVI. a Clerico *Philippo* de CVRCA. *Miſſale* quoque habemus *Gallicanum juxta uſum* MESSANENSIS *Eccleſiae* ter *Venetiis* aliter, quam prius, reformatum; primum a. MDXXVII. in 4. tum A. MDXXXIV. in fol. demum a. MDXXXVIII. in 4. Ex his porro Miſſalibus conſtat, *Gallicanam* quidem, ſi vis, a *Siculis* Liturgiam fuiſſe vetere illo aevo cooptatam, ſed tamen patriis quibuſdam ritibus permixtam. Satis ad id erit Liturgiam *Gallo-Siculam*, quam idem *de* IOHANNE primo ex *Panormitano* Codice (*pag.* 415.), deinde ex tribus illis *Meſſinenſibus* Miſſalibus (*p.* 426.) exhibet, diligenter expendere. A S. PII. V. tamen temporibus *Siculi* quoque *Romanam* Liturgiam, atque adeo Pſalmodiam ex integro ſuſceperunt. Apud Monachos quoque *Siculos* Gallicanus ritus iiſdem temporibus viguit. In opere inſcripto: *Memorie per ſervire alla Storia letteraria* di SICILIA *T. II. p. I. pag.* 58. extſtat eruditi *Caſinenſis* Monachi D. *Salvatoris di* BLASI epiſtola *del rito* Gallicano *in S.* Martino *di* Palermo, ubi & MSS. Codices non paucos, qui ibi etiamnum ſervantur, ad eum ritum conſcriptos percenſet.

Germanicarum & Belgicarum II. In GERMANIA, & BELGIO plures occurrunt hujuſmodi Libri; nempe.

Miſſale Eccleſiae ARGENTINENSIS Hagenoae MDXX. f. (*Bibl. Teller.*.)

Miſſale AVGVSTENSE MDX.; item editum mandato OTHONIS Card. Ep. *Auguſtani Dilingae apud Sebaſtian.* MAYER fol. Ritus Auguſtanae Miſſae excerpſit Cl. *Robertus* SALA (*T. III.* in *app.* p. *LVIII. ſeqq.*)

Miſſale COLONIENSE duabus partibus comprehenſum extat in Bibliotheca Eccleſiae Metropolitanae COLONIENSIS in totidem MSS. Saeculi XIV. Codicibus CXLVII. & CXLVIII., ut docet ejus Bibliothecae catalogus ab eruditiſſimo P. *Joſepho* HARTHZEIM contextus (*pag.* 127.). Typis impreſſum MDIX.

Miſſale LEODIENSE *Pariſiis* MD. MDII. In Bibliotheca nuper indicata Eccleſiae Metropolitanae COLONIENSIS codex CLVII. Miſſale LEODIENSE Ms. continet. De hoc Codice ita loquitur HARTZHEIMIVS (*pag.* 128.) „ Ordo Miſſarum per annum. Praemitti„ tur Canon indagandae diei Septuageſimae, Paſchatis, Pentecoſtes, „ diei S. IOHANNIS BAPTISTAE, Natalis, Dominicae primae Ad„ ventus, & dierum intermediorum, calculo ducto ab anno MXCI. ad „ annum MDXCV. calculatus. Sequitur Kalendarium, in quo mul„ ti Sancti in *Colonienſis* Eccleſiae officio Canonico non memorati v. g. „ VII. Januar. S. LVCIANI *Presbyt.* & *Mart.* XI. Januar. S. ARCHA„ DII *Mart.* ad XII. Januar. Octavae Epiphaniae, HILARII & RE„ MIGII ec. Videtur autem Kalendarium, & Liber eſſe Eccleſiae LEO„ DIENSIS, quae eſt prima Suffraganea Noſtrae Metropolitanae. Nam „ feſti dies SS. LAMBERTI, HVBERTI, SERVATII, REMACLI „ rubro charactere pinguntur. Gemina translatio S. LAMBERTI no„ tatur, altera 28. Aprilis, altera 23. Decembris. 30. Maij ſignatur tran-

„ slatio

„ ſtatio S. HVBERTI C. Tertio loco praeparatio prolixa ad Miſſam.
„ Quarto ordo Miſſae, in qua Oratio ſuper oblata: *Suſcipe Sancta Trinitas* gemina eſt, una pro vivis, altera pro Mortuis. Canon Miſſae inchoatur duplici Icone Chriſti in membrana purpureo-caeruleo limbo aureo cincta. In prima pingitur habitu doctoris, librum manu geſtans, in ſecunda adfixusCruci inter MARIAM, & IOHANNEM: Litterae initiales Majores rubro minio decoratae. Ante *memento Mortuorum* duae orationes leguntur, una *ſuper dyptiem* (ideſt dyptichis 3. Libellis tabella gemina clauſis, quibus Fundatorum ſeu Benefactorum nomina inſcripta ſervabantur) altera poſt Lectionem nominum. Quinto continet Miſſale LEODIENSE, ſive officium de tempore, ternis orationibus pro Miſſa, deinde Sanctorum, demum de Communi. Epiſtolae & Evangelia heic abſunt, in *Lectionario* quaerenda, uti Antiphonae in Antiphonario, Pſalmi in Pſalterio. Sexto demum habet Benedictiones diverſas pro diverſis Miſſis per annum. Liber videtur ſaeculo XI. in Eccleſia LEODIENSI, & pro ea ſcriptus. „

Miſſale LVNDENSE editum cura GIRGERI Archiep. *Pariſiis* apud *Wolfgangum* HOPYLIVM MDXIV. fol.

Miſſale MOGVNTINVM emendatum, *Moguntiae* typis LIPPII MDCII. fol.

Miſſale dioeceſis MONASTERIENSIS, *Pariſiis* MDXX. fol.

Miſſale pro Regno NORVEGIAE, *Hafniae* MDXIX. indicatur a BONA (*Rer. Liturg. Lib. II. cap. XX.* §. 5.)

Miſſale Eccleſiae OLOMVCENSIS, MCCCCLXXXVIII. extſtat in Bibliotheca Card. *Imperialis*. Ex hoc Cl. GEORGIVS locupletiſſimum *Sequentiarum* indicem eruit.

Miſſale Eccleſiae SALISBVRGENSIS (ut Mſ. exemplar XI. ſaeculi omittam, quod P. de RVBEIS accurate percenſet *Diſſ. II. de ſacr. Forojul. Ritib. cap. I. n 4. p. 169. ſeqq.*) prodiit *Baſileae* MDX. fol. *Pariſiis* MDLV. Cl. P. Abbas TROMBELLIVS (*T. I. de Bapt. p.* 326.) duas hujuſce Miſſalis antiquiores editiones indicat, annorum ſcilicet MDV. & MDVII.

Miſſale TRAIECTENSE emendatum a *Wolfgango* HOPYLIO *Pariſiis* MCCCCXCVII. Ejus meminere ORLANDIVS, & Bibliotheca TELLERIANA. Iterum *Pariſiis* MDXV. item MDXL.

Miſſale TREVIRENSE Mſ. in folio extſtabat in Biblioiheca TELLERIANA. Editum MDXLVII.

Miſſale ZAGRABIENSIS Eccleſiae *Venetiis* editum indicatur in Bibliotheca *Barberina*.

Miſſale WITTEMBERGENSE MCCCCLXXXVIII. juſſu *Mathaei* LVDECI *Havelbergenſis* Epiſcopi.

III. Eccleſiae GALLICAE ſunt haec Miſſalia, quae ex Bibliothecis *Colbertina*, ac *Telleriana*, item ex MARTENII indice fere deprompſimus. Gallicarum

Miſſale ALBIENSE ante CCC. ſcriptum a MARTENIO indicatur.

Miſſale ad uſum S. AMANDI Mſ. Saec. XIV. in *Bibl. Teller.*

Miſſale AMBIANENSE MDVI. MARTEN. Item *Ambiani* typis *Roberti* HABAVLT MDCLXXV. fol.

Miſ-

Miſſale ANDEGAVENSE MS. ſaec. XIV. fol. ibid. item ex veteri editione in 4. item *Rotomagi* per *Nicolaum* ROVX MDXLIII. in 4. & *Pariſiis* apud *Joh.* AMAZEVR f.

Miſſale ANTISSIODORENSE: vetus editio *Pariſiis* 4.

Miſſale AQVENSE MDXXVII.

Miſſale ARELATENSE: vetus editio in *Bibl. Colb.* in qua tria Mſſ. ejuſdem Eccleſiae ſervabantur, MARTENIO teſte.

Miſſale AVRELIANENSE, *Pariſiis* apud *Petrum* MERCAT vet. edit. fol. *Pariſiis* MDXXII. fol.

Miſſale BELLOVACENSE MDXXXVIII.

Miſſale BITVRICENSE MCCCCXCIII. MDXII. MDXXVI. apud MARTENIVM.

Miſſale Eccleſiae Metropolitanae S. *Andreae* BVRDIGALENSIS Mſ. in f. in *Bibl. Teller.*

Miſſale CABILLONENSE MDXLIII.

Miſſale CARNOTENSE MD. recognitum per Epiſcopum CARNOTENSEM, *Pariſiis* apud *Joh* BONHOMME MDLII. fol. item MDLX. f.

CATALAVNENSE *Pariſiis* apud KERVER MDXLIII. fol. cujus exemplum in membranis impreſſum memorat D. le BVRE p. 197. Bibliogr. Inſtruct. Vol. Theol.

Miſſale Eccleſiae CENOMANENSIS Mſ. in membranis in fol. in *Bibl. Teller.* Impreſſum *Pariſiis* MDXLV. 4.

Miſſale EBROICENSE, *Rotomagi* excudit M. MORIN MCCCCXCVII. f.

Miſſale EDVENSE, emendatum ab *Hugone* BVFFOTI. *Pariſiis* apud *Johannem* HYMAN MCCCCXCIII. fol. Item MDXXIII. & *Heduae* MDLVI. fol.

Miſſale GRATIANOPOLITANVM MDXXII.

Miſſale LAVDVNENSE MDLVII.

Miſſale LEMOVICENSE MCCCCLXXXV., ex quo SALA (*T. III.* Rer. *Lit. Bon. p.* 38.) peculiarem quamdam exhibet Confeſſionis in Miſſa recitari ſolitae formulam. Item MD. MARTEN.

Miſſale Eccleſiae S. *Stephani* LEMOVICENSIS MS. Codex anno circiter MCCCLXX. exaratus in fol exſtat in *Telleriana*.

Miſſale LINGONENSE, *Pariſiis* MDXXVII. fol.

Miſſale LVGDVNENSE, *Lugduni* apud Gilbertum de VILLIERS MDXXIV. fol. Idem caſtigatum ſtudio *Leon.* SARACENI ibid. apud *Jacobum* GIVNTA MDLVI. fol.

Miſſale MATISCONENSE MDXXXII.

Miſſale MELDENSE mandato *Ludovici* BRESSEI Epiſcopi editum *Pariſiis* apud Joh. BONHOMME MDLVI. fol. ibid. MDCXLII. fol. & MDCCX. juſſu Card. de BISSY (1) Miſ-

(1) Notandum quod BENEDICTVS XIV. de hoc Miſſali refert (*de Sacrif. Miſſae Lib. II. cap.* 23. n. 19.) his verbis. „ Cardinalis de BISSY anno MDCCX. novum pro *Meldenſi* „ dioeceſi edidit Miſſale, ubi qui eam „ curavit editionem, illa Rubricae „ verba *ſubmiſſa voce* explicavit *ſine* „ *cantu*: atque ut callide inſinuaret, „ Canonem alta eſſe voce recitandum, „ ſin-

Miſſale MS. Eccleſiae MELODVNENSIS exſtabat in B. *Colb.* MARTEN.

Miſſale NARBONENSE MDXXVIII. MDLXXVI.

Miſſale Eccleſiae NEMENSIS (ſive NEMAVSENSIS) *Lugduni* apud *Johan.* MOLIN. MDXI. fol.

Miſſale Eccleſiae NOVIOMENSIS *Pariſ.* MDXLI. fol.

Miſſale PARISIENSE (ut tres ejus MSS. Codices mittam in *Telleriana* Bibliotheca indicatos) *Venetiis* MCCCCLXXVII. per *Johannem* HAMMANVM, *& ſocios* fol. *Pariſiis* typis Johannis BELIN MCCCCXC. fol. ibidem apud VDALRICVM GEMING MCCCCXCVII. fol. cujus exemplum membranaceum perelegans & nitidiſſimum *Colbertina* Bibliotheca ſervabat ; ibidem MDXXXIX. fol. ; item MDLXXXV. fol ; ibidem recognitum & editum auctoritate *Harduini de* PEREFIXE Archiep. apud CRAMOISY MDCLXVI. fol. ibidem digeſtum a *Franc. Philippo* de MESSENGVI auctoritate *Caroli Gaſparis Guillelmi* de VENTIMILLE Paris. Archiep. MDCCXXXIX. fol.

Miſſale PICTAVIENSE MSS. Saec. XV. in 4. *Biblioth. Teller.*; alia duo item MSS. a MARTENIO indicantur . Impreſſum quoque fuit hujus Eccleſiae Miſſale *Pariſiis* apud *Joh.* HYMAN MCCCCXCVIII. fol.

Miſale RHEMENSE MDV., & *Pariſiis* apud Henricum PAQVOT MDXLV. fol. item *Rhemis* MDLIII. fol. ; item juxta decretum Concilii RHEMENSIS habiti a MDLXXXIII. digeſtum & reformatum *Ludovici* Cardinalis a GVISIA Archiep. RHEMENSIS auctoritate editum , *Rhemis* typis de FOIGNY MDCXXIX. fol. rurſus Illuſtriſſ. ac Rev. D. D. *Caroli Mauritii* le TELLIER Arch. *Rhemenſis* auctoritate editum *Pariſiis* apud MVGVET MDCLXXXVIII. fol.

Miſſale ROTOMAGENSE , *Rotomagi* MDIV. 4. MDXVI. MDXXI. 4. MDLXXVI. f. MDCLXVIII.

Miſſale Rom. cum ROTOMAGENSI conciliatum , *Paris.* MDCLXXXIV. 12.

Miſſale SENONENSE MS. ſaec. XIV. in *Teller. Bibl.* Impreſſum vero *Senonis* apud GIRAVLT MDLVI. fol. item a doctis viris emendatum & editum auctoritate Cardin. a PELLEVE Arch. MDLXXV. 4.

Miſſale SILVANECTENSE *Pariſiis* MDXXIV. fol.

Miſſale SVESSIONENSE *Pariſiis* MDXIX. fol.

Miſſale TRECENSE, vetus editio in fol. MDCCXXXVI. typis *Petri* MICHELIN juſſu Epiſcopi BOSSVETI (a)

Miſ-

„ ſingulis quibuſque orationibus addi-
„ dit *Amen* . Verum fateri non veritus
„ eſt Cardinalis , ſe eſſe deceptum ; &
„ ſuum ipſius Miſſale , ſe inſcio cor-
„ ruptum , cenſura notare laudi ſibi
„ duxit , & gloriae . „

(a) Audiendus de hoc quoque Miſſali BENEDICTVS XIV. (*de Sacr. Miſ. Lib. II. c.* 23. *n.* 19.) „ Notiſſimum
„ eſt , nuperrimum Miſſale TRECEN-
„ SE, in quo inter ceteras novitates il-
„ la non deeſt , Secretas voce , quae
„ audiri poſſit a Populo , recitandas ;
„ nec fere quiſquam eſt , qui neſciat ,
„ quae adverſus illud Miſſale ſcripſerit
„ LANGLETVS Archiepiſcopus *Seno-*
„ *nenſis*, qui veterem diſciplinam ſtre-
„ nue tuetur in Inſtructione Paſtorali
„ *Pariſiis* edita anno MDCCXXXVII.

Miſſale TOLOSANVM, *Andegavis* MDXL. 8.

Miſſale TVRONENSE, *Turonis* apud Matthaeum LATERON MDXVII. fol., ibidem apud *Johannem* RICHART MDXXXIII. fol.

Miſſale VESONTIONENSE MDXXVI

Miſſale VIENNENSE, *Lugduni* MDXV. fol. MDXIX.

Miſsale XANCTONENSE, *Pictavis* MDXXXVI. 4.

Luſitanorum

Anglicarum

IV. Aliae quoque gentes ſua Miſsalia habuerunt. Sic *Luſitania* Miſsale oſtentat BRACCARENSE *Lugduni* editum MDXV. ſumptibus *Johannis* a BVRGVNDIA Regis *Luſitanorum* Bibliopolae. Miſsale Eccleſiae SARVM, ſeu SARISBVRIENSIS in *Anglia* prodiit *Londini* MDVIII., iterumque ibidem MDLV. apud *Johannem* KYNGSTON 4. & MDLVII. fol. Miſsale OXONIENSE ſaeculi XIII. vel ſaltem XIV. ſervat *Bononiae* locuples Canonicorum S. *Salvatoris* Bibliotheca, ex eoque nonnulla ad ea, quae Baptiſmum proxime praeeunt, pertinentia Cl. P. D. TROMBELLIVS protulit (*T. I. de Bapt. pag.* 333.). MARTENIVS quoque ANGLICANVM Miſsale indicat decimo circiter ſaeculo ſcriptum, anno vero ML. ROBERTI ex Abbate *Gemmeticenſi* Epiſcopi *Londinenſis*, ac poſtea Archiepiſcopi *Cantuarienſis* liberalitate eidem *Gemmeticenſi* Monaſterio donatum.

A R T I C V L V S VI.

Libri Liturgici Occidentalium *Eccleſiarum*, *quae* *a* Romanis *Ritibus diſcrepant*.

Libri Liturgici Eccleſiae Mediolanenſis

I. LIceat *Italo* homini ab *Italia* ordiri. Duas enimvero nobiliſſimas Eccleſias *Italia* oſtentat, quarum altera ſuis etiamnum ritibus utitur, altera ab illis nonniſi ſub XVI. Saeculi finem diſceſſit. *Mediolanenſis* illa Eccleſia eſt; haec *Aquilejenſis*. Ad illam igitur quod ſpectat, plura *Ambroſiani* ritus Miſsalia in celebri *Ambroſiana* Bibliotheca *Mediolani* extare MVRATORIVS docet (*Ant. Italic. diſſ. LVII*) atque in his unum a MCCLVII., cui titulus: *Liber celebrationis Miſſae* AMBROSIANAE *ſcriptus a* Johanne Belo de Guertiis de MELEGNANO, *Rectore Eccleſiae* S. VICTORIS *Portae Romanae*. Decimi vero ſaeculi *Ambroſianum* Miſsale *Mediolani* apud nobiliſſimum Marchionem *Carolum* TRIVVLTIVM ſervari monet *Angelus* FVMAGALLIVS pereruditus *Ciſtercienſis* Monachus in adnotationibus ad *Demetrii* CYDONII opus, de quo nunc dicere adgredior. *Graecus* hic Scriptor quum XIV. Saeculo *Mediolanum* adventaſset, *Ambroſianam* in Domini Nativitate Miſsam *Graece* reddidit hoc titulo: Ἔκθεσις τῆς ψαλλομένης λειτουργίας ἐν τῇ ἑορτῇ τῆς χριςῦ γεννήσεως κατὰ τὴν παράδοσιν τῦ ἁγίυ Ἀμβροσίυ. Jacebat ipſa eruditis viris vix nota; ſed eam in lucem protulit, *Italice*, & quod ad ſolemnes quaſdam preces, & Canonem latine verſam, ac lectiſſimis *Italicis* adnotationibus illuſtratam, quem nuper indicavi, FVMAGALLIVS Monachus *Mediolani* A. MDCCLVII. apud *Antonium* AGNELLIVM in opere inſcripto: *Raccolta Milaneſe dell' anno* MDCCLVII. Ordinem porro *Ambroſianae* Liturgiae, Praefationes, atque orationes PAMELIVS in

ſuis

ſuis *Liturgicis* prodire juſſit A. MDLXXI. Exierat tamen jam ſaepius Miſsale *Ambroſianum Mediolani* A. MDCCCLXXXII. per *Chriſtophorum Ratisbonenſem*. ſ. A. MCCCCXCIX. per Leonardum PACHEL (utraque haec aditio (1) in *Telleriana* Bibliotheca indicatur); A. MDXLVIII. (quae editio in eadem Bibliotheca, & in *Thuana* notatur) per *Johannem Antonium* CASTELLIONAEVM, A. MDLX. juſsu S. CAROLI *Mediolanenſis* Archiepiſcopi. Alia vero quae vulgata ſunt, *Ambroſiana* Miſsalia, a viris doctis commemorantur, nempe A. MDXCIV. jubente *Gaſpare* VICECOMITE *Mediol.* Arch. recognitum (a MERATIO) a. MDCV. (a. MVRATORIO l. c.) MDCIX. (a SALA) MDCXL. juſſu *Caeſaris* MONTII Archiep. (ab eodem MERATIO; exſtabat etiam in *Telleriana* Bibliotheca) MDCLXIX. (a MARTENIO & SALA) tandem a. MDCCXII. curante *Joſepho* Card. ARCHINTO item *Mediol.* Archiepiſcopo fol.

II. De libris vero Liturgicis *Aquilejenſis* Eccleſiae nihil habeo, quod iis addam, quae Cl. viri P. de RVBEIS in citata diſsertatione *de ſacr. Forojul.* Ritib. (*cap. I. pag.* 167.) & Comes *Fridericus* ALTHAN *in itinere Liturgico Forojulienſi*, ſeu epiſtola ad P. *Emmanuelem* de AZEVEDO cum *Romae* ſeorſum edita, tum *pag.* 357. *ſeq.* diſsertationis, quam A. MDCCLIII. *Venetiis* idem eruditus Comes praelo commiſit (de *Calendariis in genere & ſpeciatim de Calendario Eccleſiaſtico*) copioſe, adcurateque diſserverunt. Ordior ab illis Codicibus, quos in *Aquilejenſis* Capituli Archivo ALTHANVS offendit. „ Quantum, inquit ille *p.* 374. „ *Venetae*, quam indicavi, editionis, animadvertere potui, *Antiphonarii* „ *Graduales*, *Lectionarii*, *Proceſſionarii*, *Pontificales*, *Miſſales*, aliique ejuſ„ dem generis Libri poſt undecimum ſaeculum fere omnes deſcripti „ comparent..... Sed iſtis, omnibuſque hujuſce Archivi manuſcriptis „ antiquitate praeſtant duo ſatis elegantes Codices, quorum alter Evan„ geliarium de *Circulo anni*, alter vero Sacramentarium *Gregorianum* ex„ hibet. Primus eſt oblongae, alter vero quadratae figurae, ambo ex „ haedina pelle compacti, ſingulari elegantia deſcripti, auro, minio„ que illiti, atque exornati videntur. Quamquam illorum aetatem ſcri„ ptura prodat nulla, tamen characterum forma exeunte octavo, vel „ nono ſaeculo ineunte conſcriptos fuiſse demonſtrat. Ex formulis *Sa*„ *cramenti fidelitatis*, quae in calce Evangeliarii conſpiciuntur, colligere „ licet, iſtud illud eſse, quod contributis, ſive, ut vocant *Suffraganeis* „ Epiſcopis adjurantibus exhibebatur, coramve proponebatur. Porro „ (*pergit eruditus Comes pag.* 378.) nobis heic minime praetereundum „ eſt Miſsale, quo potiuntur Dynaſtae *Zoppolenſes*, qui mecum illud „ humaniſſime communicarunt. Iſto utebatur illorum gentilis *Antonius* „ PANCIERA Cardinalis, ac Patriarcha *Aquilejenſis*. Codex iſte eſt „ membranaceus, ac decimoquarto ſaeculo exaratus adparet. Idem

Aquilejenſis

(1) Le LONG. in Bibliotheca ſacra, & ex eo MAITTAIRIVS in Annalibus typographicis aliam ab eodem Leonardo PACHEL ſuperiore anno MCCCCXCVIII. curatam editionem recenſet; ſed nulli haec editio a SAXIO quoque in hiſtoria litterario typographica *Mediolanenſi* ignorata nititur fundamento. Confer le BVRE *Bibliogr. inſtruct. p.* 178. *vol. Theol.*

„ ordo, methodus eadem in illo, ut in noſtris Miſsalibus pene conſpi-
„ citur, a quibus in Canone nihil *eſſentialiter* differt. Multiplices ſecun-
„ dum tempora in *Patriarchino* ritu, ut etiam in *Ambroſiana* inerant in
„ Miſsa benedicendi formae. Adcipe communem, quae a Miſsali no-
„ ſtro profertur: *In unitate Sancti Spiritus benedicant vos Pater & Filius*.
„ ℟. *Amen*. Legitur poſtea haec rubrica: *Et benedicto populo ſecrete dicat*
„ *hunc orationem*: *Placeat tibi Sancta Trinitas* ec. Sic Miſsae finis impo-
„ nebatur ...... Vetus Miſsale *Aquilejenſe* item poſſidet *Johannes* LAN-
„ THIERI S. R. J. Comes de *Reiſenberg* ineunte quinctodecimo ſaecu-
„ lo deſcriptum..... Inter plurima, ac perrara manuſcripta celebris
„ *Guarnerianae* Bibliothecae, quae in oppido S. DANIELIS in Biblio-
„ theca *Fontaniniana* modo adſervantur, Codicum ad *Aquilejenſem* ri-
„ tum ſpectantium magna exſtat ſupellex. *Pſalteria*, *Antiphonaria*, *Le-*
„ *ctionaria*, aliaque ejuſdem generis manuſcripta illic inviſuntur ſed
„ quamplurima ακεφαλα, ac mutila, atque non magnam antiquitatem
„ praeferentia; nam poſt duodecimum ſaeculum pene omnia conſcripta
„ videntur. „ Addit P. de RUBEIS (*pag.* 167.) „ Miſſale videre, pro-
„ que votis expendere licuit *Aquilejenſe*, quod poſſidebat *Agricola* de
„ AGRICOLIS Sacerdos, Patricius *Utinenſis* typis editum *Venetiis anno*
„ *MDXIX. die XV. Septembris ex officina litteraria Gregorii de Gregoriis*.
„ Aliud ipſe poſſideo in forma *Quarti*, quod inſcribitur: *Miſſale* Aqui-
„ legenſis *Ecclesiae cum omnibus requiſitis, atque figuris, nuper quam emen-*
„ *datiſſime perluſtratum anno* 1517. *die* 5. *Auguſti*, Venetiis *ex officina Lit-*
„ *teraria Petri* Liechteſtein.

III. Longe plures ejuſmodi Codices exſtant in ampliſſimi *Forojuli-
enſis* Capituli tabulario. Initium cum ALTHANO (*pag.* 361.) faciam
ab Evangeliario. „ Maximae vetuſtatis ſpeciem praeſefert Codex iſte,
„ qui rotundo unciali charactere eleganter exaratus, ex haedina tenuiſ-
„ ſima pelle conſtat, ac quadratae figurae propius accedit, ex qua re-
„ motiſſimae ſuae antiquitatis indicia feliciter auſpicatur, ut colligi po-
„ teſt ex *Vaticano* Codice verſionis LXX. Seniorum, ex *Virgilio* ME-
„ DICEO circa VALENTIS aut THEODOSII tempora ſcripto, ex
„ *Colbertino* numeralis notae 3084. de quo Cl. vir *Bernardus* MONT-
„ FAUCNIUS ait (*Palaeograph. Lib.* 3. *Cap. I. p.* 187.): *Hoc codice ve-*
„ *tuſtiorem nullum ex iis, qui noti ſunt, eſſe opinor; eſtque forma penitus*
„ *quadra, ut ex ſubjecto ſpecimine videbis: paginam quippe integram delinea-*
„ *ri curavi*, atque ex aliis permultis. Id quoque in uſu fuiſſe apud *He-*
„ *braeos* in conſcribendis divinis Scripturis tractatus *Sophim* nos edocet.
„ *Moſes* enim Aegyptius haec ſcribit (*Tract. de Libro legis cap.* 9.): *Lon-*
„ *gitudo libri legis non ſit major illius Latitudine, neque Latitudo major Lon-*
„ *gitudine*. *Juſtus* FONTANINUS Archiepiſcopus *Ancyranus ο μακαρίτης*
„ in ſuis *antiquorum diplomatum Vindiciis* ſexto ſaeculo hunc exaratum pro-
„ nunciavit; verum alii non inferioris notae viri ſaeculo quincto con-
„ ſcriptum tradunt, quibus ego libentius calculum fero. In altero, quod
„ remanet ex tegumentis iſtius codicis argento contextis, exhibetur
„ icon Salvatoris noſtri in ſuggeſtu ſedentis, qui protenſa manu dex-
„ tera, digitiſque ad benedictionem latino more diſpoſitis, ſiniſtra Li-
„ brum Evangeliorum geſtat, ac in quatuor angulis quatuor Evangeli-

„ ſtae

Digitized by Google

„ ſtac ſub illorum ſymbolis inviſuntur . Sacrae hujus tabulae figurae
„ ab eruditiſſimo Praepoſito GORI ſingulari diſſertatione clariſſ. viro
„ *Joſepho* BLANCHINO Congregationis *Oratorii* Presbytero inſcripta
„ illuſtrantur . Olim quatuor Evangelia complectebatur , modo divi MAR-
„ CI Evangelium deſideratur , cujus Breves ac Capitulationes tamen re-
„ manent . Interim ut inſignis voluminis ordinem teneas , heic ſumma fi-
„ de illius ſticometriam tibi exhibebo . Orditur ab epiſtola HIERONY-
„ MI ad DAMASVM Papam . „

———————————— *papae Damaſo* „

——————————————— *vonimus* „

„ In fine hujus epiſtolae : *Explicit Epiſtola Hieronymi* . Sine alio exordio
„ ſequuntur *Breves* S. MATTHAEI in quorum fine legitur : *Explicit Bre-*
„ *vis ſecundum Matthaeum.* Sic incipiunt Capitula: *Initium Evangelii ſecundum*
„ *Mattheum Natus eſt Ieſus in Betolem Civitatem ec.* finis vero *Explicue-*
„ *runt Capitulationes in Manuel amen* . Hinc ſequitur Evangelium : *Liber*
„ *generationis Jhu. Xyſti ec.* finit : *Explicit Evangelium ſecundum Matthevm* :
„ *Incepit ſecundum Marcum* , *Brevis ſecundum Marcum* . In fine *Explicit*
„ *Brevis ſecundum Marcum* : Sequuntur Capitula : *Erat Johannes baptizans*
„ *Ihm & venit ſuper Ihm ec.* In fine : *Explicuerunt Capitulationes ſecundum*
„ *Marcum* . Hic inerat Evangelium divi MARCI , quod modo deeſt ;
„ tamen remanet in alio folio : *Explicit Evangelium ſecundum Marcum* .
„ *Incipit ſecundum Lucam* : Sequuntur *Breves* . *Zacharias Angelo non cre-*
„ *dens obmutuit* ; *Expliciunt Breves Evangelii Lucae* . *Incipit Capitula ....*
„ *ſecundum Luca* ; *de initio Evangelii* , *quod incipit* : *quoniam quidem multi*
„ *conati ſunt ec.* In fine vero : *Evangelium ſecundum Lucanum explicit* . *Inci-*
„ *pit ſecundum Iohannem* : ſequuntur *Breves* , in quorum fine legitur : *Ex-*
„ *plicit Brevis ſecundum Iohannem* . *Incipiunt capitulationes ſecundum Iohan-*
„ *nem* . In fine : *Explicuerunt Capitulationes cata Iohannem* . Proſequitur
„ Evangelium : *Initium Sancti Evang. ſecundum Iohannem* : *In principio erat*
„ *Verbum* ec. In hujus Evangelii fine aliqua folia deperierunt . Animad-
„ vertendum eſt , *Lucam* aliquando noſtro in codice inſcribi *ſecundum*
„ *Lucanum* . Quae peculiaris inſcriptio habetur quoque in inſignibus E-
„ vangeliariis *Vercellenſi* , ſeu *Euſebiano* , *Corbejenſi* , ac Caeſareo *Vindo-*
„ *bonenſi* omnibus remotiſſima antiquitate praeſtantibus . *Breves* , ac *Ca-*
„ *pitula* adnotantur in margine *Romanis* numeris minio exaratis . „ Co-
dex alius ibi eſt membranaceus in quarto majori , inquit P de RV-
BEIS , quem deinceps exſcribam , *pag.* 168. „ Ita incipit : *Rubrica* , *ſive*
„ *ordo per circulum anni ſecundum conſuetudinem Eccleſiae civitatis Auſtriae*
„ *ordinato* , *ad honorem & laudem Dei* , *& Beatiſſimae Virginis* Mariae ,
„ *ac omnium Sanctorum* , *& Sanctarum Dei* . Nigris , ac rubris characte-
„ ribus ſcriptus eſt : continetque *rubricas* , aut leges omnes , quae mo-
„ dum atque ritum divina totius anni officia celebrandi praeſcribunt ,
„ atque dirigunt . Codex eſt membraneus in *quarto* , qui *lectiones* com-
„ plectitur , ſeu Prophetias & Epiſtolas legendas in Miſſis de *Tempore* ,
„ ac *de Sanctis* : itemque Codex alius cum *Evangeliis ſecundum curſum*
„ *Dominicarum* In calce haec habentur : *Completum eſt hoc opus Evange-*
„ *liorum per. me Presbyterum* Valerianum *de Alba Eccl. Clericum Craco-*
„ *vienſis dioceſis* , *Vicarium Sanctae* Mariae *de Curia* (in civitate Auſtria).

V 2 „ *Anno*

„ *Anno ab Incarnatione Domini milleſimo quadrigenteſimo trieceſimo tertio*.
„ Ex antiquiore deſcriptum, nullus dubito. Poſt Evangelia libellus pro-
„ ſtat *Formularum*, quibus per anni circulum ſtatis diebus fideli populo
„ adnunciabantur jejunia ſervanda, & feſti dies celebrandi. Incipit:
„ *Fer. Vigilias hibebimus: omnes jejuniis & eleemosynis inſtantes, ad Ec-*
„ *cleſiam devotiſſime conveniamus*. Legitur etiam *Formula*, qua *in die Epi-*
„ *phaniae* adnunciabatur, hodieque adnunciatur ſanctum Paſcha cum
„ capite jejunii quadrageſimalis: quae omnia muſicis notis hodiernis
„ notata ſunt. Tabulis duabus operitur codex, quarum alteram ſericum
„ ornat, alteram lamina argentea cum figuris. Miſſalia *plenaria* mem-
„ branacea in fol. in 4. in 8. adſervantur plura. Partes omnes divinae
„ *Liturgiae* non eodem ordine complectuntur ſingula. Sunt aliqua, in
„ quibus Liturgicae partes omnes eo ſcriptae fuerunt ordine, quo a
„ Sacerdote recitantur, ut in hodiernis Miſſalibus. Hujuſmodi Codex
„ eſt in fol. inſcriptus: *Ordo Miſſalis ſecundum conſuetudinem Majoris Ec-*
„ *cleſiae Sanctae* Mariae Civitatis Auſtriae Aquilegenſis *diocecſis*. Primum
„ tenet locum *Kalendarium*. Sequitur tabula Paſchalis cum hac epi-
„ graphe: *Anno Domini* 1034. incepta fuit haec Tabula, aureo numero
„ currente XIIJ. Tabulae artificium declarant, quae ſequuntur: *Nota*
„ *quod omnes lineae rubeae Alphabeti aſcribuntur Aprili. lineae* (ſeu litte-
„ rae) *vero nigrae Martio. Et quota littera rubea eſt in Alphabeto, tot*
„ *dies erit Paſcha intrante Aprili; & quota littera nigra eſt in Alphabeto,*
„ *tot dies exeunte Martio erit Paſcha*. Tabulam excipit inſcriptio ut ſu-
„ pra: *In Chriſti nomine Amen. Incipit ordo Miſſalis ec.* Tum vero titu-
„ lus legitur: *Dominica prima de Adventu Domini*: quam aliae ſequun-
„ tur, ſuis cum partibus omnibus, Miſsae *de Tempore*. His conficitur,
„ ut in calce adnotatur, *liber Sacramentorum de tempore*: quem alius
„ *liber* ſequitur *Sacramentorum de Sanctis*. Similis eſt codex in *quarto*
„ minori. In calce prioris partis haec habentur: *Explicit liber Sacramen-*
„ *torum de Tempore, manu Presbyteri Laurentii de Fagedis ſcriptas anno*
„ *Domini MCCCCIII. XXV. Iunii*. Ac incipit pars altera: *Liber Sacra-*
„ *mentorum de Sanctis*. Diverſum ordinem praeſtat codex membranaceus in
„ *octavo*. Proſtat in eo 1. *Kalendarium* 2. *Tabula Paſchalis* ab anno
„ MCCCLXXXVIII. ad annum MCCCCXXI. 3. *Praefationes* 4. *Ca-*
„ *non* & *Preces* 5. *Miſſae de Tempore* 6. *Miſſae de Sanctis*. Codicem alium
„ ego poſſideo, qui olim ad Eccleſiam eamdem *Civitatenſem* ſpectaſſe
„ videtur. Habentur 1. *Praefationes cum Canone* 2. *orationes, lectiones,*
„ *& Evangelia*. 3. *Introitus, Tractus, Graduales, Proſae, Antiphonas ad*
„ *offertorium, & poſt Communionem*: & haec quidem omnia hodiernis no-
„ tis muſicis conſuetis inſignita..... Non pauca demum Volumina,
„ ſunt, quae *Antiphonas* omnes, ac *Proſas*, ſive *Sequentias*, in ſolemni
„ Miſſa canendas complectuntur cum Muſicis notis.„

Gallicanae veteris Liturgiae libri

IV. Poſt *Italicas* Liturgias celeberrima fuit *Gallicana*, quam plures quoque *Germanicae* Eccleſiae ante CAROLVM M. uſurpabant. Liber *Myſteriorum*, ſeu *Sacramentorum* praecipuus erat & hujus liturgiae liber. Revera S. HIERONYMVS in Catalogo Scriptorum Eccleſiaſticorum S. HILARIO *Pictavorum* Epiſcopo *Librum Myſteriorum* tribuit. GENNADIVS quoque in ſuo catalogo tradit, *Voconium Caſtellani Mauritani*

oppi-

oppidi Epiſcopum compoſuiſſe, *praeter alios libros etiam Sacramentorum egregium volumen*. Idem GENNADIVS adſerit, *Muſaeum Maſſilienſis* Eccleſiae Presbyterum, hortatu S. VENERII Epiſcopi multos exaraſſe Libros, *inter quos Sacramentorum egregium & non parvum volumen*. Sed etiam S. GREGORIVS *Turonenſis* (*Lib. I. hiſt. cap. XI.*) Miſſalis a SIDONIO compoſiti meminit, cui quamdam ipſe praefationem adjecerat. Ex hujuſmodi porro *Gallicanis* Sacramentariis tria A. MDCLXXX. habuimus a THOMASIO, recuſa deinde a MABILLONIO *Pariſiis* A. MDCLXXXV. in egregio Libro *de Liturgia Gallicana*. Quartum deinde idem MABILLONIVS addidit *Muſaei Italici T. I.* Quae omnia MVRATORIVS in ſuam Liturgiarum collectionem intulit. Lectionarium praeterea *Gallicanum* a MABILLONIO accepimus in indicato *de Liturgia Gallicana* volumine.

V. *Gallicanae* proxima eſt *Hiſpanorum* Liturgia, quam alii *Gotho-Hiſpanam*, alii *Mozarabicam* vocant. „ Ejus, inquit doctiſſimus LES- Miſſale Mozarabum
„ LEVS, a ſuſcepta fide Chriſtiana ad hanc uſque diem uſus aliquis
„ ſemper fuit in *Hiſpania*. Exeunte ſaeculo decimoquincto ſex Eccle-
„ ſiae *Mozarabicae*, quibus *Saraceni* pepercerant, *Toleti* ſuperſtites nu-
„ merabantur. Quarum Presbyteri, & Clerus privilegiis haud conte-
„ mnendis fruebantur, quae anno MCCCCLXXX. *Ferdinandus* & *Iſa-*
„ *bella*, Catholici Reges, novo diplomate confirmarunt. Sed Presbyte-
„ ri *Mozarabici* Miſſas, aliaque divina officia, more *Romano*, plerumque
„ faciebant. Nec niſi certis quibusdam feſtivis diebus, ritu *Mozarabico*
„ ſacra myſteria celebrare ſolebant. Huic malo *Petrus* Cardinalis de
„ MENDOZA Archiepiſcopus *Toletanus* remedium adferre cogitave-
„ rat, nullum tamen adtulit. MENDOZAE anno MCCCCXCV. ſuc-
„ ceſſit *Franciſcus* Cardinalis *Ximenius* de CISNEROS, qui inter pri-
„ mas ſui Archiepiſcopatus curas, ad res Eccleſiaſticas *Mozarabum* re-
„ parandas animum adpulit. Primumque effecit, ut Presbyteri *Moza-*
„ *rabici* proprio ritu, ſaepius quam antea, rem divinam facerent. Quod
„ ut facilius praeſtarent, Miſſale, & Breviarium *Mozarabum*, characte-
„ re uſitato, typis edenda curavit. *Mozarabes* enim in choro, & ad
„ Altare, hactenus uſi fuerant libris eccleſiaſticis, quos laici antiqua-
„ rii expedite legere noverant. Erant enim Codices charactere *gothico*
„ manu exarati, qui a multis ſaeculis in uſu communi eſſe deſierat.
„ Hoc ſublato legendi impedimento XIMENIVS Collegium tredecim
„ Sacerdotum cum tribus Miniſtris inſtituit, qui ritu *Mozarabico* Miſ-
„ ſas quotidie, & Divina officia celebrarent. Huic Collegio unum e
„ dictis Presbyteris praeeſſe voluit, qui *Cappellanus major*, aut *Abbas* de-
„ nominaretur. Eidemque Collegio ſacellum amplum *a Corpore Chriſti*
„ nuncupatum, in Metropolitana aede *Toleti* adtribuit, proventus
„ annuos, aliaque adjecit honoris, & utilitatis commoda, quae duabus
„ IVLII Papae Conſtitutionibus, ſuo, & Capituli *Toletani* decretis con-
„ firmavit. Curam Miſſalis, & Breviarii *Mozarabum* edendorum Cardi-
„ nalis XIMENIVS impoſuit *Alphonſo* ORTIZ, Canonico *Toletano*,
„ utriuſque Juris Doctori, & litteraturae *gothicae* probe gnaro. Eique
„ adjutores dedit *Alphonſum* MARTINEZ, *Antonium* RODRIQVEZ,
„ & *Hieronymum* GVTTIEREZ, Presbyteros Eccleſiarum *Mozarabica-*

„ rum

Digitized by Google

„ *rum* Sanctae EVLALIAE, Sanctarum IVSTAE & RVFINAE, &
„ Sancti LVCAE Parochos, viros probos, & litterarum *gothicarum* pe-
„ ritos. Miſſale *Mozarabum* editum fuit *Toleti* anno MD. a *Petro* HA-
„ GEMBACH Typographo, qui operam ſuam locaverat *Melchiori* GO-
„ RICIO Nobili *Navarrienſi*, cujus induſtria & impenſis ars Typogra-
„ phica *Toleti* promovebatur.

deſcribitur

VI. „ Miſſale conſtat foliis quadringentis & ſexaginta novem, prae-
„ ter titulum, Praefationem, Calendarium, Aquae benedictionem, &
„ in fine indicem brevem, quae omnia foliis decem abſolvuntur. Sin-
„ gula Miſſalis folia paginas duas, paginae ſingulae columnas duas ha-
„ bent paucis admodum exceptis; characteres, quibus typographus uſus
„ eſt, ad germanicos accedunt; crebrae ſunt litterarum, vocumque
„ contractiones. Praemittitur titulus: *Miſſale mixtum ſecundum Regulam*
„ *Beati* ISIDORI *dictum Mozarabes*, titulumque ornat Imago B. Virgi-
„ nis S. ISIDORVM caſula induentis. Conſequitur Praefatio, ſive po-
„ tius epiſtola dedicatoria ad Cardinalem XIMENIVM, qua *Alphon-*
„ *ſus* ORTIZ rationem dedit injuncti ſibi operis, & ſuam in exequen-
„ dis Cardinalis XIMENII mandatis diligentiam, fidemque commemo-
„ rat. Deinde conſequitur Kalendarium *Mozarabicum*, ſaepius auctum,
„ in quo Sancti leguntur FRANCISCVS, DOMINICVS, *Thomas* de
„ AQVINO, PETRVS Martyr. *Antonius* de PADVA ad ſaeculum XIII.
„ pertinentes. Kalendarium hoc excipit *Aquae benedictio*, formula ſci-
„ licet benedicendi aquam adſperſionis, plane antiqua & *Gotho-Hiſpana*,
„ atque haec cum benedictione panis Eulogici, & Indice in fine libri,
„ extra Miſſale quodammodo ſunt. Miſſale autem *Mozarabicum* ejus
„ generis eſt. quod *Plenarium perfectum*, ſive *Mixtum* appellant. Non
„ enim ſolas orationes & preces complectitur, ſed benedictiones quo-
„ que, & Antiphonas, Reſponſoria, Cantica, Hymnos, lectiones ſcri-
„ pturarum, aliaque cuncta, quae in Miſſa recitantur, rite diſpoſita, &
„ ſuis locis digeſta continet. Ejuſmodi autem libri e commixtione
„ Miſſalis ſimplicis Lectionarii, Antiphonarii, & Benedictionalis com-
„ poſiti, *Miſſalia mixta*, *perfecta*, & *plenaria* nuncupabantur. Cujus de-
„ nominationis ſignificationem quum *Eugenius* de ROBLES ignoraſſet,
„ rationem commentus eſt plane falſam, cur Miſſale XIMENII pro
„ titulo appellatum fuerit *Mixtum*, ſuaque auctoritate viros quoſdam
„ eruditos in errorem induxit, ut crederent nonnulla a ritibus *Mozara-*
„ *bicis* aliena, jubente XIMENIO, Miſſali, quum typis ederetur,
„ fuiſſe interpolata. Miſſale *Mozarabum* ab Adventu inchoatur, qua
„ in re cum Orationali *Gothico*, cum *Bobienſi* Sacramentario, aliiſque
„ libris Liturgicis *Gallicanis*, concordat. At vetuſta Sacramentaria Ri-
„ tus *Romani* aut a Kalendis Januarii initium ducebant, ut de Sacra-
„ mentario *Leoniano* ſuſpicari licet, aut a Vigilia Natalis Domini, a qua
„ Sacramentarium *Gelaſianum*, & *Gregoriana* antiquiora Sacramentaria
„ incipiunt. „ Duas vero in partes tribuitur. Prima Dominicarum, die-
rumque Domini Feſtorum, Sanctorum quoque inter hos occurrentium,
item jejuniorum Miſſas complectitur. Altera *Sanctorale commune*, Miſ-
ſas votivas, & Mortuales exhibet. Praeter PAMELII Liturgica, & Bi-
bliothecas Patrum, in quibus non tam ipſa *Mozarabum* Miſſa, quam

ejus

ejus ordo hinc illinc depromptus invenitur, *Daniel* PAPEBROCHIVS in Actis *Bollandianis* (*T. V. Iunii ad d. XXIX.*) ex hoc Miſſali Miſſam de SS. COLVMBA & PELAGIO collatam cum hodierna S. IACOBI Apoſtoli, ac *Gothica* S. EVLALIAE Virginis & Martyris exhibuerat. Sed ipſum Miſſale integrum jam inter rariſſimos libros putabatur, ut vel in locupletioribus Bibliothecis ſaltem integrum deſideraretur. Itaque P. *Emmanuel* de AZEVEDO de illo *Romae* typis itèrum exſcribendo cogitavit. Immo paginae omnino 144. e praelo jam exiverant, quum illi in mentem venit, rem eruditis viris multo gratiorem ſe praeſtiturum, ſi textus Miſſalis *Mozarabici* talis exhiberetur, qualis anno milleſimo quingenteſimo *Toleti* prodierat. Novam itaque fieri illius editionem juſſit ita diſtributam, ut ſingulae non paginae ſolum, ſed etiam columnae, in iiſque contentae lineae *Toletano* exemplo penitus reſpondeant; hincque factum, ut LESLEI viri cl. adnotationes in operis calcem reijcere neceſſe fuerit. Inchoatae illi editioni addi debuerat *compendium vitae ac rerum geſtarum Cardinalis Domini Fr.* Franciſci Ximenii de CISNERIS, *nec non hiſtoria de Officio & Miſſa Mozarabica authore Magiſtro* Eugenio ROBLESIO *Parocho Eccleſiae Sancti* MARCI, *& Sacellano Sacelli* Muzarabum in *Eccleſia Sancta* Toletana *cum privilegio anno* MDCIIII. *ex* hiſpano *idiomate in latinum verſa*, atque ad hujus operis caput XXXIII. editio paginis 92. perducta erat. Mutato tamen conſilio P. de AZEVEDO LESLEI eruditiſſima Praefatione contentus fuit. Exiit ergo tandem a. MDCCLV. inſigne opus typis *Ioh. Generoſi* SALOMONI inſcriptum *Miſſale mixtum ſecundum Regulam Beati* ISIDORI *dictum* Mozarabes *Praefatione, notis & appendice ab* Alexandro LESLEO *S. I. Sacerdote ornatum* 4. non fol, quod ait WALCHIVS (*Bibl. Theol. p. III. pag.* 704.) Quamquam id errati auctori, qui opus non vidit, condonandum. Illud minime ferendum, quod quum librum minime inſpexerit, de eo tamen loqui voluerit, ac riſu omnino digna tradiderit. Audi. „ Quod ſplendidum quidem; non novum autem opus eſt. Liturgia enim, „ quae illo continetur, jam a *Ioſepho Maria* THOMASIO edita fuit, „ quumque inter hujus ſcripta coniunctim ſex voluminibus in lucem „ emiſſa, locum haberet, ſeparatim in conſpectum orbis eruditi venit, „ ut uſus facilior, ac commodior redderetur, ac multorum ſacrarum & „ antiquarum rerum ſtudioſorum voluntati ſatisfieret, „ Vbinam quaeſo THOMASIVS *Mozarabicam* Liturgiam edidit? *Gallicanos* ille Sacramentarios libros vulgavit, non Miſſale *Mozarabum*.

Orationale Gothico-Hiſpanum

VII. Non multis ante hanc *Romanam* Miſſalis *Mozarabici* editionem annis, nempe a. MDCCXLI. prodierat *Romae libellus orationum Eccleſiaſticorum officiorum* Gothico Hiſpanus *primum in lucem editus ex incomparabili, & pluſquam Millenario MS. Codice in folio majoris formae ampliſſimi Capituli Veronenſis*. Inſigne hoc veteris rei Liturgiae monumentum Cl. P. BLANCHINIO *Vallicellanae* Congregationis debemus, qui quum THOMASII opera recudenda ſuſcepiſſet *in fol.*, illud in primam partem Tomi primi laudabili conſilio intulit.

ARTI-

Digitized by Google

narium eſt) a Monachis Sanctorum SERGII & BACCHI, qui ex Monaſterio S. PETRI de *Florentillo Romam* juſſu PASCHALIS Pontificis vocati in Salvatoris Eccleſia Pſalmodiae munus obibant, adhibitum fuiſſe. De aetate porro Codicis ita diſputat (*Pr. pag. XXXVIII.*) illum vel ſaeculo XI. exeunte, vel non multo antea ſcriptum fuiſſe. Id nempe
„ aperte, inquit, indicari videtur tum ex forma, & ſpecie characteris,
„ tum etiam, quia in eo non leguntur nomina Sanctorum, qui ſaeculo
„ duodecimo, vel ſubſequentibus in Sanctorum Catalogum a *Romanis*
„ Pontificibus relati ſunt. Additur praeterea, quod in eodem Codice
„ non ſolum diverſa, & paullo recentiori manu adjuncta legitur integra
„ Miſſa *de Trinitate*, ſed inſuper in fine ejuſdem Miſſae, & in margine
„ alia poſterior minus antiqua, ut ex ipſa forma, & litterarum ductu
„ comperitur, additio facta occurrit quarumdam orationum, quas inter
„ legitur Oratio *A cunctis*, quam certo conſtat compoſitam fuiſſe ab
„ INNOCENTIO III. ex teſtimonio *Gulielmi* DURANDI, qui ſcribens
„ de orationibus, ſeu Collectis: INNOCENTIVS *Papa primus compo*
„ *ſuit*, inquit *quatuor collectas pro* menſe *Septembri*. INNOCENTIVS
„ *vero Papa tertius compoſuit: A cunctis nos, quaeſumus domine, mentis*
„ *& corporis defende ec.* Electus eſt autem Pontifex INNOCENTIVS III.
„ initio anni MCXCVIII. Quum igitur additio illius orationis ſit recen-
„ tior, & poſterior alia nova additione facta noſtro Miſſali, neceſſario
„ conſequens eſt, illud vel exeunte ſaeculo XI. vel ad ſummum initio
„ ſequentis ſaeculi XII. ſcriptum fuiſſe, fieri enim haud certe potuit,
„ ut ſerius eo tempore litteris conſignaretur. „ Id ipſum *Antonelliani* operis Editor P. *Emmanuel* de AZEVEDO novo argumento confirmat in epiſtola ad Eminentiſs. *Nerium* S. R. E. Cardinalem CORSINIVM, illud que repetit ex oratione ſecreta S. LEONIS „ quae, inquit, in noſtro
„ Codice continetur *pag.* 228. eiſdem verbis concepta, ac in *Gregoriano*
„ MENARDI Sacramentario, nimirum *Animae famuli tui Leonis haec*
„ *proſit oblatio*, quae verba ſane jam ſublata fuiſſe, ſedente INNOCEN-
„ TIO III., vel ex ipſa decretalium Collectione cuique perſpectum eſ-
„ ſe poteſt. Interrogatus enim hac ſuper re ab Archiepiſcopo *Lugdu-*
„ *nenſi* ſummus Pontifex INNOCENTIVS III. *Fraternitas tua*, (in-
„ quit cap. cum Marthae de celebratione Miſſarum §. finali) *requiſivit*,
„ *quare fuerit mutatum, quod in ſecreta Beati* LEONIS *ſecundum anti-*
„ *quiores Codices continetur, ſic videlicet*: Annue nobis Domine, ut
„ animae famuli tui Leonis haec proſit oblatio, *quum in modernis Sa-*
„ *cramentariis habeatur* Annue nobis, quaeſumus Domine, ut inter-
„ ceſſione Beati Leonis haec nobis proſit oblatio; *ſuper quo reſpondemus*,
„ *quod quum Sacrae Scripturae dicat auctoritas, quod injuria facit Martyri*
„ *qui orat pro Martyre, idem ex ratione conſimili de aliis ſanctis ſen-*
„ *tiendum ec.* „

II. Non hic tamen unus eſt Monaſticus Sacramentorum liber, quem *Italia* viris doctis detexerit. In *Annalium Camaldulenſium* tom. II. qui *Venetiis* prodiit a. MDCCLVI. appendicis *pag.* 301. *ſeqq.* exſtat vetus Monaſticum Sacramentarium (quod fortaſſe prius ad Monaſterium *Claſſenſe* pertinuit) ex codice membranaceo ſaeculi XI. erutum, & obſervationibus, ac notis ab *Octavio* Canonico TVRCIO illuſtratum. In a. tres Camaldulenſes

multis illud *Gregoriano* Sacramentario conſentit, ſed & in multis ab eo diſcrepat. Eruditiſſimi porro Editores *Johannes Benedictus* MITTARELLIVS, & *Anſelmus* COSTADONIVS ex aliis duobus Sacramentariis excerpta ibidem exhibent. Alterum ſcriptum fuiſſe ad uſum Aſcetarum *Fontavellanenſium* ante ſaeculum XIV. ajunt; alterum paullo antiquius eſſe monent, quod forte uſui fuerit Monachis & Parochis *Fabrianenſibus* S. BLASII. Alii ejuſmodi libri, qui olim ſervabantur in Bibliotheca celeberrimi *Panormitani* Monaſterii *Benedictinorum* S. MARTINI, indicantur in veteri XIV. ſaeculi Catalogo, quem eruditiſſimus Monachus D. *Salvator Maria* di BLASI vulgavit *Panormi* MDCCLXX. in egregio libro, cui titulum fecit: *Relazione della nuova Libreria del* Gregoriano *Moniſtero di* S. MARTINO &c. *con un catalogo ragionato di* 400. *e più Codici, ch' erano in eſſo Monaſtero nel MCCCLXXXIV.*

Gallicani alii

III. In *Gallias* nos MARTENIVS revocat. Hos ille Sacramentariorum Monaſticorum Codices memorat. I. *Calenſis* Monaſterii Sacramentarium ante DCCC. annos exſcriptum. 2. aliud Monachorum *Carnotenſium* S. PETRI ſexcentis ab hinc annis exaratum. *Dionyſianum* porro Monaſterium prope *Pariſios* librum ejuſmodi ſervat circa CAROLI M. tempora perſcriptum. Ejuſdem vero Monaſterii aliud Sacramentarium DCCC. annorum in *Colbertinam* Bibliothecam tranſiit. Alii iſtiuſmodi Codices extant in *Divionenſi* S. BENIGNI Monaſterio, in *Gellonenſi* S. BENEDICTI Coenobio, in *Gemmeticenſi*, in Majore Monaſterio *Turonenſi*, in *Moiſſacenſi*, in *Remenſi* S. REMIGII, ac tandem in *Villalupenſi*.

Germanici, & Anglicani

IV. Nec deſunt *Germanica*, & *Anglicana* Sacramentaria. Idem MARTENIVS in *Gladbacenſi* Monaſterio *Colonienſis* dioeceſis extare ait Librum Sacramentorum antiquiſſimum. Quid vero de vetuſtiſſimo *Anglicano Benedictionorum* Sacramentario dicam, quod *Cornelius* SCHVLTINGIVS (*Biblioth. Eccleſ. T. III. p. II. pag.* 145. 202.) operoſe deſcribit? Antiquum equidem illud eſſe vel recentiore manu adjecti *Viſitationis* B. MARIAE *Virginis*, S. THOMAE *Cantuarienſis*, aliorumque Sanctorum feſti dies ſatis indicant. Vereor tamen, ut docti viri SCHVLTINGIO adſentiantur ſcribenti: *videtur hoc Miſſale* Benedictinorum *tam fere vetuſtum eſſe, quam eſt ipſe ordo*.

Miſſalia Plenaria

V. Adde jam Miſſalia Plenaria Monaſtica, ejuſmodi plura MARTENIVS commemorat in Bibliothecis Monaſteriorum S. VINCENTII *Cenomanenſis*, *Fiſcanenſis*, *Fuldenſis*, *Gellonenſis*, *Gemmeticenſis*, S. GEORGII in dioeceſi *Rothomagenſi* S. AVDOENI, atque *Vticenſi* S. EBRVLFI a ſe inſpecta. Vnum in Bibliotheca *Montis Caſini* me vidiſſe memini, cujus aetatem doleo me non accurate adnotaſſe. Niſi tamen memoria me fallit, quartodecimo ſaeculo vetuſtius non eſt. In eo tamen Communio ſub utraque ſpecie diſerte commemoratur *fol.* 207. his verbis: „ Tunc primo Miniſtri; deinde qui volunt, communicent, ſub„ diacono tenente patenam cum Corpore Domini ante Sacerdotem, „ Diacono vero cum calice a dextris altaris propinante ſingulis Sangui„ nem Domini cum fiſtula. Dum communicat, dicat Sacerdos, quan„ do propinat calicem, Diaconus dicat: *Corpus Domini noſtri Jeſu Chriſti* „ *conſervet animam tuam in vitam aeternam Amen: Sanguis Domini Noſtri*

Jeſu

„ *Ieſu Chriſti proſit tibi ad remiſſionem omnium peccatorum tuorum in vitam* „ *aeternam Amen*. Poſtquam communicatum fuerit tollat diaconus pa„ tenam de manu ſubdiaconi, & det ei calicem. Vbi Sacerdos perfundat „ cum vino digitos: dehinc abluat manus aqua miniſtrantibus acolitis „ ordine quo ſupra. Interim diaconus plicet Corporale, & poſita deſuper „ patena reddat inde.....ec. „

A R T I C V L V S VIII.

Seu APPENDICVLA

De contractioribus quibuſdam Miſſalibus quae quaſdam tantummodo Miſſas continent.

I. PRaeter Miſſales libros, quos hactenus numeravimus, aliqui ſunt qui paucas tantum Miſſas continent. LIBELLI nomen apud S. GREGORIVM *Turonenſem* cum *hiſt. Franc.* (*Lib. II. cap.* 22.) tum in *vitis Patrum* (*Cap. XVI.* §. 2.) occurrit. GREGORIVS vero hocce vocabulum adhibuiſſe GEORGIO (*p. LXVI.*) videtur, quo Miſſas quaſdam ex Sacramentorum libris deſumptas, & in nonnullis celebritatibus uſitatas denotaret. Libellus

II. Porro in quibuſdam rerum ad *Tarviſanam* Eccleſiam olim pertinentium indiculis, quos legere eſt in *Venetis* literariis Ephemeridibus praenotatis: *Memorie per ſervire all' Iſtoria ec.* (*T. VIII. p.* 27.) invenio *Meſſiletum votivum*. Eadem vox occurrit in inſtrumento, quod edidi in hiſtoria Monaſterii *Leonenſis* (*Lib. II. Monum. LXVI.*): *duo Miſſaletti votivi*. Ni fallor, in his libellis Miſſae, quas *votivas* dicimus, continebantur. Meſſaletum votivum

III. Iidem *Tarviſinae* Eccleſiae indices nobis exhibent *Quaternum pro mortuis*, quaternionem ſcilicet, aut libellum, in quo Miſſae pro defunctis. Idem nomen *quaterni pro defunctis* legere eſt in antiquiore THEOBALDI Abbatis indice, quem MVRATORIVS vulgavit (*T. IV. Antiq. Italic. col.* 769. *Quaternionis* vocabulum erudite illuſtrat *Chronicon. Gotwicenſe* (lib. 1. p. 32) his verbis.„) EKKARDVS *Junior* (de Caſib. „ Monaſt. S. GALLI *Cap. XVI.*) apud GOLDAST (*T. I Rer. Alemanic. pag.* 108.) *Miſit tandem*, inquit, *Abbas litteras* Ottonibus, & „ *Reginae in* Saxoniam *cum muneribus ſciſcitans tempus adventus eorum*, „ *nec non* Ekkheardo *quaternionem*, *omnem ſeriem Sindrati tenentem*. Idem „ *Cap. III. circa finem pag.* 59.) & ecce *Sindolfus* Magnus jam & praepo„ tens in loco, ut diximus, Codicem illum delicate ſcriptum caſu in„ currens furatus eſt, & ſingulas quaternionum, ſicut hodie videre eſt, „ cultro deciſas *diſcerpſit*, *atque depravavit*, & *iterum complicatas in locum*, „ *ubi eas fueras furatus*, *repoſuit*. Rhabanus Maurus ad Hincmarum. „ PRVDENTIVS, inquit, Trecaſſinae *Civitatis Epiſcopus plura teſti*„ *monia praeteritorum Patrum* in *quaternionibus ſuis collegit*. GREGORIVS „ *Turonens.* habet vocabulum *Caternio*. *Tranſmittimus*, inquit, *librum* „ *Canonum*, *in quo erat caternio* novus *adnexus*, *habens Canones quaſi A-* Quaternus pro mortuis

,, poſtolicos. *Petrus* e contra de VINEIS (*Lib. III. Epiſtolar. Epiſt.* 64.
,, & 66.) *quaternum* appellat. Iſtum compingendi morem valde anti-
,, quum eſſe, praeter jam allegatum GREGORII *Turonenſis* teſtimonium
,, colligimus ex ſuperius allegatis *vitis Patrum* (*Lib. IV.*) de S. SILVA-
,, NO & ejus diſcipulo MARCO: ibi: *Ingreſſus cellam* MARCI *invenit*
,, *quaternionem, quem eadem hora incboaverat* ec. Conferatur ERMENB-
,, RICI ſupplementum Vitae S. MAGNI (*Cap. XVI.* ,, Ceterum Miſ-
ſale mortuorum, quod etiamnum ab amplioribus Miſſalibus ſejunctum
circumfertur, *Illyrice* verſum charactere *Hieronymiano* typi S. C. de Propaganda Fide excuderant a. MDCCVII.; quum autem ejus exempla deeſſent, iterum a. MDCCLXVII. exhibuerunt.

ARTICVLVS IX.

De Liturgiis haereticorum.

Liturgia LVTHERI

I. ANtequam huic capiti finem impono, pauca de Liturgiis quoque haereticorum differere haud erit inutile. Prima ſit *Martini* LVTHERI. Eam nefarius haereſiarcha a. MDXXIII. pro Eccleſia *Wittembergenſi* propoſuit, inſcripſitque *Nicolao* HAUSMANNO Epiſcopo *Cignaee* Eccleſiae. Exſtat T. IV. operum LVTHERI editionis *Jenenſis* MDC. (*pag.* 556.) atque hinc illam ASSEMANVS deſcripſit in diſſertatione, *in qua Novatorum Eucbariſticae quaedam formulae exhibentur, & illegitimae demonſtrantur* (*p. II.*) Sub annum porro MDXXV. quum *Huldricus* ZVINGLIVS Miſſae Catholicae abrogationem XII. Aprilis a Senatu *Tigurino* impetraſſet, Liturgiam quamdam ipſe commentus eſt, atque in Coenae Dominicae celebratione ſervandam *Tigurinis* praeſcripſit, quam *Rodulphus* HOSPINIANVS in *hiſtoria Sacramentaria* (*p. II. pag.* 140.) & ex eo ASSEMANVS in cit. diſſertatione (*p. XV.*) refert. *Argentoratenſes*, quoque ſuam Liturgiam ediderunt. Nempe *Argentorati* per *Valerandum* POLLANVM MDLI. in 8. impreſſa fuit *Liturgia ſacra, ſeu ritus Miniſterii in Eccleſiis Peregrinorum*; recuſa deinde *Francofordiae ad Moenum* apud *Petrum* BRVBACHIVM MDLIV. 8., ubi addita *ſumma doctrinae, ſeu fidei profeſſio* hujus Eccleſiae.

ZVINGLII

Argentoratienſis

VVILKENII

II. *Germanus* WILKEN ad *Lutheranorum* dogmata *Agendam Germanice* edidit praenotatam: *Kircbenordnung* ec. nempe *ordinatio Chriſtianae Eccleſiae in* Niggen Rade *incboata a.* MDLXIV., *impreſſa Tremoniae* (Dortmundt) eodem anno. Sed omnes *Lutheranorum*, ut vocant, *Agendas* cum voluminis mole, tum haereſum veneno vincit *Wittembergae* editus *Germanice* liber in fol. MDLXXIII. Titulum latine ſic reddit SCHVLTINGIVS (*T. IV. p. I. pag.* 8.) *Cantiones Eccleſiaſticae* Latinae, & Germanicae *cum Epiſtolis, Evangeliis, Collectis de Dominicis, Feſtis diebus ſecundum ordinem temporis per totam annum, quae adhibentur in adminiſtratione, ſive tractatione Eucbariſtiae, vel praedicatione Verbi divini in* Evangelicorum, ſeu Lutheranorum *Eccleſiis uſitatae, ex optimis formulis, ſeu* Lutheranorum *Agendis collectae*.

VVittembergenſis

Svecana

III. His jungenda Liturgia *Svecana*, de qua ASSEMANVS (*p. LXI.*

Ex

Ex quo *Lutheraniſmus* ſub GVSTAVO I. opera ductum Fratrum LAVRENTII & OLAI PETRI. qui *Wittembergae* LVTHERVM audierant, *Svecanicam* Eccleſiam infecit, quaedam Liturgiae addi & ex ea detrahi coepere, quae ſectam *Lutheranam* ſaperent, atque poſt multas viciſſitudines, & variationes tandem an. MDLXXVI. *Stokolmiae* in fol. prodiit Liturgia *Svecana*, ut titulus mentitur, *Eccleſiae Catholicae*, *& orthodoxae conformis: opus* ſvecice, *&* Latine *conſcriptum cum praefatione & notis Laurentii* (GOTH) *Archiep.* Vpſalenſis, excudente *Torberno* TIDEMANNO. Poſtea praefatione, & notis expunctis iterum impreſſa fuit a. MDLXXXVIII. 4. hoc titulo: *Liturgia* SVECANAE *Eccleſiae*, *Svecice*, *& Latine*. Eadem deinde, ut LIPENIVS indicat, in 8. MDCL typis iterum data eſt hoc titulo: *Liturgia* Svecorum *cum Evangeliis*, *& Epiſtolis Dominicalibus*, *ordinationibus Eccleſiaſticis*, *& Pſalmis* David *metro ſvecico*. Edidit quoque illam Petrus LE BRVN (*diſſ. XIII. art. V. §. 2.*) ex eoque in citatam diſſertationem ASSEMANVS tranſtulit (*cap. V. p. LXI ſeqq.*)

IV. *Calvinianorum* Liturgia ex *Genevenſi* intelligi poteſt. Nam IO- Genevenſis
HANNES CALVINVS novam precum Eccleſiaſticarum formulam, novamque celebrandae Coenae Dominicae rationem in uſum *Genevenſis* Eccleſiae conſcriptam ratam habuit, & a ſe recognitam edidit, quemadmodum videre eſt in volumine Tractatuum ejus Theologicorum *Amſtaelodami* vulgato MDCLXVII. Vtramque exhibet quoque ASSEMANVS (L. c. *Cap. III p. XVII. ſeqq*)

V. Etiam *Anglicana* Liturgia CALVINI praeſertim erroribus foe- Anglicana
datur. „ Vbi HENRICVS VII. (inquit ASSEMANVS, quem fere „ exſcribam, additis tantummodo pluribus hujus Liturgiae editionibus „ ab eo praetermiſſis) ſchiſmate facto in comitiis regni celebratis ann. „ MDXXXI. ſe caput ſupremum, & Protectorem Eccleſiae, & Eccleſiaſticorum *Angliae* declaravit, ſenſim cum Catholicae Eccleſiae do- „ ctrina, Liturgia coepit abrogari, & nova componi, quae conformis „ eſſet novae doctrinae per *Lutheranos*, alioſque novatores invectae. Itaque „ ſub EDVARDO hujus nominis VI. quibuſdam viris provincia fuit „ impoſita, qui Liturgias *Anglicanas* antiquas, quae quinque numera- „ bantur in Regno *Anglicano*, reformarent, & ad unam reducerent; „ ergo compoſita, & probata in Comitiis decembri MDXLVIII. & „ Januario ſubſeqq habitis, *Anglice* fuit impreſſa & vulgata an. MDXLIX. „ Hanc ex codice miſſali extante in Bibliotheca *Colbertina* edidit CL. BRVN „ (*diſſert. XIII. artic.* 3. §. 2.) Contra hanc Liturgiam CALVINVS, „ aliique ſectarii epiſtolas dederunt: quamobrem an. MDLII. altera ſub „ EDVARDO pariter vulgata *Anglice* fuit in urbe *Londinen*: quae & „ uſu obtinuit uſque ad mortem EDVARDI, quae contigit die 6. Ju- „ lii ann. MDLIII Hanc refert BRVNVS (§. 3.) & varietates obſervat. „ Sed quum menſe octobri *Maria* Soror EDVARDI, & HENRICI „ filia, clavum tenuiſſet, haec abrogatis Liturgiis novi, & ſchiſmate „ longe abacto, cum Eccleſia Catholica unionem *Angliae* fecit, & an- „ tiquos Miſſales, ac Liturgicos libros reſtituit, atque ea Regnante Miſ- „ ſales Sacri *Angliae* pluries editi fuere. Verum die 17. Novembris an. „ MDLVIII. defunctae *Mariae* quum ſucceſſiſſet *Eliſabeth* Soror, & HEN-

RICI

Digitized by Google

« RICI VIII. ex *Anna Bolena* filia; haec ſchiſma renovavit, & Litur-
„ giam alteram EDVARDI VI. renovavit; ut autem Catholicos fal-
„ leret, quaedam mutavit, ac primo a Litaniis expungi juſſit illa: *a ty-*
„ *rannide Epiſcopi Romani, ejuſque deteſtandis erroribus Libera nos Domine*,
„ quae ab ann. MDXLIV. fuerant intruſa. 2. quoniam in illa Litur-
„ gia nulla mentio habebatur de ſacris veſtibus ac ornamentis, Regi-
„ na voluit a Miniſtris ſacra ornamenta reſumi, quae in priori EDVAR-
„ DI Liturgia memorabantur. 3. demum ita utramque Liturgiam or-
„ dinarunt, ut dogma Tranſubſtantiationis & realis praeſentiae corpo-
„ ris Chriſti indeterminatum maneret: quare rubricas circa Euchari-
„ ſtiae diſpenſationem & receptionem reformarunt, adeo ut tam hae-
„ retici, quam Catholici ſine piaculo viderentur poſſe illa uti. Hanc Li-
„ turgiam PIO IV non diſplicuiſſe, ſcribunt nonnulli, qui & ſubdunt
„ famam obtinere, Pontificem fidem dediſſe Liturgiam *Anglicanam* ſua
„ auctoritate confirmaturum, dummodo *Eliſabeth* Regina Eccleſiae *Ro-*
„ *manae* ſe adgregaret, *Romanaeque* Cathedrae primatum agnoſceret.
„ Ceterum DVRELIVS in *vindiciis Eccleſiae Anglicanae* (cap. 12.) hanc
„ fabulam notavit. „ Prodiit haec Liturgia *Anglice Londini* MDLIX. f. & MDLXXIV. in 8. *Jacobus* VI. STVARDVS *Scotiae* Rex, & ſub nomine *Jacobi* I. *Eliſabethae* in *Angliae* Regno ſucceſſor imprimendam curavit ann. MDCXVI. *Londin.* praefatam Liturgiam *Gallico* idiomate, levibus quibuſdam factis immutationibus, quae declarationes potius habendae ſunt. Saepius deinde excuſa eſt *Anglice Londini* MDCXXXVI. fol. MDCXXXVIII. fol. MDXXXIX. 8. MDCLXII. fol. *Gallice Genevae* MDCLXV., *Londini* apud *Robertum* SCOTTVM MDCLXVIII. 8. MDCLXXXI. ex typographio *Samuelis* MEARNE, & *Oxfordiae* typis Theatri *Scheldoniani* MDCLXXXVI. 12. Poſtrema haec editio exſtat in Bibliotheca Collegii *Romano-Gregoriani*, atque hunc titulum praeſefert: *Liber precum communium, & adminiſtrationum Sacramentorum, aliorumque rituum, & ceremoniarum juxta ritum Eccleſiae* Anglicanae

Scotica

una cum Pſalterio Davidico. *Hiſpanice* etiam vulgata fuit haec Liturgia interprete D. *Felice* de ALVARDO, hoc titulo: *Liturgia Ingleſa, o libro de la oracion comun, y adminiſtration de los Sacramentos, y otros ritos, y ceremonias de la Igleſia* Anglicana. Hanc haereticae Liturgiae verſionem *Hiſpani* Fidei Quaeſitores menſe octobri a. MDCCIX. legi vetuerunt. Quia tamen a. MDCCXV. eadem interpretatio cum Regis GEORGII additamentis iterum excuſa fuit, novo illam decreto *Hiſpanum* Fidei Tribunal perculit, cum tractatu inſcripto *de la Conſagration, y ordinacion de los Obiſpos, Presbyteros, y Diaconos*. Vide noviſſimum Librorum prohibitorum, & expurgandorum Indicem pro Catholicis *Hiſpaniarum* Regnis, *Matriti* MDCCXLVII. Tom. II. pag 821. *Anglicanae* Liturgiae adfinis eſt *Liber precum & Sacramentorum Eccleſiae* Scoticae. *Edimburgi* MDCXXXVII. fol.

Huc aliqua ex parte CASSANDRI Liturgia pertinet

VI. Haereticis hiſce Liturgiis ſatis quidem Catholicam, ad Novatorum tamen placita aliquantulum adcommodatam addamus, quam *Georgius* CASANDER conciliandorum animorum cauſſa reſinxit. Hic libri *Colonienſibus* typis editi MDLI. 8. titulus eſt: *Liturgia de ritu & ordine Dominicae Coenae celebrandae* 8. Extat etiam inter CASSANDRI opera

uno

uno volumine comprehenſa curante *Chriſtophoro* THVANAEO, ac *Pariſiis* a. MDCXVI a typographo *Hieronymo* DROVARTIO excuſa in f. Capita hujus Miſſae SCHVLTINGIVS, ſed a ſe nonnihil correcta exhibet (*T. IV. Biblioth. Eccleſ. P. I. pag.* 72.). Verum de libris Liturgicis hactenus.

CAPVT IV.

Libri ad horas Canonicas recitandas adhibiti.

ARTICVLVS I.

Libri Graecorum.

I. PRimus qui ad horarum recitationem ſpectat, apud *Graecos*, eſt ΤΥΠΙΚΟΝ. ordo hic eſt recitandi divini officii, Liber haud parvae molis, in quo ut *Leonis* ALLATII verbis utar, (*differt.* 1. *p.* 4.) a primo die anni, ſingulis diebus, quid inter Miſſarum ſolemnia, quid ad veſperas, quid ad horas, quid ad matutinum, quid denique ad reliqua divina officia, ſive dies illi feriales ſunt, ſive feſti, recitandum, quid pſallendum, aut legendum ſit, quibus diebus jejunandum, quibus & quomodo ſolvendum jejunium, verbis clariſſimis & facillima methodo praeſcribitur, variiſque eſt diſtinctum pro materiae varietate capitibus. Variant apud *Graecos typica*, quum quaelibet, ſaltem ex majoribus Eccleſiis, ſuum habeat. Quae in ſingularem monaſteriorum uſum condita ſunt, κτητορικα proprio nomine appellantur. Prodiit *Typicum* curante *Andronico* NVCCIO *Corcyrenſi Venetiis* MDXLV. ex typographio *Antonii* & *Petri* SABIEORVM; tum a *Joſaphato* HIEROMONACHO circa MDLXXXIV. emendatum, ut notat * J. A. FABRICIVS ad ALLATII diſſertationem in calce Tomi IV. *Bibl. Graecae* recuſam (p. 2.) *Venetiis* MDCIII. MDCXV. MDCXLIII. hoc titulo κυπικον συν Θεω αγιω περιεχον πασαν την Διάταξιν της ἐκκλησιαστικῆς ἀκολουθίας τῦ χρονυ ὁλυ: *Typicum, favente Deo, continens integrum officii Eccleſiaſtici ordinem per totum annum*. Quo in opere ſequentia continentur. 1. *Typicum* της εκκλησιαστικης ακολυθιας S. *Laurae* in *Hieroſolymis*. Quod & in aliis Monaſteriis *Hieroſolymitanis*, aliiſque Eccleſiis obtinet ex praeſcripto S. SABAE, capita 59. complexum. De hoc typico plura CAVEVS in vita S. SABAE (*ſaec. V.*) 2. μηνολογιον, juxta 12. menſes, continens ακολυθιαν της εκκλησιαστικης Ψαλμωδιας τε και συναξεως per totum annum incipiendo, ut ſolent *Graeci*, a menſe Septembri, uſque ad finem Auguſti, praemiſſo capitum indice 3. *Marci* HIEROMONACHI, qui ſe αμαρτωλον vocat, Συνταγμα εις τα απορυμενα εν τυπικω ſive *de dubiis, quae ex typico oriuntur*, capitibus 100 abſolutum. OVDINVS, (*tom.* 2. *p.* 584.) narrat, *Marcum* HIEROMONACHVM non tantum ſcripſiſſe *comment.* in *Typicum S. SABAE* dictum, ſed hoc *Typicon* etiam compoſuiſſe, quod S. SABAE falſo nomine inſcripſit, ut auctoritatem ipſi majorem apud *Laurae* Monachos conciliaret. 4. NICOLAI Patriarchae CP. ad ANASTASIVM, mon-

Typicum

Digitized by Google

montis *Sinae* Abbatem, de jejuniis *Graecorum* carmina politica 224. S. ANASTASII *Caeſareae Palaeſtinae* Epiſcopi tractatus περι τυ Αρτζιβυριυ, *de feriis Monachorum*, de *continentia* & *ingluvie* ec. 6 *Vitae quatuor Evangeliſtarum* ex DOROTHEI *Synopſi* deſumptae 7. *Regulae variae* περι τυ δει πιστευειν, περι τυ πως δει κυνειν τον Θεον ec. 8 Κεφαλαια παραινετικα ſeu *capita adhortativa ad virtutem* per modum *gnomologiae* diſpoſita. 9. Πασχαλιον τυ ογδου αιωνος, *Paſchalium octavi ſaeculi*, ſive calendarium continens annos ab orbe condito, & ab incarnatione Chriſti; indictionem etiam, cyclum tum ſolarem, tum lunarem, & το θεμελιον της Σεληνης. Hoc θεμελιον *Epactae* Latinorum reſpondet, & ephemeridem annorum ab anno MDCXLIII. uſque ad annum MDCLXXVI. complectitur. Extat *Veneta* quoque hujus operis editio MDCCXXXVIII. fol. Sunt etiam, notante eodem, quem ſupra citavimus, ALLATIO, quae ſtrictiori ſenſu apud *Graecos typica* vocantur; nempe verſuum quorumdam ex Pſalmis, hinc inde congeſtorum, & ad ſollemnitatis, quae agitur, arcana exponenda aptiorum, eclogae. Et horum duo ſunt genera; alterum quod in matutinis precibus, dum vigilias, quod eam noctem inſomnes traducant, peragunt, recitari aut cani ſolet, in feſtis ſcilicet Chriſto & B. Virgini dicatis, quae ſola vigilias habent. Alterum illud eſt, de quo ſupra in *Libris Graecorum Liturgicis* egimus.

Tactica II. Idem fere alter Liber eſt TAKTIKA inſcriptus, atque in pleriſque *Graecorum* Monaſteriis hoc nomine extare teſtatur ALLATIVS in diſſ. *de Lib. Eccleſ. Graec.* (*pag.* 15.) TAKTIKA ergo nihil aliud erant, quam Libri caeremoniales, in quibus ordo & regula divinorum officiorum continentur, & quid ſingulis diebus in rebus ſacris praeſtandum ſit, praeſcribitur. Et a ταξει nomen habent, ſicut apud Latinos ab ordine *Ordinarium* ſit.

Pſalterium III. Nullus vero alius liber, ſive in Miſſis, ſive in Matutinis precibus, ſive in aliis divinis officiis Ψαλτηριω frequentior eſt, inquit ALLATIVS (*p.* 54.), tamquam qui ſemper prae manibus ſit, licet ob adſiduam illius recitationem ex memoria fere omnia dicantur. Suntque meri Pſalmi *Davidici*, non alterato ordine, ſed uti in ſacris Bibliis jacent, in certas tamen claſſes, plures vel pauciores pſalmos, pro Pſalmorum longitudine continentes, diſtincti. Lectiones *Graeci* καθισματα vocant, quaſi diceres *ſeſſiones*: & viginti tantummodo numerant, ut Pſalmi diſponantur. Cathiſmata porro ſingula in tres partes ſubdividunt, quas hymno illo *Gloria Patri*, *& Filio* ec. terminant, aliter ac fit in Eccleſia *Latina*, quae dictum hymnum poſt omnes Pſalmos recitat. Cathiſma decimum ſeptimum, ob prolixitatem Pſalmi, *Beati immaculati*, uno tantum pſalmo completur, quem etiam in tria tmemata, & hymno jam dicto *Gloria Patri*, dividunt. Diviſiones Cathiſmatum στασεις dicunt, *ſtationes* nempe: ſtantes enim recitant, vel quod lectionem finientes ſtent, & quaſi reſpirent. Cathiſma viceſimum in eodem Libro tum ex veteri, tum ex novo foedere Cantica abſolvunt; eas vocant ωδας, & ſunt binae MOYSIS, altera ex *Exodi* Cap. XV., altera ex *Deuteronomii* Cap. XXXII., tertia *Annae* Matris *Samuelis* ex *Regum Cap.* 2. *lib. I.* quarta ABACVC Prophetae (*cap.* 3.) quinta ESAIAE Prophetae (*cap.* 25.) Sexta, IONAE Prophetae (*capite* 2.), ſeptima & octa-

va

va trium puerorum (ex cap. 3. DANIELIS), nona beatae MARIAE Virginis (ex *cap.* 1. LVCAE), decima ZACHARIAE Sacerdotis (*ex eodem capite*), undecima EZECHIAE Regis *Judae* (ex *cap.* 38. ESAIAE), duodecima MANASSIS Regis *Judae*, decimatertia SIMEONIS *ſenis* (ex *cap.* 2. LVCAE). Non vacat omnes hujus libri editiones percenſere. Satis ſit indicare *Mediolanenſem* a. MCCCCLXXXI., *Venetam* a. MDCXXVII. in 8. apud *Antonium* PINELLVM & *Romanam* opera *Apollinarii* AGRESTAE ord. S. BASILII apud *Joh. Baptiſtam* BVSSOTTI MDCLXXXV. in 4.

IV. Animadvertendum autem cum ALLATIO (*p.* 57.), Pſalmos, quod alii ad alios atque alios uſus in officiis Eccleſiaſticis adhibiti ſint, aliud atque aliud veluti nomen induiſſe. Primus itaque erit, qui ab inchoandis officiis nomen ſibi Prooemii habuit προοιμιακος dictus. Eſt autem Pſalmus: *Benedic. anima mea Domino*, *Domine Deus meus magnificatus es vehementer* CIII. Potiſſimus vero illius uſus fuit in inchoandis Veſperis. Secundus *Tripſalmus* τριψαλμος, a numero, quo conſtabat Pſalmorum, dici ſolitus inter horas, aliis atque aliis Pſalmis, neque ſemper iiſdem pro diverſitate argumenti conſortus. Tertius Εξαψαλμος, a numero Pſalmorum, quibus componitur, dictus, ſex quippe pſalmos continet; nempe 3. 37. 62. 87. 102. 142. qui ut plurimum in matutinis, quandoque etiam & εν τοις αποδειπνοις canuntur. Quartus eſt τα προς κυριον *ea quae ſunt ad Dominum*, nempe Pſalmi CXIX. CXX. CXXI. CXXII. CXXIII. CXXIV. CXXV. CXXVI. CXXVII. CXXVIII. CXXIX. CXXX. CXXXI. CXXXII. CXXXIII. Nomen habent a primo, qui ſic incipit, προς κυριον εc. *Ad Dominum quum tribularer, clamavi*. Nec alii ſunt, quam qui *Graduales* apud *Latinos* dicuntur. Hi Pſalmi *Graduales* dicuntur etiam a *Graecis* Αναβαθμοι; de qua voce conſule du FRESNIVM in gloſſario *Graecit*. Quinctus Αινοι, nempe *laudes*. Memorantur in officio τω Ορθρω, *p.* 54. ita nempe apud *Graecos*, explicante GOARO, dicuntur Pſalmi *Davidici* 148. 149. 150. propter repetitam in iis vocem Αινειτε, & in eccleſiaſticis eorum Libris paſſim occurrunt. Sextus Αμωμος, ſcilicet Pſalmus CXVIII. Sic dictus eo quod ab his verbis incipit Μακαριοι οι αμωμοι, & in Sabbato της αν ολυσιμω, ſeu ſabbato ſecundae hebdomadis jejuniorum cani ſolet. Ejus paſſim mentio fit in libris *Graecorum* Ritualibus, *in Euchologio* non ſemel. Vide p. 53. 483. 561. (1) Septimus Πολυελεος, dicitur eſtque Pſalmus αινειτε το ονομα κυριου, *Laudate nomen Domini*, & in fine cujuslibet verſiculi adnectitur *Alleluia*. *Polyeleus* nomen habet ab eo, quod eodem tempore Pſalmus alius adcinitur εξομολογεισθε τω κυριω τον κυριον, οτι εις τον αιωνα το ελεος αυτου: *Confitemini Domino Dominum, quoniam in ſaeculum miſericordia ejus*. Vel quod tunc cereis, & luminibus lampadis in medio Eccleſiae ante Sancta Sanctorum adpenſae, quae vocatur *Polyeleus*, Pſalmus ille recitatur. Adde his προψαλματα, nempe Preces, quae in Eccleſia, ante Pſalmos, a pſaltis, lectoribus, ſubdiaconis, & plebe concinuntur (2)

Varia Pſalmorum nomina

Tom. I. Y V. Prae-

(1) Confer etiam MEVRSII *Gloſſarium* & SVICERI *Theſaurum* in hac voce.

(2) Vide quae ex NICONIS *Pandectis* MS. notavit du FRESNIVS (*Gloſſ. Graec. col.* 1262.

Lectiones.

V. Praeter lectiones *αναγνωσματα*, de quibus ſupra, alias prolixiores lectiones habent *Graeci* non tamen ex divinis litteris, ſed ex Scriptorum Eccleſiaſticorum libris depromptas. Hujuſmodi ſunt 1. *Αμαρτωλων Σωτηρια*. Eſt hic liber Eccleſiaſticus ab ACAPIO *Cretenſi* apud montem *Athum* monacho, viro in ſcriptis tum *Graecorum* tum *Latinorum* non ineruditio, lingua vulgari, ex diverſis *Graecorum*, *latinorumque* operibus, tribus partibus abſolutus, quo pia documenta, variique ſermones ethici continentur. Parte tertia in laudes B. Virginis ſe effundit, deque miraeulis vel ab ea, vel ejus nomine patratis copioſe agit. Editum eſt ab ipſomet auctore hoc opus *Venet.* apud *Ant.* IVLIAN. anno MDCXLI. 4. 2. *Γεροντικον*. Opus eſt, in quo dicta, & facta vetuſtiorum *Ασκητων* congeſta ſunt. Frequens *Gerontici* apud Scriptores *Graecos* mentio. Ejuſmodi opera primum in *Aegypto* contexta ſunt. Qualia apophthegmata *αγιων γεροντων* a. COTELERIO *Gr. Lat.* in lucem emiſſa (*Monument. tom.* 1. *p.* 31.). 2. Excerpta ex PALLADII hiſtoria Lauſiaca (*tom.* 3. *p.* 158.); *Παραδεισος*, ſive *Aegyptiorum* Monachorum hiſtoria (*ibid. p.* 171.); Johan. MOSCHI *Pratum Spirituale* (*Biblioth. PP. Gr. lat. tom.* 2.) ut alia praetermittam. Plura MSS. deliteſcunt, ex quibus quaedam in Eccleſia publice leguntur; id quod *Johannis* CLIMACI (qui & ipſe *cap.* 56 *βιβλιον γεροντικον* memorat) opere ſatis conſtat. Hinc *κλιμαξ* denotat lectiones in Eccleſia recitari ſolitas, deſumptas ex opere *Johannis Scholaſtici*, quod *Κλιμακα*, ſeu *ſcalam Paradiſi* inſcripſit, ipſe inde *Climacus* dictus. Hinc in *Triodio & Typico αναγνωσις εις τον Κλιμακα* frequentius occurrit. Hinc etiam *Λαυσαικον* liber continet lectiones ex memorati PALLADII hiſtoria *Lauſiaca de vitis patrum* collectas, quae ſtatis diebus in Eccleſia praelegebantur. Liquet id ex *Typico* S. SABAE *c.* 8. Alia in eundem ſenſum habentur in Triodio, *feria* 2 *hebd.* 1. *jejun.* quae apud du FRESN. (*col.* 794.) reperiri poſſunt. 3. *κατηχησεις Studitae*, & aliorum. Harum mentio in *Triodio τω αναγινωσκοντας κατηχησεις, εις την λειτουργιαν, τυπικα*. *Et leguntur Catecheſes in Liturgia Typica*, ſubauditur *canuntur*. Catecheſes, namque non in Liturgia, ſed in matutinis precibus legebantur. 4. *Πανηγυρικον*. Liber eſt, qui variorum auctorum orationes encomiaſticas, in varias Chriſti, aliorumque Sanctorum ſollemnitates complectitur. Ex quo in diebus feſtis Sanctorum, concurrente populo ad celebrandam eorum memoriam, orationes laudativae feſto propriae, publice leguntur. In Auctoribus, qui hoc opus conſtituunt, agmen ducunt ATHANASIVS *Alexandrinus*, CYRILLVS *Hieroſolymitanus* BASILIVS Magnus, GREGORIVS NAZIANZENVS, & NYSSENVS, AMPHILOCHIVS, EPIPHANIVS, CHRYSOSTOMVS, EPHRAEM *Syrus*, CYRILLVS *Alexandrinus*, ut alios mittam. MS. paſſim apud *Graecos* reperitur, in variis tamen Eccleſiis varius, adeo ut quibuſdam in locis in immenſam excreverit molem, & 12. volumina complectatur, eaque ſatis ingentia, pro menſium numero diſpoſita, teſte L. ALLATIO (*pag.* 94.) 5. *Θησαυρος*, *Theſaurus* ſeu liber lingua vulgari ſcriptus, continens homilias, ſeu conciones in feſta anni, aliaque pietatis officia. Claudit opus orationis Dominicae explicatio. Auctorem habet DAMASCENVM Monachum, *Studitam* dictum, Subdiaconum *Theſſalonicenſem*. Prodiit *Venet.* an. MDCXXVIII. 8. & MDCXLII. 4. 6. *Θησαυρος νεος Theſaurus novus*,

quo

quo homiliae 19. varii, ſed theologici & eccleſiaſtici argumenti continentur. Exſtat *Venet.* MDCXXI. novis vero curis & figuris adornatus, ann. MDCXLVI. 4. & ibid. MDCXLVIII. 4. THEOPHYLACTI hierodiaconi *Tzanfurnari*, ni fallor, opus eſt. His adcedunt Διδαχαι, conciones nempe, & homiliae eccleſiaſticae, quae vetuſtioribus Διδασκαλιαι vocabantur, recentioribus *Graecis* Διδαχαι dicta ſunt; conciones nempe in praecipua anni feſta, quae fere ſemper in prooemium & duas ταξεις diſtinguuntur. Cujuſmodi, inquit du FRESNIVS in verb. Διδαχαι, erant, *Alexii* RHARTVRI presbyteri, & Charthophylacis *Corcyrae* editae *Venet.* anno MDLX. quo & vixit: & aliae neſcio cujus anonymi in Cod. *Colbert.* 4634. Num tamen hujuſmodi conciones a privatis doctoribus compoſitae in publicis Eccleſiae coetibus recitatae ſint, non conſtat. Alios ejuſmodi libros paullo poſt indicabimus, ubi de *Menaeis* diſſeremus.

VI. Ex *Graecorum* libris celeberrimus eſt, qui *Octoechus* praenotatur. Οκτωηχος, ſeu *octotonus* liber eſt, quo octo toni a *Johanne* DAMASCENO compoſiti praecipue continentur. De hoc opere liceat mihi *Leonis* ALLATII verba huc transferre. „ Quum *Graecorum* muſica „ proprios tonos (ipſi vocant ηχους ſonos) quatuor habeat, primum, „ ſecundum, tertium, & quartum, quatuor item obliquos πλαγιον του πρωτου, „ obliquum primi, obliquum ſecundi, obliquum tertii, & obliquum „ quarti, canones omnes ſive troparia, & quaecumque aliae cantiones „ in hoc libro contentae, ita diſpoſitae ſunt, ut quae primo tono concinuntur, omnia ſimul primum ſibi locum occupent; quae ſecundo, „ ſecundum, quae tertio, tertium, & ſic de ſingulis, donec ad obliquum quarti perveniatur, qui inter tonos ultimus ultimum quoque „ ſibi locum vindicat, & cantiones eo modulatae ac commenſuratae, „ ultimo quoque loco reponantur. Continet tantum troparia & canones, „ qui a primis Veſperis Dominicae ad finem uſque Miſſae canuntur. „ Et octo Dominicis pro tonorum numero finitur. Singuli toni tres ha„ bent Canones; primum αναστασιμον, qui in Reſurrectionis Dominicae; „ ſecundum σταυροαναστασιμον, qui in Crucis & Reſurrectionis, tertium „ in *Mariae* Virginis laudibus celebrandis, verſantur. Et haec in octoe„ chis antiquis habebantur. In recentioribus modo additur pro ſingulis „ tonis canon, qui in μεσονυκτικω, vel μεσονυκτικον mediae ſcilicet noctis „ officio cani ſuevit, & quod de Trinitate pertractat, *Triadicus* dicitur. „ Et canones hi dierum dominicorum numerum non excedunt, quum „ octo etiam illi ſint. „ Haec vir doctiſſimus *diſſert.* 1. *p.* 64 ubi pluribus hac de re agit. Confer etiam, quae notat GOARIVS ad *Euchology.* *p.* 226. Exſtat *Octoechus Gr. MS. Biblioth.* Vindob. *Cod. Theol.* 116. anno Chriſti MCCCXCI. exarato: item *Cod.* 146. cum ampliſſimo commentario *Johannis* ZONARAE, *ibid. cod* 215. cum antiquis notis muſicis *ibid. cod.* 330. Occurrit etiam MS. in Bibl. Regis Chriſtianiſſimi. Primum, ni fallor, prodiit *Graece Venet.* MDXXIII. deinde MDXLIII. MDLXXXIV. MDCII. MDCX. MDCXXIV. MDCXLIV. MDCLV. 8. & alias forſan non ſemel. Octoechus

VII *Octoecho* ειρμολογιον jungimus. Liber eſt, quo omnes *octoechi* ειρμοι, ſive cantus initiales Chriſti, & Deiparae feſtivitatum, totiuſque anni continentur. Ειρμος appellatur, inquit ZONARAS in canones Hirmologium

Anaſtaſimos DAMASCENI, *quod ſeriem quamdam & connexionem & ordinem cantus, & conſonantiae tribuant conſequentibus poſt ſe tropariis*. Hirmus itaque, explicante L. ALLATIO (*diſſert.* 1. *p.* 98.) eſt hymnus, ſive troparium, a quo reliquorum trópariorum, quae in ea ode canuntur, conſequentia & ſeries ducitur. Canon nempe eſt, & regula modulationis ſubſequentium tropariorum. Editum eſt hujuſmodi hirmologium *Venet.* anno MDCIII. 8. Noviſſime, ni fallor, prodiit ibid. anno MDCXLIII. Ad finem habetur tabula VII. Conciliorum oecumenicorum, index graduum prohibitae adfinitatis VII. peccatorum mortalium, VII. gratiarum, VII. myſteriorum, ſeu Sacramentorum, & IV. naturalium virtutum tum animae, tum corporis. Habetur MS. tum alibi, tum in Biblioth. *Vindob. Cod. Theolog.* 285. *numer.* 3. *fol.* 264. Exſtare in Bibliotheca *Barberina* Ειρμολογιον totius anni, quemadmodum in *Monte Sancto* cani conſuevit, a *Joſaphato* CVCVZELE hieromonacho notis muſicis adornatum, teſtis eſt idem ALLATIVS (*pag.* 99.) Dicitur hic CVCVZELES, ο νεος, nempe ut a ſeniore diſtinguatur. Erat is Magiſter *Johannes* CVCVZELES, qui contexuit την απασαν ακολυθιαν της εκκλησιαστικης ταξεως, *ſeriem univerſi officii eccleſiaſtici*, quam antiquis notis muſicis adornavit. Extat Gr. MS. *Biblioth. Vindob. Cod. Theol.* 185. continetque folia 341. 4. atque ita incipit: Δευτε προσκυνησωμεν ec.

Paracletice VIII. Sequitur Παρακλητικη. Fere nihil aliud eſt, quam DAMASCENI *Octoechus* a *Graecis* ſubſequentibus temporibus admodum auctus; unde & Οκτωηχος νεα vocatur, & IOSEPHVM Auctorem habuiſſe dicitur. Παρακλητικος appellatur hic liber, partim quod ſit conſolatorius, quum omnia, quae in eo ſunt, maxime ſpectare videantur, ut peccatorem conſolentur; partim quod ſit invocatorius, quum totus ſit in Deo, Sanctiſque exorandis, divinoque ſibi auxilio variis ſupplicationibus impetrando. Non in hoc, ut in aliis libris eccleſiaſticis, certa certis diebus decreta ſunt officia, canones ſeu troparia, quibus finitis reponuntur; ſed *Paracleticus* ſemper prae manu eſt, & omnibus diebus aliquid in eo invenitur, quod ſive in Miſſa, ſive in Veſperis, ſive in matutino, ſive in aliis officiis recitatur. Quando enim in aliis officiis propria deſiderantur, ad hunc lector remittitur, uti Cl. ALLATIVS nos docet (*p.* 68.) qui alibi plurima in hoc libro criminatur, nempe quod quaedam de B. Virginis partu contumelioſe dicantur, plurima B. Virgini contra jus & aequum tribuantur, quod adfirmetur IOHANNEM Praecurſorem poſt mortem in infernis praedicaſſe, ac nunciaſſe prope jam eſſe ſalutem ac vitam. Dominum noſtrum deſcenſu ſuo ad inferos, omnes ab orbe condito homines a poenis illis, & poteſtate daemonis liberaſſe, & ad vitam vindicaſſe, peccatorum remiſſionem dediſſe iis, qui crediderunt, incredulis denegaſſe, Deum Angelos ante hunc mundum adſpectabilem creaſſe. Singula prolixe perſequitur vir eruditus (*diſſert. II. p.* 283.). Prodiit *Paracletice* Venet. MDXLV. MDLXXXI. MDCX. deinde opera *Nicephori* PASCHALEI ibid. apud *Ant. Pinel.* ann. MDCXXV. & curante THEOPHYLACTO hieromonacho, ibid. MDCXL. item MDCCXIX. fol.

Triodium IX. Τριωδιον liber eſt, in quo officium a Septuageſima, quam vocant *Dominicam Publicani & Pharisaei*, uſque ad Sabbatum Sanctum, hoc eſt a Dominica Septuageſimae, pene uſque ad diem Paſchatis recitari

soli-

ſolitum continetur; *Triodium* dictus, quod quum Canones, & hymni, qui in reliquis divinis officiis uſurpantur, novem habeant odas, in hoc libro tribus tantum conſtat, immo neque ſemper tres habet, quum integros etiam canones proponat, ſed απο τυ πλεοναζοντος nomen ſumpſiſſe exiſtimat NICEPHORVS, vel propter magnae hebdomadis canones ſic dictos. Primus hanc officii formam in figuram, ut videtur, Sanctae & vivificae Trinitatis, *Coſmas* MELODVS excogitaſſe dicitur, qui pro magna ſanctaque hebdomade cantus ad cujuslibet fere diei appellationem per Acroſtichides concinnavit. Ad cujus exemplum THEODORVS, & IOSEPHVS Studitae in reliquis Sanctae Quadrageſimae hebdomadibus, in Monaſterii ſui uſum compoſuerunt. Poſtea multa addiderunt *Nicephorus* CALLISTI, & PHILOTHEVS Patriarcha CP. *Latinorum* hoſtes acerrimi; ſed multis erroribus intermixta: de quibus ALLATIVS (*diſſert. II. p.* 114.). Errores porro, quos in hoc opere damnat, quoſque late perſequitur, ad ſequentia capita revocari poſſunt; poenarum inferni animas in locis quibuſdam determinatis detineri, ibique diem judicii exſpectare; impiorum vero carcere tenebroſo mancipatas immiſericordes daemones cuſtodes experiri, & futurorum adhuc tormentorum exſpectatione torqueri; damnatorum poenas non eſſe corporeas, ſed in tenebris, elongatione a Deo, & conſcientiae ſtimulis conſiſtere; ſecundum Domini adventum poſt exacta ſeptem annorum millia futurum; Spiritum Sanctum ex ſolo Patre procedere: Chriſtum non in azymo ſed fermentato corpus ſuum Apoſtolis ſuis tradidiſſe. Singula accurate excutit vir doctiſſimus. Exſtat *Triodium Venetiis* editum anno MDCXX. & THEOPHYLACTI hieromonachi cura recognitum ibid. apud *Pinell.* MDCXLIV. item Romae MDCCXLII. 4. Triodii Synopſim, verſibus jambicis contextam, ſcripſit idem NICEPHORVS, quae ſub finem carminum *Baſil.* MDXXXVI. editorum habetur. Eamdem ſynopſim exhibuit FABRICIVS ad diſſ. ALLATII *de* libr. *Eccleſ. Graecor. p.* 51.

Pentecoſtarium

X. Jam vero de *Pentecoſtario* dicendum. Πεντηκοσαριον liber eſt, quo officium ab ipſo die Paſchatis uſque ad octavam Pentecoſtes, nempe ad Dominicam omnium Sanctorum continetur. Editum eſt praeter alias vices apud *Jac.* LEONCINVM *Venet.* an. MDLXVIII. MDLXXIX 4. MDCXVIII. & cura THEOPYLACTI hieromonachi, ibid. MDCXLII. Multa in hoc libro carpit, & virgula cenſoria notat L. ALLATIVS, (*diſſert. II. pag.* 229.)

Hymnologium

XI. Addamus his Υμνολογιον. Continet hymnos in omnia feſta totius anni cum antiquis notis muſicis, Menaei, & Menologii inſtar in 12. menſes digeſtos, ab initio Septembris uſque ad finem Auguſti: Inſerta ſunt troparia SOPHRONII Archiepiſcopi *Hieroſolymitani* in vigilia Natalis Chriſti cantari ſolita. Exſtat Gr. MS. *Biblioth. Vindob. Cod. Theol.* ex diſpoſitione *Neſſeliana* 136. *n.* 1. *a* fol. 1. ad fol. 172. habetur etiam *ibid.* Cod. 181. anno Chriſti MCCXXI. exarato, *num.* 1. *a fol.* 1. uſque *ad fol.* 184. Pars etiam hujus hymnologii media a Vigilia Nativitatis Chriſti uſque ad diem XXI. Maij *ibid.* Cod. 204. Varii hymni Eccleſiaſtici a Scriptoribus Graecis memorantur; quales ſunt, hymnus *Angelicus*, *Seraphicus*, *Cherubicus*, Επινικιος; quibus titulis *Triſagium* ornatur; hymnus μυστικος, τριαδικος ec. de quibus non opus eſt, ut heic ſin-

Cuius ſingulares ai qui hymni indicantur

ſingulatim agamus. Non omittendum tamen *Αγιοπολιτικον ςιχηρον*, hymnus nempe, ſive canticum longiuſculum ſic dictum, vel quod ab ANDREA Monacho *Cretenſi* Archiepiſcopo, qui *αγιοπολιτης κατ εξοχην* dictus eſt, compoſitum; cujus & alia cantica libris *Graecorum* paſſim reperiuntur; vel potius quod *verſus* ſint urbis *Sanctae*, nempe *Hieroſolymae*, qua de re vide QVIRINVM (*diatriba III.* ad *offic. Quadrag. par. II. pag.* 162.) Ex codice *Barberino* meminit hujus ςιχηρου GOARIVS (*not. ad Euchołog. p.* 202.). BALSAMONI dicitur Ακολυθια τυ αγιοπολιτυ, qui & ψαλτωδηματων αγιοπολιτικων meminit.

XII. Duo praeterea hymni peculiarem mentionem merentur. Εσπερινος ſeu *veſpertinus*, ſole iam occidente, quum lumina inferrentur, cantari ſolitus, & Εωθινος *matutinus*, qui in officio matutino quotidie legi, diebus vero dominicis & majoribus Eccleſiae feſtis, modulatione quadam cani ſolet. *Veſpertinus* incipit Φως ιλαρον αγιας δοξης αθανατυ πατρος υρανιυ &c. Occurrit paſſim in Codicibus MSS. Libriſque *Graecorum* ritualibus, non ſemel typis impreſſus. *Conſtit. Apoſt. Lib.* 8 *cap.* 36. habetur προσφωνητος επιλυχνιος, & cap. ſequenti Ευχαριςια επιλυχνιος. Verum utraque formula a noſtra diverſa. Sed *lib.* 7. *cap.* 49. occurrit προσευχη εσπερινος, eadem pene & verbis & ſenſu. Antiquiſſimum certe hunc hymnum ſuo tempore fuiſſe luculenter teſtatur BASILIVS, ſeque illum δια την τυ χρονυ αρχαιοτητα in teſtimonium adducere *lib. de Sp. S. cap.* 29. *p.* 359. Non ſum neſcius *Graecos* pleroſque, & recentiores pene omnes Hymnum hunc ATHENOGENI ad martyrium jam properanti, cujus ibidem jam meminit BASILIVS, tribuere. Quiſquis vero BASILII locum ſerio perpenderit, facile videbit, hymnum ATHENOGENIS a noſtro aperte diſtingui. BASILIVS quippe quis fuerit της επιλυχνιυ ευχαριςιας, hymni ſcilicet veſpertini auctor, ſe neſcire diſerte profitetur; de hymno vero matutino nihil habet. Interim hymnum quemdam, quo Spiritus S. divinitas confirmabatur, ſcripſiſſe ATHENOGENEM loco citato expreſſe tradit. In vetuſto quodam Codice MS. Υμνος τυ λυχνικυ appellatur, quia in officio *Lucernarii* principem locum habet. Addam ſolummodo, quod ante me notarunt VSSERIVS & Fr. DVCAEVS, gentiles olim talem quamdam formulam uſurpaſſe. Certe teſte VARRONE (*de Ling. lat. lib.* 5. *p* 46.) *Graeci*, quum lumen adfertur, religioſe ſolebant dicere, Φωςαγαθον. Quid mirum igitur, ſi haberent Chriſtiani, quod gentilibus opponerent, ſuum nempe Φως ιλαρον, in laudem Domini noſtri, qui απαυγασμα της δοξης Dei Patris ab Apoſtolo dicitur.

XIII. Hymnus porro matutinus, qui in officio matutino quotidie legi, diebus vero dominicis & majoribus Eccleſiae feſtis, modulatione quadam cani ſolet, in *Benedictino* apud *Cantabrigienſes* codice circa annum 884. exarato, *Hymnus Angelicus* dictus eſt, quod initium ducat a coeleſti illa δοξολογια, quam Chriſto jam nato, ſacer Angelorum chorus cecinit (*Luc.* 11. 13. 14.). Laudes Dei inter ſacrorum ſollemnia hymnis celebrare moris erat, non apud *Judaeos* modo & Gentiles, ſed & in Eccleſia Chriſtiana, praeeunte cum diſcipulis ſuis Domino noſtro. (Matth. XXIII. 30.). Dominum ſequuti ſunt Apoſtoli; κατα το μεσονυκτιον orantes, hymnos canebant Deo, (*Act.* XVI. 25.). Idem in Eccle-

cleſia Apoſtolica (1. *Corinth.* XIV. 26. *Coloſſ.* III. 16.): idem & ab aevi Apoſtolici Chriſtianis factum. Hinc LVCIANVS, vel quiſquis ſit Dialogi *Philopatr.* conditor, auctor certe coaevus, Chriſtianos introducit ἐπὶ παννυχοῖς ὑμνῳδίαις ἀγρυπνοῦντας, *ad hymnos tota nocte decantandos vigilantes* (*tom.* II. *p.* 1010.). His hymnis Chriſti divinitatem praecipue celebrabant, ut Domini noſtri honorem adverſus Gentilium blaſphemias animoſius vindicarent. De Chriſtianis ſui temporis PLINIVS ad TRAIANVM (*lib. X. epiſt.* 97.): *Adfirmabant hanc fuiſſe ſummam vel culpae ſuae, vel erroris, quod eſſent ſoliti ſtato die ante lucem convenire, carmenque Chriſto quaſi Deo dicere ſecum invicem*. Nec aliter Scriptor antiquus contra ARTEMONIS haereſim apud *Euſeb.* (*lib. V. cap.* 28.): *Pſalmi & Cantica fratrum a fidelibus, Chriſtum* Verbum *Dei concelebrant, Divinitatem ei tribuendo*. Quin & de *Paullo* SAMOSATENO notant Patres *Antiocheni* (*Epiſt. Synod. ibid. Lib. VII. c.* 3.) ipſum Pſalmos in honorem Domini Jeſu Chriſti cani ſolitos aboleviſſe. Ex horum numero fuiſſe hymnum noſtrum matutinum non ſine ratione conjicit VSSERIVS (*de Symb. p.* 34.) nec temere dubitari poteſt a primis fere rei Chriſtianae incunabulis uſurpari fuiſſe ſolitum. *Conſtitut. Apoſt. lib. VII. cap.* 48. habetur προσευχὴ ἑωθινή, quae a formula hodierna parum differt. Vſu fuiſſe receptiſſimum ATHANASII tempore ipſe nos docet, & ſacraris virginibus quovis mane uſurpandum commendat, (*de Virgin. p.* 833.). Immo hymni antiquitatem haud parum arguit ipſe codex MS. in quo deſcriptus reperitur, ante annos ferme MCCC. exaratus, codex nempe SS. Bibliorum *Alexandrinus* in regia *Londinenſi* Bibliotheca adſervatus, ubi (*vol.* 3. *fol.* 569.) poſt odas, quae ſequuntur Pſalmos, ſub titulo ὕμνος ἑωθινός eadem manu deſcriptus legitur. Vid. *Bibl. Polyglot.* (*tom. VI. not.* ad 72. *Interpr. pag* 140.). In eodem codice ſubjuncta eſt & oda alia ἑσπερινός, eodem modo, & manu ſcripta, quae ita incipit, καθ' ἑκάστην ἡμέραν εὐλογήσω σε. &c. Hanc cur *hymni* veſpertini titulum praefixerit VSSERIVS, haud ſatis conſtat; quum & ipſo hymno luce clarius liqueat matutinum fuiſſe. Si quis hymnum noſtrum ad codices MSS. adcurate & magna plane diligentia recognitum videre cupiat, adeat is SMITH *collectanea* de *Cyrillo* LVCARIO, Patriarcha CP. *Londini* MDLXXXVI. (*pag.* 144. 145.) & ibid. MDCCVII. (*pag.* 138. 139 *ec.*)

XIV. Θεοτοκάριον, *Theotocia* odae ſunt, ſive cantica officiis Eccleſiaſticis hinc inde interſperſa, quae *Graeci* pro ſuo in Deiparam adfectu, in ejus honorem ſolent decantare. Θεοτοκάριον liber eſt, quo *Theotocia* continentur. Mentio fit in indice Bibliothecae Monaſterii S. *Trinitatis* inſulae *Chalces* apud *du Freſne*: alibi (quod ſciam) apud Scriptores *Graecos* raro occurrit. Interim eſt etiam *Graecis* liber Eccleſiaſticus Θεοτοκάριον dictus, in laudem B. Virginis MARIAE, ab AGAPIO Monacho Cretenſi compoſitus, qui illum ex variis libris, qui in *Monte Sancto* adſervantur, collegiſſe dicitur. Extat Venet. MDCXLIII. 4 Theotocia

XV. Eſt & alius Muſicalis liber, in quo, inquit ALLATIVS (*p.* 102.), varia Troparia, & Pſalmi, & alia, quae in matutinis, & in aliis officiis, & Liturgiis potiſſimum cantari ſolent in varia argumenta cum muſicis notis. Ex iis quaedam vocantur κεκραγάρια, quaſi diceres *clama-* Muſicalis liber

toria,

tonia, & eſt Pſalmus, qui incipit: *Domine Clamavi, exaudi me*, putoque ſic dicta, quod in primo verſiculo bis verbi *κράζω* mentio fiat. Quamvis non me lateat eo nominis cantica quoque cum modulatione decantata inferri. Unde etiam *κράκται* Cantores ſunt, non Lectores. Libri iſti Muſicales non omnes iidem ſunt, ſed varia, pro libidine exſcribentium, aut eorum qui exſcribi curant, continent; omnia tamen ad dierum feſtorum ſolemnitatem confecta.

Kalendarium XVI. CAVEUS alium *Graecorum* Librum indicat. Is eſt *καλανδάριον*, ſive Ephemeris Eccleſiaſtica in uſum totius anni, juxta XII. menſes, ab initio Septembris uſque ad finem Auguſti, a *Graecis* digeſta, qua feſta Eccleſiae, ſtata jejuniorum tempora, idque genus alia notari ſolebant. Confecta eſſe hujuſmodi Calendaria, liquet vel ex Biblioth. *Vindob. Cod. hiſt. Eccleſ. 97. num.* 13. ubi habetur praepoſiti cujuſdam monachalis epiſtola ad Sapientem Senem aſcetam de *quaeſtionibus variis monaſticis*, ad *jejuniorum praecipue & feſtorum annuorum obſervationem pertinentibus*, una cum ejuſdem ſenis reſponſo; cui integrum calendarium Eccleſiaſticum in fine inſertum eſt.

Menaea XVII. Sed jam ad *Menaea* calamum converto. Immenſum eſt opus in XII. menſes, totidem *βιβλία*, ſive volumina diviſum, quovis menſe ſuum ſibi *μηναῖον* vindicante; quare *menſualia* vocat *Athanaſius* SCHIADA in catalogo librorum *Graecorum*, qui MSS. in Bibliotheca Synodali *Moſcuenſi* aſſervantur. In hoc opere Sancti omnes, quorum memoria eo menſe colitur, ad proprios dies revocati recenſentur, ſingulorum officium, una cum rubricis miniatis litteris expreſſis, tropariis, miſſis, Canonibus, lectionibus, aliiſque recitandis ſubnectitur, vitae & res geſtae compendio deſcriptae plerumque exhibentur, quandoque & imagines praefiguntur. Vbi vero Sanctus aliquis peculiare officium non habeat, is ſaltem vel proſa, vel carmine commemoratur. In ſolemnioribus, majoribuſque feſtis propria officia ſingulis, quas vocant, horis deſtinantur. Ita exempli cauſſa in feſto *Natalis Domini* Decembr. XXV. hora prima, tertia, ſexta, & nona ſuam habet quaeque *ἀκολουθίαν*. Eodem modo fit in feſto *Theophaniorum* Januar. VI. ne de aliis dicam. Nec Sanctorum ſolum, & ſollemnitatum dominicalium, ſed & aliarum quoque rerum memorabilium celebritas hiſce in libris locum obtinet. Sic Januar. XXIII. Sancta & oecumenica ſexta Synodus peculiare ſibi habet officium. Et ejuſdem menſis die XXVI. magni illius terraemotus, qui ſub extremum THEODOSII *Junioris* imperium, per tres integros dies *Conſtantinopoli* duravit, memoria celebratur. Editum eſt vaſtum hoc opus primo *Venetiis* MDXCVI. MDCVII. voluminibus duodecim; de qua editione conſule *Acta Sanctorum* (*T. III. Junii pag.* 808 *Antuerp. edit.*). Iterum vero ibidem praelo commiſſum fuit cura *Nicephori* PASCHALABI Hieromonachi, ac tertio curante *Theophylacto* TZANFURNARO hierodiacono; ſed plurium annorum opus utraque editio fuit. Menſis ſeptember, a quo annum ſuum *Graeci* inchoare ſolent, prodiit cura NICEPHORI, a. MDCXXVIII. curante vero THEOPYLACTO MDCXLVIII. October cura NICEPHORI anno MDCXXVIII. THEOPHYLACTI MDCXLVIII. November curante NICEPHORO anno MDCXXVI THEOPYLACTO MDCXLIX. December MDCII. cura

ra

Digitized by Google

ra THEOPHYLACTI MDCXXVII. Januarius cura *Matthaei Galatiani* CYPRII hieromonachi, anno MDCIII; THEOPHYLACTI MDCXXIX. Februarius cura *Nicephori* PASCHALAEI anno MDCXXVI. THEOPHYLACTI MDCXLIII. Martius cura *Theophanis* ZENACII hieromonachi anno MDCXXVI. THEOPHYLACTI MDCXLIII. Aprilis curante THEOPHYLACTO anno MDCXXXVIII. Majus cura NICEPHORI anno MDCXXV. THEOPHYLACTI MDCXLII. Junius curante NICEPHORO anno MDCXXVI. *Theophane* ZENACIO MDCXLV. Julius cura NICEPHORI anno MDCXXIV. THEOPHYLACTI MDCXLII. Auguſtus curante NICEPHORO anno MDCXXV. THEOPHYLACTO MDCXLII. Menſes quidam *Menaeorum Graecorum* MSS. extant in Bibliotheca *Caeſarea* (confer LAMBECIUM lib. VIII.), in *Coisliniana*, quam MONTFAVCONIVS deſcripſit, atque in Regia *Taurinenſi*, ut videre eſt T. I. Codicum MSS. ejus Bibliothecae (*Codice XVII. pag. 91.*). WALCHIVS aliam recentiorem *Venetam* editionem indicat annorum MDCLXXIII MDCLXXIV. a *Nicolao* SARO curatam.

XVIII. A *Menaeis* diverſum plane opus eſt Μηνολόγιον. Nempe in eo inſtar Martyrologii *Latinorum*, Acta vel paſſiones Sanctorum qualibet cujuſvis menſis die ſummatim exponuntur; brevis ſaltem eorum commemoratio habetur. Variant apud *Graecos* ſua Menologia, pro loco & tempore aucta & immutata, neque eadem prorſus, nec diverſa tamen. Extat *Menologium* a Cardinale SIRLETO *Latine* verſum, a CANISIO editum (*Antiq. Lect. T. V. Edit. novae* Baſnagianae *T. III. p.* 412.). Aliud habetur *Menaeis* hinc illic inſertum. Verum omnium antiquiſſimum & auguſtiſſimum eſt *Menologium* illud BASILII Imp. ſtudio, & juſſu deſcriptum, & ut videtur, autographum, cujus codex vetuſtiſſimus & rariſſimus a *Paullo* SFONDRATO Cardinali dono datus, in Bibliothecam *Vaticanam* hodie translatus eſt. *Menologii Baſiliani* ſex poſtremi menſes, Martius, Aprilis, &c. *Gr.* extant MSS. in Monaſterio *Cryptae ferratae*, ex quo Synaxaria Martii, Aprilis, & Maij ad calc. tomi primi cujuſque horum menſium *Gr.* dedere HENSCHENIVS, & PAPEBROCHIVS. Sex quoque ejuſdem menologii menſes ab initio Septembris ad Februarii finem a *Petro* ARCVDIO latine redditos primum exhibuit *Ferdinandus* VGHELLIVS *Italiae ſacrae T. VI.* Deinde integrum *Graece*, & *Latine* ex memorato *Vaticano* Codice *Urbini* prodiit A. MDCCXXVII. tribus voluminibus fol. cura Eminentiſſ. *Annibalis* ALBANI. Menologium X. aut XI. ſaeculi Membran. habetur MS. *Gr.* in Bibl. Monaſterii S. BASILII *Rom* teſte MONTFAVCON. (*diar. Ital. p.* 210.). Menologium ex *Menaeis* erutum & in linguam *Graecam* vernaculam a ſe verſum edidit *Maximus* MARGVNIVS *Cytheraeorum* Epiſcopus *Venet.* MDXCII. ibid. apud *Anton. Pinel.* anno MDCXXIX. 4. Hoc autem *Latine* vertit Matth. RADERVS, ut poſt BOLLANDVM refert FABRICIVS ad ALLATII diſſert. de *libr. Eccleſ. Graec.* Aliud Menologium ex Codice MDXXXV. *Venetiis* exarato cum NICEPHORI *CPolitani Chronologia* latino Kalendario permixtum edidit *Antonius* CONTIVS *Pariſiis* MDLXXIII. 4. Demum Eccleſiae *Graecae martyrologium metricum Menaeis*, Codice *Chiffletiano*, Actiſque Sanctorum colle- Menologium

ctum *Lipſiae* A. MDCCXXVII. in lucem *Urbanus Godfridus* SIBERVS emiſit (3)

Synaxaria

XIX. Huc ſpectant Συναξαρια. Sunt haec vitae Sanctorum in compendium redactae, & ſuccincta expoſitio ſolemnitatis, de qua agitur, ex Menaeis (4) prolixioribus *Graecorum* libris Eccleſiaſticis, in anguſtiores terminos contracta: unde natum illis *Synaxariorum* nomen. In contexendis hujuſmodi Synaxariis principem locum habuit *Nicephorus* CALISTI, qui *Synaxaria* compoſuit in praecipuas *Triodii* feſtivitates, quae illarum cauſſas reddunt, unde originem habuerint, & quamnam ob cauſſam hoc tempore ita ſe habeant, & a divinis partibus ſic diſpoſitae ſint, cum nonnullis circumſtantiis particularibus. Ordiuntur a Dominica *Publicani*, & *Phariſaei*: finiunt in ſolemnitatem omnium Sanctorum, ut ex ipſius operis titulo liquet. *Menaeis*, *Triodio*, & *Pentecoſtario* partim inſerta ſunt haec *Synaxaria*. Quae *Triodio* inſeruit NICEPHORVS, varias in ſe haereſes continere, & digna animadverſione Eccleſiaſtica eſſe oſtendit L. ALLATIVS (*differt. II.*). Quin & GENNADIVS (de *Azymo* Cap. 2.) tamquam ambitioſo ſtudio, & impetu pernicioſi ſchiſmatis compoſita, damnat, nec in Eccleſia CP. legi ſolere adfirmat. Nihilominus haec NICEPHORI Synaxaria a *Matthaeo* CIGVLA *Cyprio*, & a MAXIMO *Cytherorum* Epiſcopo in Linguam *Graecam* vulgarem converſa ſunt ſeorſim edita Venet. MDCVII. MDCXXVII. MDCXLVIII. in 4. (5).

Paterikon

XX. Quidni hiſce libris duo adiungantur *Graecis* familiares? Primus Πατερικον appellatur, continet enim vitas SS. Patrum, in Eccleſia pro more legi ſolitas. *Ad menſam toto tempore* Πατερικα *leguntur*, inquit *Typicum* S. SABAE, (*Cap.* 8.). De *Copronymo* CEDRENVS: *quotquot reperiri poterant* Πατερικα βιβλια, *vel reliquiae Sanctorum*, *combuſſit*. Nihil frequentius hujuſmodi *Patericis* in Bibliothecis MSS. ubi Apophthegmata, & Acta SS. Patrum ordine alphabetico ſecundum ipſorum nomina recenſentur. Tale opus *Gr. Lat.* edidit POSSINVS in *Theſaur. Aſcet.* (*p.* 228.) & ZOZIMAE Abbatis alloquia, (*ibid. p.* 279.). Fragmenta quaedam Aſcetica miſcellanea εκ του Πατερικου, ſive *ex opere* de vitis *Patrum* habentur Gr. in Biblioth. *Vindob.* (*Cod. Theol.* 173. *num.* 19. fol. 316.). Alter inſcribitur

Paradiſus

Παραδεισος. Vitas hic quorumdam Sanctorum complectitur, quas ex *Simeonis* METAPHRASTAE ſcriptis excerpſit AGAPIVS Monachus *Cretenſis*, & in linguam vulgarem ſeu *Graeco-barbaram* tranſtulit. Continet vitas XXIV. Sanctorum, nempe IOSAPHATI, THECLAE pro-

(3) SIBERVM carpit Emin. QVIRINVS in Epiſtola ad Reverendiſſ. D. *Renatum* l'ANEAV ſuperiorem Generalem Congreg. S. MAVRI (*pag.* 46.). Ceterum confer BOLLANDI *Prolegom.* ad Tom. II. Januarii p. 54. & *Zachariae* GRAPII diſſ. *Roſtochii* MDCXCVII. de *Menaeis* & *Menologiis Graecorum*.

(4) In hoc *Synaxario* a *Menaeis* diſcrepare, quod omiſſis ceteris partibus officii ad Sanctos ſpectantia, ſolas eorum ſynaxes ſive feſtivitates indicent cum brevi uniuſcujuſque elogio, notat * FABRICIVS ex *Actis Sanctor.* (*tom. I. Julii p.* 16.)

(5) *Synaxaria* plura alia vetuſtiora in Bib. MSS. exſtant CANGIO, LAMBECIO aliiſque memorata, de quibus vid. * FABRIC. ad ALLATII *diſſ. I.* (*pag.* 68.)

Digitized by Google

protomartyris, GREGORII *Thaumaturgi*, AMBROSII &c. Prodiit hic liber *Venet.* anno MDCXLI. 4. Idem eſt liber, ni fallor, ſed paullo auctior redditus εκλογιον dictus, continens ſelectas XL. Sanctorum vitas ab eodem AGAPIO apud *montem Athum* Monacho, viro in ſcriptis tum *Graecorum*, tum *Latinorum* non inerudito, lingua vulgari ex diverſis *Graecorum*, *Latinorumque* operibus editas anno MDCXLIV. 4. Extat *Gr.* MS. tum in codice Regio, tum *Colbertino* liber LV. ſenum hoc titulo βιβλος των αγιων γεροντων, ητις λεγεται παραδεισος. Vid. *du FRESN.* in *Ind. Auct. MS.* (*col.* 31.)

Anthologium

XXI. Hactenus libros, qui *Graeci* officii partes ſunt, percenſuimus. Eos nunc memorabimus, qui plura complectuntur, ac *Latinae* Eccleſiae Breviaria imitantur. Verum antea monendus eſt Lector, libros hactenus enumeratos pro Eccleſiarum varietate diverſos interdum fuiſſe; ut de *Siculis* Eccleſiis, quo tempore Graecis ritibus utebantur, oſtendit *Johannes* de JOHANNE (Tract. *de divin. Siculor. offic. cap.* 9.). Jamvero ut ad libros, de quibus acturum me eſſe receperam, accedam, primus eſt Ανθολογιον, quod latine dicas *Florilegium*, opus in duodecim menſes diviſum, quo continentur officia, quae per totum annum in Domini Noſtri Jeſu Chriſti, B. Virginis Deiparae, & reliquorum celebrium Sanctorum ſollemnitatibus ſolent decantari, ut & communia officia in unum, pluresve propheias, apoſtolos, martyres, pontifices, Confeſſores, & alios. Contextum eſt hoc opus ad modum, qui in *Menaeis* obſervatur, & maximam partem ex iis deſumptum; in hoc vero differt, quod in *Menaeis* omnia fere Sanctorum feſta ſua habent quaeque officia, ideſt hymnos, preces, & lectiones; in hoc praecipua tantum, quandoque & nulla; ita verbi gratia a prima Septembris die uſque ad ſeptimam, nulla pro diebus feſtis officia reperiuntur, quae tamen in *Menaeo* ſatis frequentia continentur. In *Menaeis* integra feſtorum officia exhibentur; in *Anthologio* plura memorantur tantum, verbaque illorum initialia ſolummodo ponuntur. Denique *p.* 288. habentur plures orationes cuilibet ſanctae & magnae hebdomadis diei convenientes, & lectiones ex Evangeliis depromptae, feſto Paſchali propriae. In duo volumina tribuitur. Primum continet ſex menſes, a prima die menſis Septembris, uſque ad finem Februarii; ſecundum ſex aeſtivales, a Martio ſcilicet ad Auguſtum. Vltimum in Codice *Caeſareo* obtinent locum Canones aliquot *paracletici Johannis* EVCHAITENSIS. Horum unumquodque peculiarem ſuam habet Acroſtichidem, quae itidem ut quaelibet ode nona nomine IOHANNIS inſignita eſt. Opus immenſum, novis ſubinde additionibus auctum. Inde in poſtremarum editionum titulis πληρεστερον dicitur, aliaque quaedam neceſſaria officia & interpretationes continere notatur, quae in prioribus *Anthologiis* deſiderabantur. Hinc poſteriorum correctorum libidinem hac in parte acrius carpit L. ALLATIVS (*p.* 89.) qui talem de hoc opere cenſuram fert: *Liber, ut verum fatear, lucri cauſſa excogitatus, fere enim nihil in eo eſt, ſi recentiora quaedam addita excipias, quae eradi tamquam noxia operae pretium fuerit, quod non in Menaeis & Paracletice, aliiſque libris, & commodius, & adcuratius digeſtum ſit.* Habetur *Gr.* MS. Biblioth. *Vindob.* (*Cod. Theol.* juxta LAMBEC. 309. juxta NESSEL. 146.). Suum etiam *Anthologium* habuit ALLA-

TIVS a ſe ſaepius citatum, nec in aliis illuſtrioribus *Europae* Bibliothecis deeſſe videtur. Editum eſt hoc opus *Venetiis* anno MDCXXI. deinde typis PINELLI adcurante *Theophylacto* TZANPHVRNARO hieromonacho ibid. MDCXXXIX. Huic editioni ſubnectitur Πασχαλιον ſive *Calendarium Paſchale* 50. annorum, nempe ab anno MDCXLII. uſque ad finem anni MDCXCII. *Anthologium* quoque excuſum eſt MDCXCVII: in *Hungara Walachia* teſte MONTFAVCON (*Diar. Ital. p.* 437.)

Anthologium novum XXII. Habent praeterea Graeci Ανθολογιον Νεον, ſive *Florilegium novum*, ex omnibus pene divinorum officiorum voluminibus, in presbyterorum, & monachorum *Graecorum* uſum & ſublevamen excerptum, laborem in ſe recipiente, idque juſſu *Antonii* SANCTORII Cardinalis, nationis *Graecorum* protectoris, *Antonio* ARCVDIO *Corcyrenſi*. In hoc breviario rubricae generales exhibentur, Pſalterium cum canticis, horologium, officium feriale, officium Αναστασιμον, οκτωηχον *corporis Chriſti*, ordo defunctorum, pentecoſtarium, lectiones Sanctorum communium, ſimplicium, propriaque ipſorum ſynaxaria, Domini ſolemnitatum B. Virginis, ceterorumque inſignium, tum duplicium, tum ſemiduplicium feſtorum dierum integra per annum officia, aliaque non pauca. Edidit hoc opus ARCVDIVS Rom. MDXCVIII. 4. Acrius hoc opus perſtringit L. ALLATIVS (*p.* 105.) quaſi in eo componendo compilator ſe intra Sanctorum Patrum terminos non continuiſſet, & plus ſapere viſus ſit, quam ipſe divinus Spiritus voluit, quum vetera immutat, integra obtruncat, perfecta immiſcet, & de ſuo addit incompta, atque inſulſa, neque cum *Graecis* ipſis communia. *Quo pacto ſtomachum*, inquit, *ſapientibus movit, & opus alias laudabile dehoneſtavit.*

Horologium XXIII. Hujus generis liber quoque eſt inſcriptus Ωρολογιον, quo ſcilicet horae diurnae, & officia continentur. Praeter horas, & *meſoria*, quae ſingulis officiis neceſſario dicuntur, *Troparia*, Pſalmos, preces varias, habentur in hoc opere, inquit ALLATIVS (*p.* 90.) Canon compunctivus, Canones *paracletici* in B. Virginem & Angelum Cuſtodem, & deprecatorius in omnes Angelos, & Sanctos, officium ſatis amplum Sanctiſſimae communionis, & minutiora alia. Subjiciuntur CYRILLI *Alexandrini* oratio *de exitu animae, deque ſecundo Adventu*; *Criſtoph. Patricii* MITILENABI *Troparia*, τροπαια dicta, totum *Menologium*, quoad majora anni feſta, ab initio Septembris, complectentia, *Paſchalion* annorum 50 continens indictiones, cyclum ſolarem, & lunarem, Σεληνιον lunae & paſchata ab anno MDCXLII. uſque ad annum MDCXCII. *Jonae* GIALENI *Selendromium* perpetuum; *Niceph.* PASCHALEI *de jejuniis Graecorum* tractatulus, lingua vulgari conſcriptus. Prodiit hoc horologium Venet. ann. MDXXXV. MDLIV. MDLXVIII. MDCI. MDCII. MDCXXIII. MDCXXXII. MDCXLVI. MDCLII. Etiam Rom. MDCLXXXVIII. excuſum eſt *Horologium* ſecundum vetuſtum ordinem, & *typicum* Monaſterii *Cryptae Ferratae*, adjuncto *Menologio*, ut refert FABR. ad ALLAT. diſſ. (*p.* 67.), quae editio in Bibliotheca *Colbertina* recenſetur. Tandem *comprehendens cum* Pſalterio *typicon*, & extra chorum officium ad uſum *Italiae* Monachorum S. BASILII M. *Romae* MDCCLXXII. Tom. II. in 8. ex Typographio de *Propaganda Fide*. Adcedit ΩΟΡΑΟΓΟ ΠΟΤΑΟΝ, ſeu *parvum horologium*, ex majori

excer-

excerptum, & uſui ordinario magis adcommodatum. De quo haec idem ALLATIVS *diſſert.* 1. (*p.* 104.). Continet gratiarum actionem, poſtquam Chriſtianus e ſomno ſurrexerit; officium media nocte & veſpere, ſingulis diebus dici ſolitum; novem cantica, primam, tertiam, ſextam, & nonam horas; parvum ἀπόδειπνον, Exapoſtilaria, & ἀπολυτίκια totius hebdomadis; preces in menſa; preces breviſſimas dicendas ſingulis diei horis; Menologium breviſſimum; Paſchalium annorum 10. Editus eſt hic libellus, ut alias ſaepe, *Venet.* anno MDCXLII. in forma quam vocant 32.

XXIV. Prodierunt vero ſeorſim nonnulla *Graecorum* officia. In Bibliotheca *Colbertina* (*p.* 309.) indicatur *ſyntagma variorum officiorum Venetiis Graece* editum MDCXXXVI. in 4. Poſtea *Nicolaus* RAYAEVS in Actis Bollandianis Sanctorum *Acoluthiam officii Canonici pro Eccleſiis Graecorum in ſolemni commemoratione trium Doctorum* BASILII, NAZIANZENI, & CHRYSOSTOMI ex *Typico*, *Menaeis*, aliiſque Ritualibus *Graecis* collegit, atque eruditiſſimis adnotationibus illuſtravit. *Officium Paſſionis feria VI. Paraſceve Majoris hebdomadae ſecundum Ritum* Graecorum Latine *redditum cura & ſtudio* Joſeph. Mariae CARI *Presbyteri* (nempe THOMASII) *Romae* typis *Joſephi* VANNACII MDCXCV. 8. vulgatum eſt. Praeterea *Romae* MDCCXXI. 4 lucem adſpexit *officium quadrageſimale* Graecorum *recognitum, & caſtigatum ad fidem praeſtantiſſimi Codicis* Barberini *in latinum ſermonem converſum, atque diatribis illuſtratum cura & labore* Angeli Mariae QVIRINI. Monendus heic demum lector eſt, GRAECORVM officium, & Miſſale juxta illorum conſuetudinem in octo partes diſtributum, in quo praeter *Pſalterium*, *Horologium*, *Paracleticem*, *Triodium*, *Pentecoſtarium*, *Octoechum* Liturgias cum Epiſtolis, & Evangeliis, continentur Triodia S. *Johannis* STVDITAE, S. *Johannis* DAMASCENI, & *Joſephi* HYMNOGRAPHI primum edita ex antiquis Codicibus *Vaticanis*, *Barberinis*, & *Cryptae Ferratae*, & octo voluminibus in 4. comprehenſum ann. MDCCXXXI. *Romae* ex praelis S. C. de Propaganda Fide emerſiſſe.

Singularia quaedam Graecorum officia

A R T I C V L V S II.

Libri Orientalium.

I. Iiſdem fere, quibus *Graeci*, libris ad officium recitandum *Moſcovitae* utuntur, in ſuam ipſorum linguam tranſlatis. Sic PSALTERIVM, & SYNAXARIVM pro totius anni menſibus *Vincentii* BOZIDAR *Graeco* ritu, charactere *Cyrilliano Venetiis* excuſum fuit MDLXI. 4.; HOROLOGIVM vero, & *orationes quotidianae* ritu *Graeco*, & charactere *Cyrilliano* impreſſum Kioviae 8. ubi etiam editum fuit eodem ritu, & charactere officium in gratiarum actionem *Svecis ad Pultaviam* victis a PETRO I. *Moſcorum* Imperatore 4. MENOLOGIVM etiam *Moſcovitae* habent. POSSEVINVS in *Apparatu* (V. *Rutheni*) unum edidit; Ephemerides *Graeco Moſchas* (T. I. *Maii*) PAPEBROCHIVS dedit, de quibus tamen eum primis conferendus Cl. ASSEMANVS in *Calendariis Univerſae Eccleſiae*. MENOLOGIVM *Slavo-Ruſſicum Latine*

Libri Moſcovitarum

ver-

verſum a. MDCLXXXVIII. a *Johanne Gabriele* Barone de SPARWENFELD, qui & SYNAXARIVM *Ruthenorum* dioeceſis *Kiovienſis* latine redditum a *Georgio* DAVIDE memorant BOLLANDIANI (T. I. *Junii p. CXI.* 246.). Aliud verbotenus translatum e variis MSS. excuſ. *Moſcuae* MDCLXXIX. in eodem tomo a BOLLANDIANIS indicatur (*pag.* 135. 758.)

Armenorum II. ARMENORVM Breviarium *Maſſiliae* editum *Richardus* SIMON (*ſelect. epiſtol. T. II. ep. XXII. pag.* 146. *ſeqq. & ep. XXIII. pag.* 156. *ſeqq.*) commemorat, atque a nonnullis, quos *Thomas* HERABIED obiecerat, erroribus vindicare ſtudet. Habent & illi ſuum Menologium, ſermones exhortatorios, hymnos, cantica &c. Certe in Bibliotheca *Colbertina* (*pag.* 899.) notatur *liber hymnorum*, *& Canticorum Armenice Amſtaelod.* MDCLXIV. in 8. Conſtantinopoli autem plures ejuſmodi Libri hoc noſtro ſaeculo prodierunt, ut SCIRRAGNVZ hoc eſt *Cantus & Antiphonae per annum juxta ritum Armenorum*, anno eorumdem MCLIX. Chriſti MDCCX.: DONAZVIZ, nempe *ordo perpetuus* juxta eorum ritum *indicans officium*, *cantus*, *lectionesque*, *ac Feſta Sanctorum per totum annum* in 4. AISMAVVRG, ſeu diarium, ac lectionarium continens vitas Sanctorum, anno Armen. MCLV. Chriſti MDCCVI., & GIAMACHIRCH, nempe *Horologium per totum annum*, a. Armen. MDCCLVI. Chriſti MDCCXII. Neque omittendum Breviarium *Armenum* Ordinis Praedicatorum, quod MS. extat *Venetiis* in ditiſſima PP. Dominicanorum S. IOHANNIS & PAVLLI Bibliotheca. Haec primo folio inſcripta ſunt, quemadmodum legere eſt in Catalogo Codicum *Graecorum*, & *Orientalium* ejus Bibliothecae T. XX. Novae collectionis opuſculorum *Venetiis* excuſo MDCCLXX. pag. 232. „ Breviarium *Armenum* Sa-
„ cri ordinis Fratrum Praedicatorum, olim a *Bartholomaeo* PARVO
„ *Bononienſi* (ejuſdem Ordinis, Apoſtolo *Armenorum* nuncupato, Ma-
„ garacenſi Epiſc. in *Armenia* majori a IOHANNE XXII. inaugurato)
„ viro ſanctiſſimo ac ſapientiſſimo ex Breviario Dominicano in linguam
„ *Armenam* translatum; qui inter priſcos illos Heroes connumerari me-
„ rito debuit. (Diem clauſit extremum a. MCCCXXXIII. in Mona-
„ ſterio de Charna in Provincia Erinchiach, nunc vulgo Alincia. De
„ quo QVETIFVS, & ECHARDVS in hiſtoria Scriptorum Ord. Prae-
„ dic. T. I. pag. 581. ad annum MCCCXXXIII.). Nunc vero anno
„ Reparationis noſtrae MDCCXIV. X. Menſis Octobris Nos indigni
„ famuli Fr. PETRVS, & Fr. GREGORIVS *Ciamukienſes* Ord. Praed.
„ ex Provincia *Armenia* majori, ſub Reverendiſſ. P. Fr. Antonio CLO-
„ CHE, ejuſdem Ord. Generali Magiſtro, plurimum laboravimus ſu-
„ per hoc Breviarium: nec non cum ſumma diligentia reſiduas lectio-
„ nes, & vitas novorum Sanctorum juxta Breviarium latinum ejuſdem
„ anni e latino in *Armenum* convertimus, & noviter tranſcripſimus. Tan-
„ dem egregio munere locupletavimus, & in lucem dedimus *Venetiis*
„ in Conventu noſtro SS. IOHANNIS & PAVLLI MDCCXIV. 10.
„ Menſis Octobris. „

III. Ad *Maronitarum* libros quod ſpectat, *Officium ſimplex ſeptem dierum hebdomadae ad uſum Eccleſiae* Maronitarum, *Chaldaice* prodiit *Romae* typis *Stephani* PAULINI MDCXXIV. fol. & MDCXLVII. in 8. item

hoc

hoc titulo: *officium feriale juxta ritum Eccleſiae* Maronitarum INNOCENTII X. *P. M. juſſu editum* MDCCXXXI. ex typographio S. Congr. de Propag. Fid. in 8. (1). *Diurnale* Eccleſiae *Maronitarum Romae* excuſum MDLXXXIV. 8. indicat * FABRICIVS (*T. II. Biblioth. med. & inf. latin. p.* 40. Manſianae *edit.*). Officia Sanctorum juxta ritum Eccleſiae *Maronitarum* extant in *Marcfuſcbiana* Bibliotheca duobus voluminibus in folio, altero, quo *pars Hyemalis* continetur, *Romae* a. MDCLVI., altero, quod partem Aeſtivam exhibet, a. MDCLVI. typis *de Propaganda Fide* impreſſo. Praeterea *Romae* MDLXXXV. typis *Dominici* BASAE excuſum fuit in 4. *officium defunctorum ad uſum Maronitarum*.

IV. His jungendi *Syri*, qui Officium Divinum appellant *Phenkita d' Hudra*, ſeu *Codicem circuli*. Eorum officium *Jeſujabus Abidenus* ordinaſſe perhibetur. Habent autem hi ceteros inter libros OCTOECHVM, ſeu cantus SEVERI octonis expreſſos, quo IACOBVS dictus Commentator, & ad Eccleſiae *Edeſſenae* Epiſcopatum a. DCLI. evectus correxiſſe dicitur in Codice *Syro* XV. ASSEMANI, ubi ejuſdem IACOBI cantus extant decem in Feſtum Palmarum. Preces *inter ſeſſiones, & ad Matutinum* (2) ELIAS cognomine *Abu - Halim Hadithenſis* tertius hujus nominis *Neſtorianorum* Patriarcha compoſuit: eae verò a *Syris Neſtorianis* ad officium nocturnum, & Matutinum inter Pſalmos, Hymnoſque recitantur. Extant in Codice *Syro* Amid. VIII. Nec omittendum *Breviarium Feriale* SYRIACVM Sanctorum EPHREM, & IACOBI Syrorum *juxta ritum ejuſdem Nationis, quod incipit a Feria ſecunda uſque ad Sabbatum incluſive*, additis variis hymnis, ac Benedictionibus per *Athanaſium* SAPHAR *Epiſcopum* Mardinen. *in* Meſopotamia Aſiae MDCXCVI. 4. Syrorum

V. Quinam porro in officio ab *Aethiopibus*, & *Abeſſinis* libri adhibeantur, facile eſt ex iis intelligere, quae de illorum ritibus Cardinalis BONA a duobus Presbyteris *Aethiopibus Romae* in Eccleſia S. STEPHANI degentibus accepit. Omnia officia, inquiebant illi, incipimus ab Oratione Dominica, & Angelica Salutatione: initio nocturnae precis recitamus pſalmum *Venite exultemus*. Legimus prolixe ſacras Scripturas, ſcripta vero Sanctorum Patrum numquam, niſi in hebdomada Sancta. Singulas horas ex duodecim pſalmis componimus, quorum unus ſemper eſt Pſalmus 50. *Miſerere*. In Monaſteriis, quae magnam Monachorum multitudinem continent, integrum ante prandium percurritur pſalterium breviſſimi temporis ſpatio, diviſis per ſingulos Monachos pſalmis, ſive pſalmorum ſectionibus, quum longiores ſunt. Theotochias *Copto-Arabicas* cura *Raphaelis* TVKI *Arſenoventis* Epiſcopi a. MDCCLXIV. in 4. *Romae* publica luce Typographium S. C. *de Propag. Fide* donavit. Hagiologium metricum *Abeſſinorum* citatur in Actis *Bollandianis Sanctorum* Aethiopum & Abaſſinorum

(1) Deprecatio, quae ex parte in hoc officio extat, in Codice ASSEMANI *Syriaco V.* ISAACO *Magno* Presbytero *Antiocheno* tribuitur; EPHRAEMO in Codice *Nitrienſi XVII. fol.* 79. Videtur tamen neutrius eſſe, ac potius ad BALAEVM *Syrum* pertinere.

(2) ECHELLENSIS, & HOTTINGERVS perperam interpretantur: *Orationes deceſſionum judiciorum & Matutini*.

Digitized by Google

rum T. I. *Junii* (*p* 421.) & T. IV. (*p.* 73.) & T. V. (*p.* 72. 157. aliiſque pluribus in locis); immo eodem Tomo I. *Junii* (*p.* 169.) Faſtorum *Copticorum* fit mentio. *Abeſſinorum* autem ritus *Coptorum* ritibus ſimiles eſſe KIRKERVS adſerit in ſuo *Prodromo Coptico*.

ARTICVLVS III.

De libris, qui in horarum Canonicarum perſolvendo penſo ante introducta Breviaria Eccleſiis Occidentalibus *uſui fuerunt*.

Indicantur generatim ejuſmodi Libri

I. ANtequam ſaeculo XI. Breviarium quoddam ad horas Canonicas recitandas introduceretur, multiplicia ad id adhibebantur in *Occidentalibus* Eccleſiis volumina. Nempe primo *Pſalteria* cum Pſalmis, & canticis in ſingulos hebdomadae dies diſtributis. Secundo *Biblia ſacra* Veteris, Novique Teſtamenti, ex quibus *Nocturni* primi, & ſecundi *lectiones* ſumebantur. Tertio *Homiliaria*, quae Sanctorum Patrum homilias continebant legi ſolitas in Dominicis, diebuſque Ferialibus, ac Sanctorum feſtis, quae proprio Evangelio diſtinguebantur. Quarto *Paſſionaria* cum Sanctorum aut Martyrum, aut Confeſſorum paſſionibus, quae recurrente eorum memoria legebantur. Quincto *Antiphonaria* cum Antiphonis & Reſponſoriis. Sexto *Hymnaria* Hymnos de tempore, ac de Sanctis continentia. Septimo *Collectaria* ſeu Collectarum aut orationum libri; itemque *Capitulorum*, ſeu brevium illarum lectionum, quae in horis Canonicis leguntur. Octavo *Martyrologia*. His adde *Rubricas*, ſive *ordines per anni circulum*, quibus regulae continentur diurni, nocturnique recitandi officii rationem deſignantes. Sed de his ſingulatim agendum.

Tum de ſingulis agitur, ac primo de Pſalterio

II. A PSALTERIO igitur ut initium ſumam, quamquam hoc nomine totum officium nuncupatum non ſemel apud Scriptores invenias, quod major ejus pars ex Pſalmorum recitatione, vel cantu conſtabat, Pſalterium tamen proprie Pſalmos CL. *Davidicos* deſignare exploratius eſt, quam ut exemplis id confirmare neceſſe ſit. Vocabatur interdum *Pſalmiſta*. Hinc in *Leonenſis* Coenobii carta a. MCCCCLXXVII. quam in hiſtoria ejus Monaſterii edidi (*Lib. II. num.* 76.) *Pſalmiſta unus vetus* memoratur. Duplicis porro latinae verſionis Pſalterium habemus, *veteris*, quam *Italam* appellant, a S. HIERONYMO ſive DAMASI juſſu, ſive amicorum precibus *Romae*, ſed ut ipſe ait, *curſim* emendatae, & *Hieronymianae*, quam ſcilicet PAVLLAE, atque EVSTOCHII votis ſatisfacturus S. Doctor poſtea ſuſcepit. Illam *Romanam* vocant, quod *Romae* praeſertim in uſu fuerit; hanc *Gallicanam*, quod hujus verſionis Pſalterium in *Gallias*, finitimaſque *Germaniae* Eccleſias inductum fuerit, atque hinc ad alias etiam *Italiae* Eccleſias propagatum. Primae tamen, ſeu *Romanae* verſionis Pſalterium ad S. PII. V. tempora in omnibus urbis, ac ſuburbicariis intra XL. ab urbe lapidem conſtitutis Eccleſiis retentum eſt; ab eo autem Pontifice vulgatae editionis, quae ad *Hieronymianam*, ſeu *Gallicanam* interpretationem maxime accedit, Pſalterium praeſcriptum, *Romae* in ſola Vaticana S PETRI Eccle-

ſia,

Digitized by Google

ſia, in reliqua *Italia* apud *Mediolanenſes*, atque in *Veneta* S. MARCI Baſilica, in *Hiſpaniis* apud *Mozarabes* veteris *Romani Pſalterii* uſu ſervato: *Piani* Pſalterii (ſic enim noſtrum Pſalterium appellare liceat) neque MS. exempla, neque editiones vacat referre. Addam ſolum, quae ex Actis Capituli *Aquilejenſis* profert Cl. P. de RVBEIS *in cit. diſſ. de ſacr. Forojul. Ritib.* (*cap. XIV. p.* 258.) quum ex illis a. ſaltem MCCCCXCV. Pſalterii *Gallicani*, ſeu fere noſtri *Piani* uſum apud *Aquilejenſes* conſtet obtinuiſſe. „ Die III. Maij MCCCCXCV. Praeterea attendentes prae-
„ fati Domini antiquitatem librum *Pſalterii* Chori ſanctae *Aquilejenſis*
„ Eccleſiae; & cupientes omni ex parte ornare & venuſtare eamdem
„ Eccleſiam Sanctam, ad honorem Dei omnipotentis & Beat e MARIAE
„ & Sanctorum HERMACHORAE, & FORTVNATI decreverunt,
„ ſcribi debere libros duos de novo *Pſalterii* pro ſupraſcripto choro jux-
„ ta ritum, & conſuetudinem, ſive correctionem *Pſalterii Gallici*, &
„ ordinationem ſupraſcriptae ſanctae *Aquilejenſis* Eccleſiae, per me Pre-
„ sbyterum FOCAM, Cancellarium praefatorum Dominorum. Et com-
„ miſerunt mihi, ut cum pecuniis introituum Praebendae Luminariae
„ Eccleſiae antedictae per me eidem debitis, membranas pro dictis
„ libris ſcribendis emerem. „ Ad *Italae* editionis, ſeu *Romanae* editionis exempla quod attinet, „ in Archivio, *ut* MERATVS *refert ad* GA-
„ VANTVM (*T. II. ſect. V. cap. VIII. n.* 4. *pag.* 117. *Ven. edit.*) Ca-
„ nonicorum Baſilicae *Liberianae* Sanctae MARIAE *ad Praeſepe*, exſtat
„ Pſalterium *Romanae* editionis hac inſcriptione praenotatum: *Ad hono-*
„ *rem omnipotentis Dei, & glorioſiſſimae Virginis* MARIAE *Matris ejus*
„ *incipit Pſalterium ad uſum Venerabilium Dominorum Canonicorum Venerabi-*
„ *lis Baſilicae & Eccleſiae Sanctae* MARIAE *Majoris de Urbe, ſecundum*
„ *conſuetudinem Clericorum* Romanae *Urbis, ejuſque diſtrictus* &c. Quodque
„ Pſalterium ſcriptum & illuminatum fuit ſumptibus, & expenſis no-
„ biliſſimae Dominae, donnae *Caredonnae* de ANNIBALIS de urbe,
„ tempore Archipresbyteratus Reverendiſſimi Domini, Domini *Gulliel-*
„ *mi* de EVSTOVTEVILLA Epiſcopi *Oſtienſis* Cardinalis *Rothomagen-*
„ *ſis*, ac SS. Domini noſtri SIXTI PP. IV. Camerarii digniſſimi, ſub
„ anno Domini SIXTI PP. anno vero ejus nono. „ CALMETVS vero de ejus editionibus ita diſputat in diſſertatione *in textum & verſiones Pſalmorum*. „ Unam adornavit *Jacobus* FABER *Stapulenſis* an. MDVIII.
„ in Abbatia S. GERMANI *Pratenſis*. Altera *Mediolani* prodiit an.
„ MDLV., altera *Romae* MDCLXIII., nequid illam memorem, quae
„ in Textu Septuaginta *Pariſiis* anno MDCXXVIII. excuſo ad *Roma-*
„ *nae* editionis normam legitur. MSS. etiam plura ſuperſunt. Porro
„ exemplaria iſta omnia frequenter diſcrepant inter ſe, quemadmodum
„ etiam variare deprehenduntur ſententiae ex eodem Pſalterio petitae,
„ quas in noſtris Antiphonis, & Reſponſoriis legas. Cujus diſcri-
„ minis in cauſſa fuiſſe judico exemplarium diſcrepantiam, quae
„ varia erat in variis Eccleſiis; *Mediolani* etenim aliud legebatur, ac
„ *Romae*, ac poſt S. HIERONYMVM erant pariter, qui plures, erant
„ qui minori numero ex ejus correctionibus ſervaſſent. Heic vetus *Ita-*
„ *lica* verſio fere intacta, illic minus pura manebat, quemadmodum in
„ opere, cujus correctio ſingulis permitteretur, contingere potuiſſe faci-

Digitized by Google

„ le intelligimus. „ Sed his editionibus aliae ſunt addendae, omiſſis tamen MARTIANAEI, & VALLARSII, a quibus cum *Hieronymianis* operibus & hoc Pſalterium adcepimus, curis, ac laboribus. Nempe *Pſalterium* Romanum ad *uſum Cleri Baſilicae* VATICANAE *ad vetuſtiſſima exemplaria recognitum* cum *Marii* ALTERII praefatione prodiit *Romae* ex typogr. Camerae Apoſtolicae MDCXIX 4. Anno vero MDCLXXXIII. THOMASIVS ibidem, typis TINASII utriuſque Pſalterii codices tam *Romani* veteris, quam *Gallicani* cum exactiſſimis exemplaribus collatos in lucem emiſit, praemiſſa juxta morem ſuum erudiiſſima Praefatione. Denuo hoc Pſalterium cum pluribus MSS. Codicibus ſumma fide, ac diligentia comparatum evulgavit CL. vir *Joſephus* BLANCHINIVS primum a. MDCCXXXV. (*T. IV.* Anaſtaſii *Proleg. pag* 85.) deinde a. MDCCXLI. in nova, quam ſuſceperat, *Thomaſianorum* operum editione (*T. I.*). Tandem illud ex vetuſtiſſimo *Sangermanenſi* Codice a. MDCCLI. edidit *Petrus* SABATIER (*T. II. p. I. Bibliorum* Italae *verſionis*), quem tamen nec *Thomaſianae* antiquioris, nec *Blanchinianae* editionis ullam feciſſe mentionem una mecum docti quique viri mirabuntur. Antequam de Pſalterio dicendi finem facio, quid ſit BRE-

Breviarium Pſalterii VIARIVM *Pſalterii*, explicabo. Compendium quoddam eſt precum in Pſalmis contentarum a BEDA elucubratum, etſi HIERONYMO illud nonnulli Codices adjudicant. Editum fuit a THOMASIO *Romae* an. MDCLXXXIV. legiturque nunc *Tom. III. oper.* (*pag.* 576.) & Tom. VII. (*pag.* 282.) cum Italica ejuſdem THOMASII interpretatione. Simile aliud eſt, quod idem THOMASIVS *Italice* reddidit, & eodem *Tom.* VII. (*pag.* 314.) exſtat.

Biblia III. De Bibliis diſſerendi locus heic non eſt. Vt alii Auctores (1) deeſſent, P. LE LONG. conſuli poterit *Bibliotheca ſacra* edit. Paris. MDCCXXIII. fol. Satis ſit ſacrae Scripturae diſtributionem per anni circulum, quam Codex XIII. ſaeculi inſcriptus *Rubrica* &c. apud Canonicos *Forojulienſes* exhibet, adferre: eam recitat P. de RVBEIS (*p* 442.).
„ Incipit Rubrica Hiſtoriarum. Et primo de *Adventu Domini* uſque ad
„ *Nativitatem Domini*, legitur *de libro Iſajae*: & terminatur, *haec dicit*
„ *Dominus Deus, ecce ego veniam, & ſalvabo vos*. Poſt octavam *Epipha-*
„ *niae* uſque ad *Septuageſimam*, legitur *Epiſtola* PAVLLI *ad Romanos*: &
„ terminatur cum *Tu autem*. Dominica *Septuageſimae* uſque ad *Quin-*
„ *quageſimam*, legitur *in principio creavit*: & terminatur cum *Tu autem*.
„ Dominica *Quinquageſimae* uſque ad Dominicam *Quadrageſimae*, legi-
„ tur *Noe vero*: & terminatur, ut ſupra. Dominica prima *Quadrageſi-*
„ *mae* legitur, *Dixit autem dominus ad Abraham*. Dominica ſecunda *Qua-*
„ *drageſimae* legitur, *Senuit autem Iſaac*. Dominica tertia *Quadrageſimae*
„ legitur, *Joſeph. cum ſedecim eſſet annorum*. Dominica quarta *Quadrage-*
„ *ſimae* legitur de libro *Exodi*, ſcilicet *Haec ſunt nomina*. Dominica de
„ *Paſſione* legitur de libro *Ieremiae*, uſque ad quartam feriam poſt Domi-

(1) Cujuſmodi ſunt * *Petrus* TERPAGRIUS in *prodromo Bibliothecae ſacrae*, Hafniae MDCLXXX. 8. *Richardus* SIMON in *diſquiſitionibus Biblicis* Londini MDCLXXXIV. 4. * *Chriſtianus Fridericus* BOERNERVS in LE LONG *Bibliotheca ſacra* edit. anni MDCCIX. *Lipſiae* cum multis adceſſionibus eodem anno recuſa.

„ minicam *Palmarum*: & terminatur cum *Haec dicit Dominus Deus*, *con-*
„ *vertimini ad me*, *& ſalvi eritis*. Poſt Paſcha *Annotinum* uſque ad Do-
„ minicam ſecundam poſt octavam Reſurrectionis, legitur de *Apocaly-*
„ *pſi*. Dominica ſecunda poſt octavam Reſurrectionis uſque ad quartam
„ Dominicam excluſive legitur de *Epiſtola Jacobi*. Poſt octavam Aſcen-
„ ſionis uſque ad Pentecoſtem legitur *de Actibus Apoſtolorum*. Poſt octa-
„ vam *Trinitatis* uſque ad proximam Dominicam Kalendarum Auguſti le-
„ gitur *de libris Regum*: & primo legatur, *Fuit vir*. Dominica proxima
„ Kalendarum Auguſti uſque ad proximam Dominicam Kal. Septem-
„ bris, legitur *de Libro Salomonis*. Dominica proxima Kal. Septembris
„ uſque ad proximam Dominicam Kal. Octobris legitur de infraſcriptis
„ hiſtoriis, videlicet *de hiſtoria Job*, & legitur per duas hebdomades:
„ *de hiſtoria Tobiae*, *de libro Iudith*, *de libro Eſther*. Dominica proxima
„ Kal. octobris uſque ad proximam Dominicam Kal. Novembris legitur
„ *de Maccabaeis*. Dominica proxima Kal. Novembris uſque ad Dominicam
„ de Adventu legitur *de Prophetis*; & primo *de libro Ezechielis* per duas heb-
„ domadas, & terminatur cum *Haec dicit Dominus Deus*, *convertimini ad me*,
„ *& ſalvi eritis*. De *libro Danielis* legitur per unam hebdomadam, & ter-
„ minatur cum *Tu autem Domine*. *De aliis Prophetis* legitur uſque ad Do-
„ minicam *Adventus*, & terminantur cum *Haec dicit Dominus Deus*. „
Hanc antiquitus ipſiſſimam diſtributionem librorum veteris, ac Novi Te-
ſtamenti ſervatam fuiſſe docet ordo vetuſtiſſimus *Veronenſis*. Eamdem in-
dicat *Micrologus* in Breviarium GREGORII VII.

IV. Ad Homiliaria ut progrediar; HOMILIARIVM, & ut vo- Homiliaria
catur in antiquo *Brevi recordationis de Theſauro Eccleſiae* S. ZENONIS
a me edito (*Biblioth.* Piſtor. *p.* 151.) *Bibliotheca Omeliaris* liber eſt ho-
milias in Evangelia complectens. PAVLLVS diaconus CAROLI M. juſ-
ſu homiliarium quoddam confecit. Karolus *Imperator*, inquit ALBERI-
CVS *trium fontium* Monachus *ad An. DCCCVII.* (*T. II. acceſſion. hiſtoriae.*
LEIBNITII *p.* 152.) *per manus* PAVLLI *Diaconi decerpens optima quae-
que de ſcriptis Catholicorum Patrum*, *Lectiones unicuique feſtivitati conve-
nienter* per circulum anni in Eccleſia legendas *compilari fecit*. Epiſtola
CAROLI M. id jubentis pridem impreſſa typis fuit, iterum tamen a
MABILLONIO in ſuis *Analectis* vulgata. Munere impoſito functus eſt
PAVLLVS, confecitque opus injunctum in duo tributum volumina.
Codex, quem vidit, luſtravitque vir doctiſſimus laudatus, hanc prae-
fert inſcriptionem: *Opus praeclarum omnium Homeliarum & Poſtillarum Ve-
nerabilium ac egregiorum Doctorum* GREGORII, AVGVSTINI, HIE-
RONIMI, AMBROSII, BEDAE, HERICI, LEONIS MAXIMI,
IOHANNIS *Epiſcopi*, *atque* ORIGENIS, *integraliter de Tempore*, *&
de Sanctis per totius anni circulum*, *cum quibuſdam eorum ſparſis interpoſitis
ſermonibus*. *hinc inde ſuis locis collectis*, *& coaptatis temporibus in partem
Hiemalem*, *ac aeſtivalem*: *incipit feliciter*. Homilias HERICII, Mona-
chi nempe *Antiſſiodorenſis*, quem poſt obitum PAVLLI floruiſſe conſtat
ſub *Carolo* CALVO Imp., inſertas genuino PAVLLI operi a poſteris
admonet MABILLONIVS. Lucem vidit typorum beneficio *Paullinum
opus ſpirae apud Petrum* DRACH *Iuniorem* Anno MCCCCLXXXII. &
Coloniae apud *Matth.* CHOLINVM MDLVII. Confer. * FABRICIVM

Bibl. med. & *inf lat. T. V. p.* 210. *ſeq.* Viri Cll. *Edmundus* MARTENE, & *Urſinus* DVRANDVS in *Itinerario Litterario*, quod a. MDCCXVII. vulgarunt, homiliarium quodpiam in Bibliotheca *Antiſſiodorenſi* ſe inveniſſe referunt (*p.* 56.), CAROLI M. juſſu digeſtum, atque EBRARDI nomine praenotatum. Nempe hoc ibi octaſtichon legere eſt:

Obtulit hunc Librum Domino, Germane, *tibique*
EBRARDVS *ſupplex*; *ſupplicis eſto memor*.
Auferat hoc nullus, cujus praecordia Chriſtus
poſſidet, iratum ne patiatur eum.
Quin etiam fratris munus votumque probando
inſiſtes parili quidquid amore valet.
Nam petit in coetu fratrum ſolemniter illum
ad Laudem Domini nocte dieque legi.

* FABRICIO autem facile adſentior (*T. V. Bibl. Med.* & *Inf. Lat. p.* 211.), EBRARDVM non fuiſſe hujus homiliarii collectorem; ſed PAVLLINI potius eſſe opus fortaſſis ab *Ebrardo* Librario deſcriptum, vel etiam, ut equidem veroſimilius ipſe arbitror, ex veteri more ab eo Eccleſiae *Antiſſiodorenſi* oblatum. Ceterum plura ejuſmodi homiliaria pro Eccleſiarum diverſitate varia latent in *Laurentiana* Bibliotheca *Florentiae*. *Piſtorii* quoque in Canonicorum Archivo aliqua extant, quae recenſui in eadem Bibliotheca *Piſtorienſi* (pag. 21.) ut *Vallicellanam*, aliaſque *Romanas* Bibliothecas, cum primis vero *Vaticanam* harum antiquitatum Theſaurum omittam. Vnum tantummodo liceat mihi Homiliarium indicare, quod in ditiſſima praeſtantiſſimi Cardinalis Franciſci Xaverii ZELADAE Bibliotheca extare novi. *Paullino* illud vetuſtius eſſe conjicit erudítiſſimus editor S. Brunonis Aſtenſis in IV. Evangelia (*Praef. p. XXII.*) quumque in eo non paucae Patrum homiliae *ανεκδοτοι* diliteſcant, illud ampliſſimus Cardinalis pro ſuo locupletandae litterariae Reipublicae ſtudio exſcribi curat, ut tandem in lucem edatur. SERMONARIVS, ſi quid video idem eſt, quod *homiliarium*. Occurrit autem id nominis in indiculo *Brevi Recordationis de Theſauro Eccleſiae Sancti* ZENONIS, quod XII. ſaeculo perſcriptum fuit. In catalogo autem omnium, quae THEOBALDVS Abbas *fecerat, aut comparaverat ad reparationem,* & *ornamentum Monaſterii* S. LIBERATORIS *in Comitatu Theatino* MXIX. apud MVRATORIVM (*T. IV. Antiq. Italic. col.* 769.) legitur *Omilia*, *Paſchale unum uſque in adventum Domini diviſa in duo volumina .... Omilia de circuitu anni una Omilia Quadrageſimali*: quo barbaro nomine homiliarium deſignari vides.

Paſſionaria

V. PASSIONARIVM, quod & PASSIONALE, PASSIONALIS, liber eſt res a Sanctis, praeſertim Martyribus, geſtas continens, ſeu ut in indiculo Monaſterii *Piſani* ſub annum MXLVIII. conſcripto apud MVRATORIVM (*T. IV. Ant. Italic. col.* 789.) legitur, ubi ſunt *omnes Paſſiones Eccleſiaſticae*. Qua in re a FERREOLO *Ucetienſi* Antiſtite (*Regul.* 1. 118.) haec conſtituta reperimus: *Geſta Martyrum, ideſt Paſſiones Sanctorum Fidelium, quae quorumdam compaginata ſtudio,* & *ſermone digeſta ſunt, tempore, quo nobis diem migrationis eorum anni meta curſu ſui legibus repraeſentat, recenſeri in Oratorio audientibus cunctis omnino decernimus*. Bibliothecae *Florentinae*, ac *Laurentianae* praeſetim plures ejuſmodi Codices ſervant. In principis quoque *Faventis* templi ſecretiore archi-

archivo unum extat ſatis vetuſtum. Vnum multo recentius, quod apud *Piſtorienſes* Canonicos inſpexi, vide *Biblioth. Piſtorienſ.* (*pag.* 20.). Canonicus *Iohannes de* JOHANNE *de divin.* Siculor. *offic.* (p. 144.) duplicem memorat *Paſſionarium* membranaceum in Sacrario MESSANENSIS Eccleſiae reconditum, alterum ſatis pulcrum in *fol.*, alterum antiquiſſimum in 4. Paſſionaria, quae in Canonicorum *Forojulienſium* Archivo viſuntur, ita deſcribit laudatus P. de RVBEIS p. 434. „ I. Cartaceum in fol.
„ maj. in quo *legenda Sanctorum de menſe Ianuario, Februario, Martio.*
„ His accedunt *lamentationes, & lectiones in Coena Domini, in Paraſce-*
„ *ve, & Sabbato Sancto*. 2. Cartaceum eadem forma: ubi *legendae San-*
„ *ctorum per menſem Aprilis, Maij, Octobris, Novembris, Decembris*. 3.
„ Cartaceum ejuſdem formae cum *Legendis Iunii, Iulii, Auguſti, Septem-*
„ *bris*. Alia ibidem numeravimus volumina XII. membranacea, in fo-
„ lio majori & minori, & in forma quarti, quae continent Martyrum
„ Paſſiones & Acta Sanctorum.„

VI. Multa de Antiphonariis ſuperiore capite (*artic. IV. §. I.*) diximus, quae recoli heic poſſunt; quamquam ibi de Antiphonariis ad Miſſam loquuti ſimus; heic de libro modulationis, quo Eccleſiae utebantur in cantandis ad divina officia perſolvenda Antiphonis, agamus. Hunc Librum indicat ordo *Romanus* I. Ubi de officiis tenebrarum: *Et more ſolito* Deus in adjutorium meum *non dicant, nec* Gloriam, *nec Invitatorium, ſed Cantor incipit in Pſalmis Antiphonam, ſicut in Antiphonario continetur.* *Joſephus Maria* CARVS, ſeu THOMASIVS *Romae* typis *Joſephi* VANNACII MDCLXXXVI. edidit *Reſponſorialia*, & *Antiphonaria Rom. Eccleſiae* (de quibus heic ſermo eſt, Antiphonarium enim ad Miſſam ſpectans poſtea a. MDCXCI. vulgavit cum antiquis Libris Miſſarum, ut citato loco vidimus). *Accedit appendix varia continens monumenta vetera ad Antiphonas, Reſponſoria, Eccleſiaſticoſque curſus pertinentia*. Cave autem credas, purum putum S. GREGORII M. opus id eſſe. Nam ut idem THOMASIVS animadvertit, *beato* quidem GREGORIO olim fuerat illud coactum, ſed in codice, quo ad editionem uſus eſt vir Cl. *nonnullis poſtea accretionibus, ac demptionibus aliquantulum immutatum, ad ritumque Monaſticum ex parte adcommodatum fuit*. Ad ſaeculum decimum referri hunc poſſe, vel undecimum, adnotat ille in Praefatione. Vetuſtiſſimus non abſimilis codex proſtat typis editus a Monachis Sancti MAVRI Tomo III. Operum S. GREGORII: in quo *exiſtimamus*, inquiunt, *veterem divini officii celebrandi ritum in Eccleſia* Romana *obſervatum ex priorum Summorum Pontificum, maxime* vero *ſancti* GREGORII *praeſcripto exhiberi*, Gallicanae *cujuſdam Eccleſiae uſui adcommodatum*. Invectas hujuſmodi interpolationes jam aevo ſuo memorat AMALARIVS *de ordine Antiphonarii* (in *Prologo*). In *Piſtorienſium* Canonicorum Archivo tres Antiphonariorum codices vidi, quos (*Biblioth. Piſtor. pag.* 21.) indicavi. Neque illud omittam, quod *Johannes de* IOHANNE nos docet (p. 100.) extare *Panormi* in Bibliotheca Congregationis *Oratorii* Manuale Pſalmorum, & ANTIPHONARVM membranaceum in 8. *ad uſum Monaſterii* S. Mariae Magdalenae *Civitatis* Coriglionis, quod anno MCCCCXLIII. *Presbyter* Amatus de Fucarino ad *petitionem Ven. Abbatiſſae* compoſuit.

Antiphonaria, & Reſponſoriales libri

VII. HYMNARIVS Liber eſt Hymnorum, ut videre eſt apud GEN-

Hymnaria

GENNADIVM in Catalogo *Virorum illuſtrium* (*cap XLVIII.*) *Innaria duo tabula Teubaldi* apud TVRRIGIVM (*Crypt. Vatic. P.II. cap.* 8.) ; *Hymnarium* vero *unum* Catalogus THEOBALDI Abbatis apud MVRATORIVM (*T. IV. ant. Italic. col.* 769.) memorat. Hujuſmodi liber praenotatus *Liber Ymnorum per totius anni circulum* in membraneo codice exſtat apud Canonicos *Piſtorienſes*. Vetus *hymnarium* diligenter ex MSS. Codd. eruit, ediditque numquam ſatis laudandus THOMASIVS *Romae* MDCLXXXIII. : exſtat T. II. *oper. Thomaſ.* (*p.* 351. *ſqq.*). „ Alium pa-
„ riter, *inquit doctus* MERATVS (*in* GAVANT *T. II. Ven. edit. p.* 105.),
„ hymnorum librum edidit *Carolus* GVYETVS, qui reperitur in calce
„ praeclariſſimi operis inſcripti : *Heortologia*, *ſeu de Feſtis propriis Sancto-*
„ *rum*. In eo hymnario collegit omnes quotquot ex variis *Galliae* Bre-
„ viariis, Sanctorumve propriis reperire potuit hymnos, eoſque tripli-
„ ci ſerie diſpoſuit, ut primum deſcripti habeantur, qui pertinent ad
„ officium de tempore, deinde qui de Sanctis communi ubique locorum
„ uſu cultis, tum denique alii ſingularis cujuſque Eccleſiae propriis, euſ-
„ que ita diſpoſitos evulgavit. Cuilibet Hymno ab VRBANO VIII.
„ emendato praefixit ejuſdem hymni initium, quale erat ante emenda-
„ tionem, ut cui libuerit, in promptu ſit utrumque comparare : indi-
„ cavit veterum teſtimonia, ex quibus reſcitur verus aliquorum hymno-
„ rum Auctor, & addidit *Radulphi* TVNGRENSIS, *Dionyſii* CAR-
„ THVSIANI, & CLICTHOVAEI nomina, quando in eorum ſerie, aut
„ Commentariis habetur ille hymnus, quem exhibet. Denique citat
„ Breviaria, ſeu dioeceſes, aut Eccleſias, apud quas praedicti hymni
„ ſunt in uſu. Aliam hymnorum collectionem juxta veram metri, &
„ latinitatis normam ediderat olim *Romae Zacharias* FERRERIVS, ad-
„ probatam, ut ait, a CLEMENTE VII. ut ex Brevi ejuſdem Pon-
„ tificis operi praefixo adparet ; ſed nemo, quod ſciam, ea facultate
„ uſus eſt. Hymnarium *Monaſticum ad uſum Congregationis Monachorum*
„ SICVLORVM *Regularis obſervantiae* S. BENEDICTI editum *Vene-*
„ *tiis* fuit a. MDXXXV, iterumque MDLXXI. Hymnos, & Preces
„ *latinae* Eccleſiae collegit etiam *Georgius* CASSANDER, quae una cum
„ ejuſdem in hymnos notis, tum ſeorſum *Coloniae* MDLVI. tum inter
„ ejus opera *Pariſiis* MDCXVI. excuſa leguntur. Poſt ipſum *Elias*
„ EHINGERVS Hymnos Eccleſiaſticos HILARII, AMBROSII,
„ AVGVSTINI, GREGORII Magni, THEODVLPHI, FVLBER-
„ TI, aliorumque *Francofurti* in lucem emiſit anno MDLXXVIII. „
Sed ne vetera tantummodo adtingamus, VRBANI VIII. juſſu, & ſapientia quum correcti fuiſſent Hymni in Breviario *Romano* ſervati (1), ſin-

---

(1) Praeſtat heic audire MERATVM (l. c. p. 106.) „ *Ad praefatos* Hymnos recitandos, & cor-
„ rigendos adhibuit praefatus Pon-
„ tifex tres lectiſſimos viros, ac po-
„ litiorum litterarum bene peritos, &
„ hi fuerunt *Famianus* STRADA, *Tar-*
„ *quinius* GALLVCIVS, & *Hierony-*
„ *mus* PETRVCCIVS ; quorum la-
„ borem magni omnino faciendum
„ eſſe, adſtruit clariſſimus teſtis *Theo-*
„ *philus* RAYNAVDVS (*T. XI. punct.*
„ 2. *p. g.* 12.). Hanc VRBANI VIII.
„ correctionem commendat pariter
„ *Carolus* GVYETVS (*lib.* 3. *capit.* 5.
„ *quaeſt.* 2.), & adſerit, quod qui
„ pla-

non ſolum in Breviaria deinceps ad eam emendationem relati ſunt, ſed ſingulari libro editi *Romae* typis *Vaticanis* MDCXXIX. 4. Titulus libri hic eſt: *Hymni Breviarii* Romani *SS. D.* VRBANI VIII. *juſſu*, *&* *S. R. C. approbatione emendati*. *Martinus* tamen CLAIRE' *hymnos Eccleſiaſticos novo cultu adornatos* propoſuit *Pariſiis* MDCLXXIII. eo doctorum hominum plauſu, ut a. MDCLXXX. tertia ibidem editio curata fuerit.

Collectanea VIII. COLLECTANEVM, & COLLECTARIVM liber eſt, qui collectas ad quaevis officia dicenda continet. *Collectae* autem orationes dicuntur, appellatae, vel quod Sacerdos, ut *Micrologus* ait (*de obſervat. Eccleſ. Cap. III.*) *ad Dominum omnium petitiones ea oratione colligat, atque concludat*, vel quod *ex auctoritate divinarum Scripturarum ſint collectae*, quemadmodum ALCVINO placuit (in lib. *de divin. offic.*). *Collectaneus* maſculino quoque genere apud CANGIVM occurrit. In *Panormitanae* principis Eccleſiae Theſauro exſtat *Collectarium* (membranaceum in fol.) *ſecundum conſuetudinem Majoris* Panormitanae *Eccleſiae tam diebus Ferialibus, quam Feſtivis*. Item in indice librorum Monaſterii Benedictinorum S. MARTINI p. 47. *liber* COLLECTARIVS *totius anni Dominicalis*, & *Sanctorum*. In Bibliotheca quoque *Benedictinorum Colonienſium* ad S. PANTALEONEM adſervatur pervetuſtus liber, cui titulus rubeis auroque illitis litteris eſt: *In Chriſti nomine incipit* COLLECTARIVS *compendioſe digeſtus cum Capitulis per ſingulas horas congrue dicendis totius anni circulo immutabili divinitatis lege volvendo*. Ex hoc enimvero Codice collectas antiquas, *quae non extant in Breviariis & Miſſalibus paſſim*, ſelegit SCHVLTINGIVS, ediditque (*T. III. Biblioth. Eccleſ. Part. II. p. 227. ſeqq.*). Vetus *orationale* etiam THOMASIVS vulgavit.

Martyrologia VIIII. MARTYROLOGIVM libellum deſignat, in quo Sanctorum nomina, eorumque acta brevi ſermone indicantur. Plura habemus Martyrologia. *Hieronymianum*, quod ajunt, S. HIERONYMO tributum, *Adonianum* a ROSVVEIDO primum, a *Dominico* GEORGIO deinde vulgatum, *Vſuardinum*, BEDAE, FLORI, RHABANI, NOTKERI, WANDELBERTI, aliaque, quae Cl. Comes *Fridericus* ALTHANVS diligenter percenſuit in *Indice Martyrologico*, quem diſſertationi de *Calendariis in genere*, *& ſpeciatim de Calendario Eccleſiaſtico* (*p. 336. ſeqq.*) ſubjunxit. Nobis unum ROMANVM commemorandum. Ac *Romanum* quoddam Martyrologium ab antiquiſſimis retro temporibus exſtitiſſe (quod tamen VALESIVS negavit) tam eſt certum, quam quod certiſſimum. Diſerta ſunt S. GREGORII M. verba in epiſtola ad EVLOGIVM *Alexandrinum* (*ep. XXIX. lib. VII. Ind. I.*) „ Nos, inquit, pene om-„ nium martyrum, diſtinctis per dies ſingulos paſſionibus, collecta in uno

„ plane emendationem reſpuunt, qui-„ buſcumque ducti rationibus, pa-„ rum ſe Eccleſiae decorem diligere „ probant. *Henricus* tamen VALE-„ SIVS acerrimam cenſuram ferre „ auſus fuit contra praefatam Hym-„ norum emendationem, eoſque ma-„ le compoſitos, atque adverſus com-„ munem hominum ſenſum, depra-„ vatos exiſtimat; ſed hujuſce Au-„ ctoris cenſurae nimis ſeverae au-„ rem praeſtare non poſſumus.

Digitized by Google

„ uno codice habemus, atque quotidianis diebus in eorum veneratione „ Miſſarum ſolemnia agimus, non tamen eodem volumine, quis qualiter ſit paſſus indicatur; ſed tantum locus & dies paſſionis ponitur. „ Unde ſit, ut multi ex diverſis terris atque Provinciis per dies, ut „ praedixi, ſingulos cognoſcantur martyrio coronati. „ Nec praetereundus Canon XIII. Concilii *Clovesbovienſis* anno DCCLVII. celebrati: *ut per gyrum totius anni Natalitia Sanctorum una eademque die juxta Martyrologium ejuſdem Romanae Eccleſiae cum ſua ſibi convenienti pſalmodia, ſeu cantilena venerentur*. Cujuſmodi illud fuerit, num *Hieronymianum*, quod poſt DACHERIVM vulgavit, illuſtravitque *Franciſcus Maria* FLORENTINIVS *Lucae* MDCLXVIII., num quod *Romani Parvi* nomine *Heribertus* ROSWEIDVS *Adoniano* Martyrologio, *Antuerpiae* MDCXIII. praemiſit, non eſt hujus loci diſſerere. Conferri interea poterunt, quae de hoc argumento copioſe diſputavit *Iohannes Baptiſta* SOLLERIVS in luculenta ad VSVARDVM praefatione. Hoc exploratum, paullatim *Romanos* quoque VSVARDI Martyrólogium amplexos fuiſſe, *excepta tamen Vaticana Baſilica*, quae ut ait Eminentiſſ. LAMBERTINVS (*de Servor. Dei Beatif. & Beat. Canon. lib. IV. P. II. cap. 17.*) *ſuum quoddam habebat Martyrologium, quod hodie etiam in Archivio Capituli conſervatur*. Saepius prodierat Martyrologium *ſecundum morem* Romanae *Curiae*, nempe *accuratiſſime emendatum per Mag* Belinum DE PADVA *Ordinis Fratrum Eremitarum* S. AVGVSTINI *Venetiis arte & impenſis Lucae Antonii* de GIVNTA Florentini *anno Incarnationis* Domini MDIX. IV. Kal. Julias, ibid. MDXVIII. *Pariſiis* MDXXV. & MDXXXVI. 4. typis MARNEF; recognitum a *Franciſco* MAVROLYCO Abbate *Meſſanenſi*, qui *M. Antonio* S. R. E. Cardinali AMVLIO illud inſcripſit, *Venetiis* MDLXVIII. 4. & MDLXX. 12. a Fr. *Petro* MORSELIN Ordinis *Minorum Pariſiis*, a *Petro* GELASINIO notis illuſtratum *Mediolani* MDLXXVII. & *Venetiis* anno inſequente MDLXXVIII. 4. Bis etiam *Romae* prodierat, quum tandem GREGORII XIII. juſſu emendatum, tertio *Romanis* typis a. MDLXXXIV. vulgatum fuit. *Monendum*, inquit BARONIVS (*Praef. ad Rom. Mart. cap. 8.*), *Martyrologii triplicem hactenus in Urbe eſſe factam editionem, ejuſque primam & ſecundam eſſe mendoſam, nec ſatis dignam, quae iterum praelo tradatur: quod cujus culpa acciderit, libentius ſilentio praeterimus. Tertia editio purior eſt, atque ſincerior facta, anno Domini MDLXXXIV. illi enim tantum ut legitimae, atque germanae adceſſerunt litterae Apoſtolicae datae die 14. Ianuarii eodem anno*. (Quae quidem *Romana* editio anno MDLXXXIV. *Venetiis* apud IVNTAS autem MDLXXXVI. *Antuerpiae* recuſa eſt in 8. At ipſo hoc anno MDLXXXVI. exiit *Romae* ex typographio Dominici BASAE inſigne opus SIXTO V. dicatum, *Martyrologium*, inquam, Romanum *ad novam Kalendarii rationem, & Eccleſiaſticae hiſtoriae veritatem reſtitutum* GREGORII XIII. *juſſu editum. Acceſſerunt notationes, & tractatio de Martyrologio* Romano *auctore* Caeſare BARONIO *fol. Venetiis* ſequente anno recuſum opus in 4. A. MDLXXXVIII. ſecunda Martyrologii editio a BARONIO curata eſt, atque hanc expreſſerunt *Antuerpienſis* MD. LXXXIX. fol. & *Veneta* MDXCVIII. 4. Hae *Baroniani* Martyrologii editiones inter rariores libros a VOGTIO, FREYTAGIO, CLEMENT,

MENT, aliiſque recenſentur. *Cauſſa eſt*, inquit WALCHIVS (*Bibl. Theol. T. III. p. 728.*), *quia in illis verba habentur, quibus* BARONIVS GALESINIVM *ſequutus*, (XXIV. Januarii) XYNORIDEM *martyribus adnumeravit, in ceteris autem deleta ſunt. Quum enim* BARONIVS *ab amicis erroris hujus non levioris admonitus eſſet, emendavit illum, ac curam ſuam ad id adhibuit, ut priores editiones, in quibus Martyr* XYNORIS *conſpiciendam ſe praebet, ſupprimerentur*. Expuncta enimvero a BARONIO XYNORIDES eſt in tertia editione, quam typi *Vaticani* a. MDXCVIII. protulerunt in fol. Hanc aliae plures ſequutae ſunt, *Veneta* MDCII. 4. *Colonienſis* MDCIII. 4. (3), *Veneta* MDCV. apud *Hieronymum* POLVM, *Pariſienſis* MDCIX. *Antuerpienſis* MDCXIII. fol. *Pariſienſis* eodem anno, *Romana* typis Vaticanis MDCXXX. fol. (quae editio abſoluta fuit illorum acceſſione Beatorum virorum, qui nuper auctoritate Sedis Apoſtolicae publica veneratione digni habiti fuerant; tum etiam emendationibus ac notis expolita, quas partim idem BARONIVS reliquerat in adverſariis, partim aliorum diligens excogitavit induſtria). Martyrologium VRBANI VIII. auctoritate recognitum lucem quoque adſpexit *Romae* MDCXXXII. 4. ex typographia *Vaticana*, & cum adnotationibus Sanctorum *Belgii*, edente *Balduino* WILLOT *Montibus* MDCXLI., *Pariſiis* cum *Auguſtini* LVBINI notis Geographicis, tabulis & indicibus MDCLXI., iterumque MDCLXXIX. CLEMENTIS X. auctoritate recognitum, *Venetiis* MDCLXXIII. apud GVERILLOS 4. Acceſſit huic editioni eorum memoria, qui a ſummis Pontificibus uſque ad eumdemmet CLEMENTEM X. in Sanctorum numerum relati ſunt. *Romae* quoque ſub INNOCENTIO XI. excuſum fuit a. MDLXXXI. typis *Reverendae Camerae*; tum *Beneventi* MDCCXVI. cum *Franciſci Mariae* D'ASTE Archiep. *Hydruntini* diſceptationibus Chronologico-Geographicis fol. Tandem, ne longior ſim, *Romae* an. MDCCXLVIII. exiit *Martyrologium Romanum* GREGORII XIII. *juſſu editum* VRBANI *VIII.* & CLEMENTIS X. *auctoritate editio noviſſima a Sanctiſſimo Domino Noſtro* BENEDICTO *XIV.* P. M. *aucta & caſtigata, in qua nonnulla Sanctorum nomina in praeteritis editionibus omiſſa ſupplentur, alia item Sanctorum, & Beatorum nomina ex integro adduntur*; juxta quod exemplar deinde *Coloniae* MDCCLI. 4. *Venetiis* & alibi impreſſum fuit. In omnes fere linguas translatum fuit *Romanum* Martyrologium, ut videre eſt apud *Joh. Albertum* FABRICIVM in *Salutari luce Evangelii* (*pag. 217.*) quem fere deſcribunt ALTHANVS, & WALCHIVS (l. c. p. 729.) De *Italicis* tantum dicam. PAITONVS in Bibliotheca Auctorum veterum *Graecorum* & *Latinorum* Italice *redditorum* (*T. V. p. 198.*) *Venetiis* ex *Bernardini* IVNCTAE typographio a. MDLXXXV. 4. & iterum MDLXXVI. Martyrologium *Italico* idiomate produſſe narrat hoc titulo: *Martirologio* Romano *riordinato ſecondo l' uſo del Calendario* Gregoriano, *o ſia le vite di tutti i Santi brevemente deſcritte per tutti i giorni dell' anno, tradotto da* Girolamo BARDI *dalla lingua latina nella Vol-*

(3) Illud hac in editione peculiare eſt, quod XYNORIDES in Martyrologio deleta fuerit, in Indice tamen haec legitur: Xynorides *Martyr* Antiochiae *XXIV. Januarii*.

gare. ALTHANVS addit, *Italice* ab *Jo. Gabriele* BISCIOLA *Romae* vulgatum MDCXXXVI. De editione nullus dubito; vidi enim ipſe ejus exemplum in typographia *Rev. Camerae Apoſtolicae* eo anno excuſum. Quod ad interpretem BISCIOLAM, verene is ſtatuendus ſit, ignoro. Hoc ſcio, ALEGAMBIVM BISCIOLAE *Italicam* Martyrologii *Romani* interpretationem tribuere, nulla tamen adnotata operis editione; quod forraſſe argumento eſſe poſſet, illud MS. jacuiſſe. Vt ut eſt, novam *Italicae* verſionis editionem *Romae* typis *Fabii* de FVLCO, ſumptibus vero *Johannis* CASONI, qui *Jacobo* Cardinali ROSPILLIOSIO librum inſcripſit, a. MDCLXVIII. habuimus praenotatam: *il Martirologio* Romano *corretto, e pubblicato per ordine della fel. mem. di Papa* GREGORIO *XIII. tradotto in* Italiano. *Et in queſta ultima impreſſione aggiuntovi di nuovo tutti i Santi Canonizati fino al preſente giorno da i Sommi Pontefici. Con i tempi de' SS. cavati dall' Annotazioni del* BARONIO. *E d' ordine della Santità di N. Signore Papa* CLEMENTE IX. *nuovamente reviſto, & corretto: Con quattro Tavole: una di tutti i Santi: l' altra de' primi Santi Veſcovi di molte Città. La terza de' nomi di luoghi antichi, e moderni. La quarta delle perſecuzioni*. Additionum, atque adeo nonnullarum emendationum, quae hanc editionem exornant, auctor fuit Canonicus *Dominicus* MAGRI (4). Ex recognitione tandem BENEDICTI XIV. Martyrologii *Italica* interpretatio *Romae* MDCCL. typis Joh. *Mariae* SALVIONI edita fuit in 4.

Chorales libri

IX. Antiqui moris, quo plures ad recitandum officium libri adhibebantur, veſtigia ſuperſunt in voluminibus ſive manu exaratis, ſive impreſſis, quae ad uſum chori pertinent. Codices hujuſmodi manuſcripti picturis & auro ornari conſueverant. Celeberrimi ſunt, qui *Senis* & *Ferrariae* tum in principe Templo, tum apud *Carthuſianos* adſervantur. Narrat FABRICIVS (*Bibl. Med. & Inf. Latin. T. V. p.* 270.), *Petrum* RANZANVM *Ord. Praedic. Libros Chorales officii divini juxta ritum ſui ordin. Praedic.* elegantiſſimos in uſum Eccleſiae LVCERINAE, cui ab anno MCCCCLXXVIII. Epiſcopus praeerat, ſcribi juſſiſſe, quum ſuis Clericis, ut ritum *Dominicanum* ſequerentur, perſuaſiſſet; hos vero ubi juxta S. PII. V. decretum Eccleſia illa ritum *Romanum* amplexa eſt, a *Dominicanis Venuſinis* emptos fuiſſe. Vide ALTAMVRAM ad ann. MCCCCXCII, ubi de RANZANO. Impreſſorum ut aliquod ſpecimen exhibeam, *Venetiis* in aedibus *Petri* LIECHTENSTEIN prodiit MDXXVII. *Graduale* S. R. E. *integrum, in quo* Dominicale, Sanctuarium, Commune, & Cantorinum, *ſive* Kyriale *continetur*. *Selecta* porro ex *Antiphonario* ROMANO *per annum* in uſum Eccleſiarum ruralium cum notis muſicis *Antverpiae* MDCXVII. fol. excuſa ſe habuiſſe idem FABRICIVS teſtatur (*T. I ejuſd. Bibliotb. p.* 237.). Cum primis vero memoranda mihi eſt longe ſplendidiſſima ANTIPHONARII editio a *Franciſco* MOVCHE *in fol.* majore *Florentiae* curata MDCCXXXII, quae praenotatur *Antiphonarium juxta ritum S. R. E. ex antiquis codicibus Metropolitanae* FLORENTINAE *ad divina officia in choro peragenda accurate exſcriptum*.

AR-

(4) Vide diarium *de' Letterati*, vulgari coepit a typographo *Nicolao An*-
quod eodem anno MDCLXVIII. *Romae* *gelo* TINASSI (*pag.* 121.)

A R T I C V L V S IV.

BREVIARIVM ROMANVM *ejuſque Vices a* S. GREGORIO VII. *ad noſtra tempora*.

I. BREVIARIVM, ſive *ordo officiorum per totam anni decurſionem*, liber eſt MS. ad uſum Monaſterii *Caſinenſis* Alexio COMNENO imperante, hoc eſt circa annum MC. exaratus, totius Eccleſiaſtici officii rubricas, ritus etiam, & ceremonias continens tam officii recitandi, quam Miſſae celebrandae, ac praeterea peculiares quaſdam praecipuarum ſolemnitatum obſervantias. Vnde QVESNELLVS a CANGIO laudatus colligi poſſe cenſebat, primitus *Breviarii* nomine ſolas Rubricas, ſeu ordinem officiorum olim innotuiſſe. Hoc eodem fortaſſe ſenſu *Baſileae* typis *Michaelis* WENSLER a. MCCCCLXXX. 4. editus eſt *Liber* BREVIARIVS *ſecundum conſuetudinem chori Eccleſiae* Baſileenſis *continens ordinem, quomodo ſingulis diebus Horae Canonicae perſolvendae ſunt*, quamquam FABRICIVS ipſum quod *Breviarium* vulgo dicimus, heic denotari malit. Id nominis nunc communiter officio ipſi tribuitur. *Micrologi* Auctor, qui Sec. XI. floruit (*cap.* 28. *de obſervat. Eccleſ.*) primus *Breviarii* nomen hoc ſenſu uſurpaſſe creditur. BREVIALE etiam vocatum video noſtrum officium in indiculo Librorum *Fabrianum Aſſiſio* miſſorum anno MCCCXX. quem editum habes tomo XI. *Venetarum* Ephemeridum, quae a VALVASENSE edebantur praenotatae *Memorie per ſervire all' iſtoria* &c. (*p.* 357. *ſeqq.*) & in veteri Indice librorum Monaſterii S. Martini, quem edidit, atque eruditis adnotationibus illuſtravit CL. P. D. *Salvator Maria* BLASI Benedictinus pag. 25. ſeqq. Cur autem Divinum officium *Breviarium* fuerit appellatum, non una eſt Scriptorum ſententia, *Radulphi* TVNGRENSIS, BONAE, MARTENII. Longe veriſimillimum eſt a contractione, quam *Gregorianum* vetus officium ſubiit, *Breviarii* nomen officio haeſiſſe, quaſi *breve horarium*, ſeu *precum Epitome*, inquit MERATVS.

II. Haec autem contractio S. GREGORIVM VII. qui ab anno MLXXIII. ad ann. MLXXXV. *Romanae* Eccleſiae Pontifex ſedit, auctorem habuit. Exſtat apud GRATIANVM Cap. *Sancta* Romana *Eccleſia* diſt. XV. ordo praeſcriptarum ex ſacris Scripturis in officio divino lectionum. Fruſtra ſunt, qui cum GELASIO tribuunt, quod *Gelaſiano* de apocryphis libris decreto a GRATIANO ſubjungatur (1). Rectius

a S. GREGORIO VII. contractum Breviarium

(1) Ipſum illum ordinem GRATIANI verbis ſubjicio. „ Ceterum, „ qui libri in Eccleſiaſticis officiis per „ anni circulum a nonnullis legantur „ (quod ritum illum Apoſtolica non „ reprobat, ſed ſequitur Eccleſia) „ pro fidelium aedificatione adnotan„ dum cenſuimus. Quidam, quod in „ Septuageſima ponunt Pentateuchum „ uſque in XV. diem ante Paſcha, „ XV. die ponunt Hieremiam uſque „ in Coenam Domini. In Coena Do„ mini legunt tres lectiones de lamen„ tatione Hieremiae (*Quomodo ſedet* „ *ſola civitas*, &c.), & tres de Tra„ ctatu S. *Auguſtini* in pſalmum 54. „ (*Exaudi*

GRANCOLASIVS, MERATVS, AZEVEDIVS illum S. GREGORIO VII. adjudicant, qui veterem ea in re ſuae Eccleſiae morem confirmarit. Ut ut eſt, ſuas in *Gregorianum* Breviarium obſervationes *Micrologus* ſcripſit. Feſtivitates igitur memorat, majori minotive ſolemnitate celebrandas, cum *pleno officio*, cum *tribus Reſponſoriis*, cum *novem lectionibus*: quibus addit officia *Dominicalia*, *Ferialia*, *Votiva*. Numerat in Matutinis *tres pſalmos*, *& tres lectiones a die Reſurrectionis uſque in Sabbatum in Albis*, *& a die Pentecoſtes uſque in Sabbatum ejuſdem Hebdomadae: omnibus aliis diebus per totum annum, ſi feſtivitas eſt, novem Pſalmos, & novem lectiones, & totidem Reſponſoria: aliis autem Dominicis octodecim Pſalmos, & novem Lectiones*. *Hymnos* etiam indicat *a Canticis Prophetarum* diſtinctos: adfertque *Antiphonas* aliquas, & *Reſponſoria*, quae proſtant eadem in *Gregorianis* Codicibus. Meminit *Paſchae annotini*: quod *Authentici libri* (inquit) *obſervari debere innuunt, lectionem & Evangelium ſub titulo Paſchae annotini annuatim praeſcribentes*.

III.

,, (*Exaudi Deus orationem meam, & ne deſpexeris*) & tres de Apoſtolo, ubi ait in Epiſtola ad *Corinthios* (*Convenientibus vobis in unum*). Secunda lectio ſic incipit (*Similiter & Calicem, poſtquam coenavit*,) Tertia, (*De ſpiritalibus autem nolumus vos ignorare fratres*). In Paraſceve tres lectiones de lamentatione Hieremiae, & tres de tractatu Sancti *Auguſtini* in pſalmum 63. (*Exaudi Deus orationem meam cum deprecor*) & tres de Apoſtolo, ubi ait in epiſtola ad Hebraeos (*Feſtinemus ingredi in illam requiem* &c.). Secunda lectio, (*omnis namque Pontifex*). Tertia (*De quo grandis nobis ſermo*). In Sabbato Sancto tres lectiones de lamentatione Hieremiae prophetae, & tres de tractatu Sancti *Auguſtini* in eumdem pſalmum 63. (*Exaudi Deus orationem meam cum deprecor*), & tres de Apoſtolo, ubi ait in epiſtola ad Hebraeos (*Chriſtus adſiſtens Pontifex futurorum*). Secunda lectio, (*Ubi enim Teſtamentum eſt*). Tertia (*Umbram enim habens lex futurorum bonorum*). In Paſcha Domini homilias ad ipſum diem pertinentes, infra hebdomadam homilias. In Octavis Paſchae ponunt Actus Apoſtolorum, & epiſtolas canonicas, & Apocalypſim uſque in octavas Pentecoſtes. In octavis Pentecoſtes ponunt libros Regum, & Paralipomenon uſque in Kalendas Septembris. In Dominica prima Septembris ponunt Job, Tobiam, Heſter, Eſdram uſque in Kalendas Octobris. In Dominica prima menſis Octobris ponunt librum Machabaeorum uſque in Kalendas Novembris. In Dominica prima menſis Novembris ponunt Ezechielem, & Danielem, & minores prophetas uſque in Kalendas Decembris. In Dominica prima menſis Decembris ponunt Eſaiam prophetam uſque ad Nativitatem Domini. In natali Domini legunt primum de Eſaia tres lectiones. Prima lectio (*Primo tempore alleviata eſt terra Zabulon* &c.). Secunda, (*Conſolamini, conſolamini*). Tertia, (*Conſurge, conſurge*). Deinde leguntur ſermones, vel homiliae ad ipſum diem pertinentes. In natali Sancti *Stephani* homilia de ipſo die. In natali Sancti *Johannis* ſimiliter. In natali Innocentium ſimiliter. In natali Sancti *Silveſtri* ſimiliter. In octava Natalis Domini homilia de ipſo Die. In Dominica prima poſt Nativitatem Domini ponunt epiſtolas *Pauli* uſque in Septuageſimam. In Epiphania lectiones tres de Eſaia. Prima lectio incipit, (*omnes ſitientes*). Secunda, (*Surge, illuminare Hieruſalem*). Tertia, (*Gaudens gaudebo in Domino*). Deinde leguntur ſermones, vel homiliae ad ipſum diem pertinentes. ,,

Multo contractius XII. & XIII. ſaeculo

III. Novis deinde contractionibus obnoxium Breviarium noſtrum fuit. Audiamus *Radulphum* de RIVO ſaeculo XIII. decanum *Tungrenſem* in libro *de canonum obſervantia* (*prop. XII.*). „ Olim, inquit, quando „ *Romani* Pontifices apud *Lateranum* reſidebant, in *eorum Cappella* ſervabatur *Romanum officium*, non ita *complete*, ſicut in aliis Urbis Eccleſiis Collegiatis. Immo Clerici Cappellares, ſive de mandato Papae, „ ſive ex ſe, *officium Romanum* ſemper breviabant, & ſaepe alterabant, „ prout Domino Papae & Cardinalibus congruebat obſervandum. Et „ *hujus officii ordinarium* vidi *Romae* a *tempore* INNOCENTII *Tertii* re„ collectum. Et iſtud officium breviatum ſequuti ſunt Fratres *Minores*. „ Inde eſt, quod Breviaria eorum, & libros intitulant *ſecundum conſue„ tudinem Romanae Curiae*...(a). Aliae autem Nationes orbis libros, „ & officia ſua habent e directo ab ipſis Eccleſiis *Romanis*, & non a Cap„ pella Papae, ſicut ex libris & tractationibus AMALARII, WALA„ FRIDI, MICROLOGI, GEMMAE, & ceterorum de officio ſcri„ bentium colligitur evidenter. „ Breviatum tamen praedictum officium *Romae*, ſola excepta *Lateranenſi* Baſilica, uſu receptum aliis in Eccleſiis aevo ſuo, ideſt ſaeculo duodecimo ſcribit *Petrus* ABAELARDVS in epiſtola *Apologiſtica* adverſus Sanctum BERNARDVM apud *Franciſcum* PAGIVM in vita NICOLAI III (*num.* XXIV.) ABAELARDI verba ſunt: *Antiquam* Romanae *Sedis conſuetudinem nec ipſa Civitas* (Romana) *tenet*: *ſed* ſola Eccleſia Lateranenſis, *quae Mater eſt omnium, antiquum tenet officium, nulla Filiarum ſuarum* in hoc *eam ſequente*, *nec ipſa etiam Romani* Palatii *Baſilica* (ideſt Cappella Pontificia).

IV. Breviarium porro iſtud quum male digeſtum eſſet, HAYMO *Franciſcanorum* Generalis Miniſter illud reformandum ſuſcepit. Emendavit enimvero, atque in meliorem formam redegit GREGORIO Papa X. probante, ut WADINGVS ad ann. MCCXLIV. narrat. Hoc poſtea Breviarium ab HAYMONE correctum NICOLAVS III. recipi juſſit in omnibus *Romanis* Eccleſiis. Docet id appellatus RADVLPHVS his „ verbis: „ NICOLAVS Papa III. natione *Romanus*, de genere *Urſi„ norum*, qui coepit anno Domini MCCLXXVIII.... fecit *in Eccleſiis „ urbis* amoveri *Antiphonarios*, *Gradualia*, *Miſſalia*, *&* *alios libros officii „ antiquos* quinquaginta, & mandavit, ut de cetero Eccleſiae urbis uteren„ tur *libris & Breviariis fratrum* Minorum..... Et forma *notularum in „ cantu antiqua*, *qua tam Ambroſiani*, quam *Alemanniae* nationes utun„ tur, cum pluribus aliis obſervationibus Eccleſiaſticis ab urbe relegata. „ Nec ſane video, cur *Franciſcus* PAGIVS *junior* in vita NICOLAI III. RADVLPHI veluti praeclariſſimo Ordini ſuo inimici narrationem fabulis adſcribendam eſſe contenderit, quaſi antiquioris ABAELARDI verbis, quae paullo antea recitavimus, adverſantem. Finge enim cum MERATO, quem P. de RVBEIS ſequitur, XII. ſaeculo, quo ABAELARDVS ſcribebat, in *Romanae* Urbis Eccleſias invectum fuiſſe Brevia-

(a) P. de RVBEJS (*cit. diſſ. p.* 430.) ait Codicem ſe vidiſſe, quem poſſidebat Illuſtriſſ. & Reverendiſſimus *Aloyſius* FOSCARVS Patriarcha *Venetiarum* cum titulo ſequente: *Ordo Breviarii Fratrum Minorum ſecundum conſuetudinem* Romanae *Curiae*.

viarium ſub INNOCENTIO III jam uſurpatum ; hoc autem, quum ab HAYMONE correctum fuiſſet (quod WADINGVS ipſe non utique *Franciſcanis* infenſus adfirmat) a NICOLAO III. rejectis antiquioris male digeſti exemplis fuiſſe praeſcriptum: ubi quaeſo aut ſententiarum conflictus, aut in *Franciſcanum* ordinem iniuria ? Ceterum hujus Breviarii plures MSS Codices exſtant (3), editiones vero quam plurimae. Has FABRICIVS in Bibliotheca *Med. & inf. Latinit*; fere recenſet : *Taurini* MCCCCLXXIV. 8. Romae MCCCCLXXVII. *Venetiis* MCCCCLXXVIII. *Romae* MCCCCLXXIX. MCCCCLXXXII. (4) MCCCCXC. *Lugdun* MDIV. *Pariſiis* MDXI emendatum cura Ven. Fr. GRATIAE *Feltrenſis* circa annum MDXIV. Venetiis MDXV. (5) MDXXII. 8. Pariſiis MDXXXIV.

& XVI. cura Card. QVIGNONII

V. Verum aliam ſub CLEMENTE VII., eamque breviorem formam officium induit a Cardinale *Franciſco* QVIGNONIO concinnatum. Operis ſui rationem QVIGNONIVS PAVLLO III. quo Pontifice illud a. MDXXXVI. *Romae* vulgavit (6) praefatione hac ſane luculenta reddit.

„ Ad Sanctiſſimum Patrem & Dominum Noſtrum PAVLLVM tertium, Pontificem maximum *Franciſci* QVIGNONII tit. Sanctae *Crucis* in *Ieruſalem* presbyteri Cardinalis in breviarium proxime confectum ac denuo recognitum praefatio. „

„ Breviarium *Romanum* nuper a nobis felic. recor. CLEMENTIS „ VII. Pontif. Max. hortatu confectum, ac potius in ampliorem ſacrarum Scripturarum lectionem ad veterem Sanctorum Patrum, & Conciliorum antiquorum formam revocatum, tuaque voluntate, Sanctiſſime Pater, editum, graves pleroſque ac doctos viros ita probaſſe & recepiſſe intellexi, ut nihil in eo mutandum exiſtimarent. Alios item animadverti graves etiam & prudentes homines, qui ejus rationem magnopere probantes, nonnihil tamen in eo deſiderari adfirmarent. Illud vero numquam dubitavi, fore in tanta multitudine nonnullos, ex iis videlicet, qui in diverſo precandi ritu conſenuiſſent, quibus labor ille noſter non eſſet perinde gratus, exiſtimantibus, ab inveterata illa conſuetudine precandi nulla ratione clericis eſſe diſcedendum. Immo vero nobis primam editionem breviarii non tamquam promulgationem legis eſſe placuerat, ſed quaſi publicam quamdam deliberationem, ut ſic, propoſita noſtra ſententia, judicia multorum exquireremus, & quod omnium commodiſſimum & religioni

„ ac

---

(3) Unum membranaceum in f. illudque elegantiſſimum ſervat nobiliſſima *Mutinenſis* Ducis Bibliotheca; aliud item membraneum in 4. *Pariſiis*, ut videtur deſcriptum anno MCCCCXII. exſtat in Bibliotheca *Romani* Collegii.

(4) Eodem a. MCCCCLXXXII. *Venetiis* prodiit, arte *Octaviani* SCOTI 4. *emendatum per Fr.* Philippum de ROTINGO *Mantuanum Ordinis* Minorum de Obſervantia. Ex Bibliotheca autem *Cappaniana* diſcimus impreſſum fuiſſe hoc Breviarium *Papiae* per *Franciſcum Gyrardengbum* MCCCCXCIV. fol.

(5) Adde ex *Telleriana* Bibliotheca *Taurini* MDXX. apud *Antonium* RANOTI.

(6) Praenotatur: *Breviarium Romanum ex ſacra potiſſimum Scriptura, & probatis Sanctorum hyſtoriis collectum & concinnatum.*

„ ac pietati convenientiſſimum pleriſque prudentibus graviuſque viris
„ eſſet viſum, ſequeremur .... Itaque multorum ſententiis collatis,
„ quae nobis partim vocibus, partim ſcriptis innotuerunt, judicium eo-
„ rum ſequuti, qui omnium prudentiſſime ſentire viſi ſunt, libenter
„ quaedam addidimus, alia mutavimus, & omnia diligenter recogno.
„ vimus, retenta tamen ſumma forma breviarii. Sed quoniam ſic fert
„ natura rerum, ut nihil ſit tam rectum, nihil tanta ratione in vitam
„ uſumque hominum inductum, cujus novitas non ſit aliquibus ingra-
„ ta, non temere facturi eſſe videmur, ſi rationem totius inſtituti no-
„ ſtri a nobis prius ſummatim redditam, nunc accuratius recognito
„ breviario, paullo latius explicabimus. Mihi enim, ut ſaepe ſum pro-
„ feſſus, cogitanti atque animo repetenti initia veteris inſtituti, quo
„ ſancitum eſt, ut clerici ſacris initiati, vel Sacerdotiis praeſidentes,
„ ſingulis diebus perlegant horarias preces, quas canonicas etiam appel-
„ lamus, tres praecipuae cauſſae ſpectatae fuiſſe videri ſolent. Quarum
„ ea prima eſt, quod, quum ceteri homines in quaque civitate aut ſuum
„ quiſque negocium agant, aut in republica adminiſtranda ſint occupa-
„ ti, clericis ex eo vocatis, quod ſortis Domini ſint, quique bonis
„ eccleſiaſticis alantur, hoc potiſſimum negocium divinis & humanis le-
„ gibus eſt injunctum, ut Deum habere propitium in commiſſum ſibi
„ populum, ac de ſe bene merentem cunctis rationibus enitantur. Quod
„ non ſolum Sacrificiis efficitur, ſed etiam precibus, quae a pio corde
„ proficiſcantur....... Altera cauſſa eſt, ut qui reliquo populo exem-
„ plo debent eſſe virtutis & ſanctimoniae, aſſidua precatione Deum
„ adloquentes minus opportuni reddantur tentatori diabolo, ſi eos in-
„ venerit, ut HIERONYMVS ait, occupatos, & a cogitationibus ca-
„ ducarum rerum ſubinde avocari, contemplationi divinarum adſueſcant.
„ Tertia ut religionis quoque futuri magiſtri quotidiana ſacrae Scriptu-
„ rae, & eccleſiaſticarum hiſtoriarum lectione erudiantur, complectan-
„ turque, ut PAVLLVS ait, eum, qui ſecundum doctrinam eſt, fi-
„ delem Sermonem, & potentes ſint exhortari in doctrina ſana, & eos,
„ qui contradicunt, arguere. Et profecto, ſi quis modum precandi,
„ olim a majoribus traditum, tum diligenter conſideret, plane intelli-
„ gat, horum omnium praecipuam ab ipſis habitam eſſe rationem. Sed
„ factum eſt neſcio quo pacto, precantium negligentia, ut paullatim a
„ Sanctiſſimis illis veterum patrum inſtitutis diſcederetur. Nam libri
„ Scripturae ſacrae, qui ſtatis anni temporibus legendi erant more ma-
„ jorum (ut eſt in monumentis GELASII Papae, & Concilii *Romani*
„ LXX. Epiſcoporum), vix dum incoepti omittuntur in alio breviario.
„ Tum hiſtoriae Sanctorum quaedam tam incultae & tam ſine delectu
„ ſcriptae habentur in eodem, ut nec auctoritatem habere videantur,
„ nec gravitatem. Accedit tam perplexus ordo, tamque difficilis pre-
„ candi ratio, ut interdum paullo minor opera in requirendo ponatur,
„ quam, quum inveneris, in legendo. Quibus rebus animadverſis, fe-
„ licis recordationis CLEMENS VII. Pont. Max. quum intelligeret,
„ officii ſui eſſe cum aliorum Chriſtianorum commoditatibus proſpice-
„ re, tum in primis clericorum, quibus miniſtris uteretur in commiſſo
„ ſibi grege adminiſtrando, me hortatus eſt, negociumque dedit, ut,
„ quan-

Digitized by Google

,, quantum cura & diligentia niti poſſem, preces horarias ita diſpone-
,, rem, & ad veterem illam formam, quoad fieri poſſet, redigerem, ut
,, difficultatibus, diſpendiiſque ſublatis, nec a ſumma rationis olim ab
,, antiquis ſanctiſque patribus inſtitutae diſcederetur, nec rurſum cle-
,, rici ab officio precandi deterrerentnr laboris magnitudine. Quam ego
,, provinciam libentiſſime ſuſcepi, ſimul ut Chriſti Vicario honeſtiſſi-
,, ma praecipienti parerem, ſimul ut bono publico pro mea virili
,, parte ſervirem. Adhibitis igitur quibuſdam meorum domeſticorum
,, prudentibus hominibus, ac ſacrarum litterarum, & pontificii juris do-
,, ctrina praeditis, eiſdemque *Graece* & *Latine* eruditis, dedi operam,
,, quam maxime potui, ut commode, ac ex utilitate publica rem con-
,, ficerem. Ac illud ante omnia viſum nobis eſt in conſuetudinem re-
,, vocare, ut ſcriptura ſacra maxime omnium toto anno, & omnes
,, pſalmi ſingulis ſeptimanis perlegerentur. Utrumque enim veteribus
,, patribus ſumma ratione placuiſſe videhamus .... ſed, ut ſupra dixi-
,, mus, precantium negligentia factum erat, ut minima pars ſcripturae
,, ſacrae legeretur, & pſalmorum pleriſque omiſſis, pauci ſingulis fe-
,, re diebus repeterentur: Quod eis accidit, dum officii. ferialis, opti-
,, me ſanctiſſimeque a majoribus inſtituti, longitudinem & laborem re-
,, fugerent: ad quem vitandum varia compendia excogitantes, conſue-
,, tudinem induxerunt, omiſſis feriis, toto fere anno ſanctorum feſta
,, celebrandi, etiam in quadrageſima. Quod quantum ſit contra veterum
,, inſtituta, declarat Concilium *Laodicenum*, quo cautum eſt, ne in Qua-
,, drageſima Martyrum natalitia celebrentur, & item *Toletanum* deci-
,, mum, in quo traditur, nihil eſſe in Quadrageſima de Sanctorum ſo-
,, lemnitatibus celebrandum, idque ex antiquitate regulari cautum eſſe.
,, Quod ipſi animadvertentes, conditionemque temporum & infirmita-
,, tem clericorum ſectantes, rationem ineundam putavimus, ut pari
,, propemodum labore, ut quum feſtum celebrabatur, ſed minore, quam
,, quum agebatur de feria, veteris teſtamenti magna & utiliſſima pars
,, & totum novum, praeter partem *Apocalypſis*, in anno, & ſingulis ſe-
,, ptimanis pſalmi omnes perlegerentur, terni ſingulis horis, unius
,, longitudine cum alterius brevitate ſic compenſata, ut labor legendi
,, diurnus par propemodum ſit omnibus diebus, ſive feria ſit, ſive fe-
,, ſtum celebretur .... Verſiculos, reſponſoria, & Capitula omittere
,, idcirco viſum eſt, non quod haec ſupervacanea, aut inutilia videren-
,, tur (augent enim pietatem, & ſunt Scripturae Sacrae particulae)
,, ſed quoniam quum introductae ſint ad cantus potiſſimum modulan-
,, dos, & legentes ſaepe morentur cum moleſtia quaeritandi, locum
,, relinqui voluimus continenti lectioni Scripturae ſacrae, quae magis
,, facit ad pietatem, atque doctrinam privatim legentium, quorum hac
,, quidem in parte majorem orationem haberi voluimus, quam conci-
,, nentium. Nec enim ad precandum cuncta utilia & ſalubria congeri
,, debent, ne clerici graventnr iniquiori pondere..... Et Sanctorum
,, hiſtoriis, diligenter conſideratis, quaſdam delegimus, ex probatis au-
,, ctoribus *Graecis* & *Latinis* fere decerptas, & has cultiore ſtylo, non
,, tamen fucato, ſed potius ex induſtria, & juſſu CLEMENTIS ponti-
,, ficis, attemperato, diſpoſuimus per annum totum. Nam, licet ve-

,, teri-

Digitized by Google

„ teribus in quadrageſima nulla, ut docuimus, Sanctorum feſta celebra„ ri placuerit, tamen a junioribus tam adſidue in ea quoque celebran„ tur, ut a nobis ne tum quidem omnino feſta ſaltem ſolemnia, ſine „ aliquo puſillorum offendiculo vitari poſſe putaverimus. Ut igitur quaſ„ dam Sanctorum hiſtorias retinuimus, aut repoſuimus denuo conqui„ ſitas, ſic quaſdam omiſimus, illis nec probabilitate nec gravitate pa„ res, temeritate videlicet privata quorumdam introductas, qui dum fu„ gerent officii ferialis longitudinem, feſta Sanctorum ſtudioſe conqui„ rentes, quaſdam in breviario, praeter publicam auctoritatem, incon„ ſultis pontificibus, inſerendas curaverunt, quas pontifices ipſi haud du„ bie in uſum eccleſiae non admiſiſſent.... Habes, Pater Sanctiſſime, „ inſtituti noſtri rationem; habes formulam breviarii. Supereſt, ut, „ quemadmodum coepiſti, adſpires coeptis noſtris, labori faveas, pu„ blicae commoditatis cauſſa ſuſcepto. Vale.„

VI. *Pariſienſis* tamen Facultatis cenſuram, eamque acerrimam nos non effugit. *Richardus* SIMONIUS (*T. I. Epiſtol. ſelect. ep. XXVII. pag.* 241.) *cenſurarias notas* refert a ſe inſpectas *Sacrae Facultatis in ſacrum* QUIGNONII *Breviarium*. Antequam liber e *Romanis* praelis exiret, ejus exemplum *Pariſios* delatum fuerat. *Notae* enim *ſacrae Facultatis* annum MDXXXV. praeſeferunt. In illum ergo graviter invehuntur, non quod haereticus ipſis videretur (quod impudentiſſime fingit *Lutheranus* Auctor * SLEIDANUS *Lib. IX.*); ſed quod contra veterum Breviariorum inſtitutum in eo officium parvum B. Virginis, Antiphonae, Reſponſoria, Homiliae, aliaque id genus praetermiſſa fuiſſent, neque idem ſervatus Pſalmorum ordo, ac numerus, eademque legendarum ad Matutinum Sacrarum Scripturarum ratio. „ Quum autem, „ inquiebant *Pariſienſes* Doctores, haec uſque adeo ſalutaria Eccleſiae „ inſtituta in Eccleſiaſticis officiis a primordio ferme Eccleſiae ad haec „ uſque tempora ſervata fuerint, mirum, quonam pacto is, qui no„ vum hoc Breviarium edidit, haec omnia rejiciat, ac rejicienda de„ cernat, tamquam, ut inquit, nec ad pietatem, nec ad cognitionem „ Sacrae Scripturae magnopere conducant.... parum quoque ſapere ſo„ brie viſus eſt hujuſmodi Scriptor, dum ſuam unius ſententiam anti„ quis Patrum decretis, communi & adprobato uſui, ac Eccleſiae au„ thenticis hiſtoriis minime erubuit praeferre; proinde ut quam pericu„ loſa ſit, nec ferenda hujuſmodi breviarii editio, cognoſcant omnes, „ operae pretium eſt oſtendere. „ *Pariſienſis* tamen cenſurae vix ulla ratio habita fuit, non extra *Gallias* modo (*Quignonianum* enim Breviarium *Venetiis* MDXXXVIII. typis *Lucae Antonii* JUNCTAE in 8. MDXLVI. ad ſignum *Agnus Dei* item in 8., & MDLXIII. apud heredes ejuſdem JUNCTAE recuſum fuiſſe MERATUS harum editionum ocularis teſtis adfirmat; WALCHIUS vero addit *Antuerpienſem* a. MDXXXVIII. editionem), ſed etiam in ipſo *Galliarum* Regno. FABRICIUS illud *Lugduni* a. MDXXXVIII., Catalogus Bibliothecae *Colbertinae Pariſiis* MDXXXIX., MERATIUS, atque adeo SIMONIUS iterum *Lugduni* MDXL., typis editum indicat. Praeterea has video ab eruditis viris hujus Breviarii *Gallicas* editiones memorari; *Pariſienſem* MDXLII. apud *Ambroſium* GIRAULT 4. a *Tellerianae* Bibliothecae Catalogo,

cujus opus poſt varia fata

logo, & MERATIO; *Lugdunenſem* MDXLIV. typis *Bald.* ARNOVLLET in fol. ab eodem MERATIO, & a P. de RVBEIS, qui illam poſſidebat; *Pariſienſem* a. MDXLV. apud KERVEL in 12. item a MERATIO; duas anni MDXLVI. *Pariſienſem* alteram in 8. a Catalogo Bibliothecae *Colbertinae*, alteram *Lugdunenſem* in 8. a *Theobaldo* PAGANO curatam a LAGOMARSINIO; *Lugdunenſem* ejuſdem THEOBALDI a. MDXLVIII. a MERATIO; *Lugdunenſem* aliam a. MDL. e *Petri* FRADINII typographio a LAGOMARSINIO. Quid? quod *Lugdunenſis* editio a. MDLII. a laudato PAGANO propoſita Regium privilegium oſtentat ipſo eo anno 4. Martii datum, ubi SIMONIO teſte (*p.* 243.) haec leguntur: *joint la correction*, & *examen* de Matthieu ORY *Docteur en Theologie*, *Inquiſiteur General de la Foi*, *avec auſſi l' approbation de la Sorbone*. Receſſerant ergo jam tum Doctores Sorbonici a ſententia, quam a. MDXXXV. in *Quignonianum* Breviarium tulerant. Quamobrem mirum non eſt, alias quoque ejus Breviarii editiones a *Gallis* Typographis curatas fuiſſe, ut *Lugdunenſem* a. MDLVI. in fol. cujus *Colbertinae* Bibliothecae Catalogus meminit, & alteram *Lugdunenſem* a. MDLVII. apud heredes *Blaſii* GVIDONIS a MERATIO indicatam.

a S. PIO V. abrogatum fuit.

VII. Sed tandem hanc *Quignoniani* Breviarii formulam PIVS V. ſuſtulit, atque abrogavit, novamque ex Concilii *Tridentini* decreto conditam ſubſtituit, & hoc diplomate praemiſſo vulgavit.

„ PIVS Epiſcopus Servus Servorum Dei ad perpetuam rei me-
„ moriam.

„ Quod a nobis poſtulat ratio paſtoralis officii, in eam curam in-
„ cumbimus, ut omnes, quantum Deo adjutore fieri poterit, ſacri Con-
„ cilii *Tridentini* decreta exequantur. Ac multo id etiam impenſius fa-
„ ciendum intelligimus, quum ea, quae in mores inducenda ſunt, ma-
„ xime Dei gloriam, ac debitum eccleſiaſticarum perſonarum officium
„ complectuntur. Quo in genere exiſtimamus imprimis numerandas eſſe
„ ſacras preces, laudes, & gratias Deo perſolvendas, quae *Romano* bre-
„ viario continentur. Quae divini officii formula pie olim, ac ſapienter
„ a ſummis pontificibus, praeſertim GELASIO, ac GREGORIO primis,
„ conſtituta, a GREGORIO autem ſeptimo reformata, quum, diutur-
„ nitate temporis, ab antiqua inſtitutione deflexiſſet, neceſſaria viſa res
„ eſt, quae ad priſtinam orandi regulam conformata revocaretur. Alii
„ enim praeclaram veteris breviarii conſtitutionem, multis locis muti-
„ latam, alii incertis, & alienis quibuſdam commutatam, deformarunt;
„ plurimi, ſpecie officii commodioris adlecti, ad brevitatem novi bre-
„ viarii a *Franciſco* QVIGNONIO tit. *S. Crucis* in *Hieruſalem* presbyte-
„ ro cardinale compoſiti, confugerunt. Quin etiam in provincias paul-
„ latim irrepſerat prava illa conſuetudo, ut Epiſcopi in Eccleſiis, quae
„ ab initio communiter cum ceteris, veteri *Romano* more, horas ca-
„ nonicas dicere ac pſallere conſueviſſent, privatum ſibi quiſque brevia-
„ rium conficerent, & illam communionem, uni Deo, una & eadem
„ formula, preces & laudes adhibendi, diſſimillimo inter ſe ac pene cu-
„ juſque epiſcopatus proprio officio diſcerperent. Hinc illa tam multis
„ in locis divini cultus perturbatio, hinc ſumma in clero ignoratio cae-
„ rimoniarum, ac rituum eccleſiaſticorum, ut innumerabiles Eccleſiarum

„ mini-

„ miniſtri in ſuo munere indecore, non ſine magna piorum offenſio-
„ ne verſarentur. Hanc nimirum orandi varietatem graviſſime ferens fel.
„ rec. PAVLLVS Papa IV. emendare conſtituerat. Itaque, proviſio-
„ ne adhibita, ne ulla in poſterum novi breviarii licentia permitteree-
„ tur, totam hanc rationem dicendi ac pſallendi horas canonicas ad
„ priſtinum morem & inſtitutum redigendum ſuſcepit. Sed, eo poſtea,
„ nondum iis, quae egregie inchoaverat, perfectis, de vita decedente
„ quum a piae mem. PIO Papa IV. *Tridentinum* Concilium, antea va-
„ rie intermiſſum, revocatum eſſet, Patres in illa ſalutari reformatio-
„ ne, eodem Concilio conſtituta, breviarium ex ipſius PAVLLI Pa-
„ pae ratione reſtituere cogitarunt. Itaque quidquid ab eo in ſacro
„ opere collectum, elaboratumque fuerat, Concilii Patribus *Tridentum*
„ a praedicto PIO Papa miſſum eſt. Ubi cum doctis quibuſdam & piis
„ viris a Concilio datum eſſet negocium, ut ad reliquam cognitionem
„ breviarii quoque curam adjungerent, inſtante jam concluſione Con-
„ cilii, tota res ad auctoritatem, judiciumque *Romani* Pontificis ex de-
„ creto ejuſdem Concilii relata eſt: qui illis ipſis Patribus ad id munus
„ delectis, *Romam* vocatis, nonnulliſque in urbe idoneis viris ad eum
„ numerum adjunctis, rem perficiendam curavit. Verum, eo etiam in
„ viam univerſae carnis ingreſſo, Nos, ita divina diſponente clemen-
„ tia, licet immerito, ad Apoſtolatus apicem adſumpti, quum ſacrum
„ opus, adhibitis etiam ad illud aliis peritis viris, maxime urgeremus,
„ magna in nos Dei benignitate (ſic enim adcipimus) *Romanum* hoc
„ breviarium vidimus abſolutum. Cujus ratione diſpoſitionis ab illis ip-
„ ſis, qui negocio praepoſiti fuerant, non ſemel cognita, quum intel-
„ ligeremus, eos in rei confectione ab antiquis breviariis nobilium urbis
„ eccleſiarum, ac noſtrae *Vaticanae* Bibliothecae non diſceſſiſſe, graveſ-
„ que praeterea aliquot in eo genere ſcriptores ſequutos eſſe, ac deni-
„ que remotis iis, quae aliena, & incerta eſſent, de propria ſumma ve-
„ teris divini officii nihil omiſiſſe, opus probavimus, & *Romae* impri-
„ mi, impreſſumque divulgari juſſimus. Itaque ut divini hujus operis
„ effectus reipſa conſequatur, auctoritate praeſentium tollimus imprimis
„ & abolemus breviarium novum a *Franciſco* Cardinale praedicto editum
„ & in quacumque Eccleſia, monaſterio, conventu, ordine, militia &
„ loco, virorum & mulierum, etiam exempto, tam a primaeva inſti-
„ tutione, quam aliter ab hac ſancta Sede permiſſum. Ac etiam abole-
„ mus quaecumque alia breviaria, vel antiquiora, vel quovis privile-
„ gio munita, vel ab Epiſcopis in ſuis dioeceſibus pervulgata, omnem-
„ que illorum uſum de omnibus orbis Eccleſiis, monaſteriis, conven-
„ tibus, militiis, ordinibus & locis virorum & mulierum, etiam exem-
„ ptis, in quibus alias officium divinum, *Romanae* Eccleſiae ritu dici
„ conſuevit, aut debet: illis tamen exceptis, quae ab ipſa prima inſti-
„ tutione a Sede Apoſtolica adprobata, vel conſuetudine, quae vel ipſa
„ inſtitutio ducentos annos antecedat, aliis certis breviariis uſa fuiſſe
„ conſtiterit: quibus ut inveteratum illud jus dicendi & pſallendi ſuum
„ officium non adimimus, ſic eiſdem, ſi forte hoc noſtrum, quod mo-
„ do pervulgatum eſt, magis placeat, dummodo Epiſcopus & univer-
„ ſum Capitulum in eo conſentiant, ut id in Choro dicere & pſallere

 „ poſ-

„ poſſuit permittimus..... Dat. *Romae* apud S. PETRVM Anno In„ carnationis Dominicae MDLXVIII. ſeptimo idus Jul. Pontificatus no„ ſtri anno tertio.

Cae. GLORIERIVS
H. CVMYN (6)

VIII. Deſcripſi hoc S. PII. V. diploma ex ejuſdem Breviarii per Paullum MANVTIVM a. MDLXX. editi amplo, atque, ut ajunt, in folio, magnificoque exemplari, quod in illuſtrioribus quibuſdam Bibliothecis *Mutinenſi* Sereniſſimi Ducis, *Bononienſi Scientiarum & Artium*, ut ajunt, *Inſtituti*, *Romana Gregoriani* Collegii adſervatur, hoc titulo inſcriptum: *Breviarium* Romanum *ex decreto Sacroſancti Concilii* Tridentini *reſtitutum* PII V. *Pont. Max. juſſu editum*. *Cum privilegio* PII V. *pont. Maximi*. Romae *MDLXX. in aedibus Populi* Romani *apud* Paullum MANVTIVM. Inter eos, quos ad Breviarii Rom. recognitionem adhibitos a ſe PIVS V. in ſuis hiſce, quas adtulimus, litteris ſignificat, MERATIVS *Bernardinum* SCOTVM Cardinalem *Tranenſem*, & *Thomam* GOLDVELLVM Epiſcopum *Aſaſenſem*, utrumque ex *Clericorum Regularium* ordine recenſet. Nec dubitandum, quin primas in hoc opere Card. *Gulielmus* SIRLETVS tenuerit; quod & multis oſtendit Cl. *Hieronymus* LAGOMARSINIVS in egregiis ad GRATIANI de rebus a *Julio* POGIANO geſtis Epiſtolam adnotationibus (*pag.* XLIX. ſeqq.) Ejuſdem vero POGIANI ſtylus, atque opera verſata eſt in refingendis, quae in *Pianum* Breviarium vel ex *Quignoniano* translatae ſunt, vel primum illatae, Sanctorum hiſtoriis. Earum Indiculum ex eodem LAGOMARSINIO (*p.* XLV.) adcipe.

aliudque ſuſſectum

QVIGNONIANI BREVIARII SANCTORVM HISTORIAE IN PII V. BREVIARIO RETRACTATAE.

Agathae Virg. & Mart. 5. Febr.
Agnetis Virg. & Mart. 21. Jan.
Alexandri Papae & Socc. Mart. 5. Maj
Ambroſii Epiſc. & conf. 7. Dec.
Anacleti Papae & Martt. 13. Jul.
Andreae Apoſt. 30. Nov.
Antonii Abb. 17. Jan.
Apolloniae Virg. & Mart. 9. Febr.
Athanaſii Epiſc. & Conf. 2. Maj.
Auguſtini Epiſc. & Conf. 28. Aug.
Barnabae Apoſt. 11. Jun.
Bartholomaei Apoſt. 24. Aug.

Biſ-

(6) Cenſuram, quam S. PIVS V. in *Quignonianum* breviarium tulit, multis defendunt *Johannes* LANGHECRVCIVS (*lib. II. de divin. Offic. rite pardegend. cap.* 18. *& lib. VI. cap.* 9. 10. 11. 12.) & SCHVLTINGIVS (*Bibl. Eccleſ. T. I. P. II. cap.* 68.)

Baſilii Epiſc. & Conf. 14. Junii (at in Quign. Breviario 14. Jan.)
Benedicti Abb. 21. Mart.
Bernardi Abb. 20. Aug.
Blaſii Epiſc. & Mart. 3. Febr.
Bonaventurae Epiſc. & Conf. 15. Jul.
Caeciliae Virg. & Mart. 22. Nov.
Caij Papae & Mart. 22. Apr.
Catharinae Virg. & Mart. 25. Nov.
Chryſogoni Mart. 24. Nov.
Clarae Virg. 12. Aug.
Clementis Papae & Mart. 23. Nov.
Cleti, & *Marcellini* Pont. & Mart. 26. Apr.
Cornelii, & *Cypriani* Mart. 16. Sept.
Coſmae, & *Damiani* Mart. 27. Sept.
Damaſi Papae & Conf. 11. Dec.
Dedicationis Baſilicae Salvatoris 9. Nov.
Dionyſii, & *Socc.* Mart. 9. Oct.
Dominici Conf. 4. Aug.
Evariſti Papae & Mart. 26. Oct.
Exaltationis S. Crucis 14. Sept.
Fabiani, & *Sebaſtiani* Mart. 20. Jan.
Felicis Papae & Mart. 30. Maj.
Franciſci Conf. 4. Oct.
Gervaſii, & *Protaſii* Mart. 19. Jun.
Gregorii Nazianzeni Epiſc. & Conf. 12. Mart.
Hieronymi Conf. 30. Sept.
Hilarii Epiſc. & Conf. 13. Jan.
Hilarionis Abb. 21. Oct.
Jacobi Apoſt. 25. Jul.
Ignatii Epiſc. & Mart. 1. Feb.
Inventionis S. Crucis 3. Maj.
Johannis Chryſoſtomi 27. Jan.
Johannis, & *Paulli* Mart. 26. Jun.
Leonis I. Papae & Conf. 11. Apr.
Lini Papae & Mart. 23. Sept.
Luciae Virg. & Mart. 13. Dec.
Marcelli Papae & Mart. 16. Jan.
Marcellini, & *Petri* Mart. 2. Jun.
Marci, & *Marcelliani* Mart. 18. Jun.
Marci Papae & Conf. 7. Oct.
Mariae ad Nives 5. Aug.
Marthae Virg. 29. Jul.
Martini Epiſc. & Conf. 11. Nov.
Martini Papae & Mart. 12. Nov.
Matthaei Ap. 21. Sept.
Mauritii & *Socc.* Mart. 22. Sept.
Nicolai Epiſc. & Conf. 6. Nov.
Paulli Eremitae 15. Jan.

Pe-

Digitized by Google

Petri Alexandrini Epiſc. & Mart. 26. Nov.
Philippi, & *Iacobi* Apoſt. 1. Maj.
Pii Papae & Mart. 11. Jul.
Polycarpi Epiſc. & Mart. 26. Jun.
Pontiani Papae & Mart. 19. Nov.
Pudentianae Virg. 19. Maj (In Quign. Brev. *Potentiana* appellatur.)
Praxedis Virg. 21. Jul.
Priſcae Virg., & Mart. 18. Jan.
Proceſſi, & *Martiniani* Mart. 2 Jul.
Quadraginta Mart. 9. Mart.
Septem Fratrum Mart. 10. Jul.
Simonis, & *Judae* Apoſt. 28. Octob.
Stephani Papae, & Mart. 2. Aug.
Stephani Protomart. inventionis 3. Aug.
Symphoroſae Mart. 18 Jul.
Thomae Apoſt. 21. Decemb.
Thomae Aquinatis 7. Mart.
Tiburtii, *Valeriani*, & *Maximi* Mart. 14. Apr.
Timothei Epiſc & Mart. 24. Jan.
Tryphonis, & *Socior.* Mart. 10. Nov
Vincentii, & *Anaſtaſii* Mart. 22. Jan.
Vitalis, & *Agricolae* Mart. 4. Nov.
Urbani Papae & Mart. 25 Apr.
Zephyrini Papae & Mart. 26. Aug.

SANCTORUM HISTORIAE, QUAE A QUIGNOGNIANO BREVIARIO ABERANT, IN PII V. BREVIARIUM ILLATAE.

Abdon, & *Sennen* Mart. 30. Jul.
Adriani Mart. 8. Sept.
Aegidii Abb. 1. Sept.
Agapiti Mart. 18. Aug.
Agnetis ſecundo 28. Jan.
Alexii Conf. 17. Jul.
Aniceti Papae & Mart. 17. Apr.
Apollinaris Mart. 23. Jul.
Baſilidis, & *Socior.* Mart. 12. Jun.
Bonifacii Mart. 14. Jun.
Cathedrae Romanae S. Petri 18. Jan.
Chryſanthi, & *Dariae* Mart. 25. Octob.
Cypriani, & *Juſtinae* Mart. 26. Sept.
Cyriaci, & *Socior.* Mart. 8. Aug.
Dedicationis Baſilicae Petri, & *Paulli* 18. Nov.
Donati Epiſc. & Mart. 7. Aug.
Dorotheae Virg. & Mart. 6 Febr.
Eleutherii Papae & Mart. 26. Maj.

Eme-

Emerentianae Virg. & Mart. 23. Jan.
Euphemiae, *Luciae*, & *Geminiani* Mart. 16. Sept.
Fauſtini, & *Jovitae* Mart. 15. Febr.
Felicis, & *Adaucti* Mart. 30. Aug.
Felicis Preſbyt. & Mart. 14. Jan.
Gordiani, & *Epimachi* Mart. 10. Maj.
Gorgonii Mart. 9. Sept.
Gregorii Thaumaturgi Epiſc. & Conf. 17. Nov.
Hippolyti Papae & Mart. 13. Aug.
Johannis Papae & Mart. 27. Maj.
Leonis II. Papae & Conf. 28. Jun.
Ludovici Galliae Regis Conf. 25. Aug.
Mariae, *Marthae*, *Audifacis*, & *Abachum* Mart. 19. Jan.
Mennae Mart. 11. Nov.
Michaelis Archang. Apparitionis 8. Maj.
Monicae Viduae 4. Apr.
Nazarii, *Celſi*, *Victoris* Mart., & *Innocentii* Papae, & Conf. 28. Jul.
Nerei, *Achillei*, & *Pancratii* Mart. 12. Maj.
Nicomedis Mart. 15. Septemb.
Pantaleonis Mart. 27. Jul.
Paulini Epiſc. & Conf. 22. Jun.
Petronillae Virg. 31. Maj.
Primi, & *Feliciani* Martyr. 9. Jun.
Prothi, & *Hyacinthi* Martyr. 11. Sept.
Quatuor Coronatorum Martyr. 8. Nov.
Remigii Epiſc. & Conf. 1. Octob.
Ruffinae, & *Secundae* Martyr. 10. Jul.
Sabinae Mart. 29. Aug.
Silverii Papae & Mart. 20. Jun.
Simeonis Epiſc. & Mart. 18. Febr.
Soteris Papae & Mart. 22. Apr.
Theclae Virg. 23. Sept.
Theodori Mart. 9. Nov.
Tiburtii, & *Suſannae* Martyr. 11. Aug.
Timothei, *Hippolyti*, & *Symphoriani* Martyr. 22. Aug.
Vitalis Mart. 28. Apr.
Viti, *Modeſti*, & *Creſcentiae* Martyr. 15. Jun.

IX. *Pianum* Breviarium ſaepe recuſum fuit, ut *Romae* MDLXXI. *poſtea a CLEMENTE VIII.*
in aedibus Populi *Romani* 4. *Antuerpiae* ex officina *Plantiniana* MDLXXI. fol. *Pariſiis* MDLXXXVIII. cum rubricis *Gallicis*. At quum nulla jam reperirentur Breviaria, quae a prima editione S. PII in multis non diſcreparent, neque diſſentirent, & aliqua recognitione non indigerent, CLEMENS VIII. nonnullis piis & eruditis viris mandavit, ut idem Breviarium nova adhibita diligentia accuratius inſpicerent, atque examinarent, & ea, quae depravata eſſe, & recognitione indigere animadverterent, pro ſua doctrina & pietatae reſtituerent. Quae verba ex ipſius CLEMENTIS diplomate, quod a MDCII. edidit, ſunt a nobis deprompta. Quinam pii & eruditi illi viri fuerint, quos ad id operis

CLE-

CLEMENS delegit, MERATIVS docet (*T. II. p.* 17.) Nimirum

Caeſar BARONIVS.	S. R. E. Cardinales
Sylvius ANTONIANVS	
Robertus BELLARMINVS (7)	

Ludovicus de TORRES Archiepiſcopus *Montis Regalis*, poſtea Cardinalis.
Johannes Baptiſta BANDINVS Canonicus S. PETRI de Urbe, Secretarius.
Michael GHISLERIVS Congregationis *Clericorum Regularium*.
Bartholomaeus GAVANTVS *Mediolanenſis* Clericor. Regular. S. PAVLLI.

& ab VRBANO VIII recognitum X. VRBANVS VIII. ſubinde ad reformandum Breviarium curas adjecit, adſcitis ad id Clariſſimis viris, qui, ut MERATIVS tradit, fuerunt.

Aloyſius CAIETANVS S. R. E. Card. Praeſes.
Tegrimus TEGRIMIVS Epiſcop. *Aſſiſienſis* Sacrae Rituum Congregationis Secretarius.
Fortunatus SCACCHVS Apoſt. Sacrarii Praefectus.
Nicolaus RICCARDVS S. Palatii Magiſter, & S. R. C. Conſultor.
Hieronymus LANNIVS utriuſque Signaturae Referendarius.
Hilarion RANCATVS *Mediol.* Abbas S. *Crucis* in *Hieruſ.* S. Inquiſit. Conſultor & qualificator, & S. R. C. Conſultor.
Jacobus VVLPONIVS Congr. Oratorii S. *Philippi* NERII.
Bartholomaeus GAVANTVS S. R. C. Conſultor.
Terentius ALCIATVS *Mediol.* S. R. C. Conſultor.
Lucas WADINGVS Ordinis *Minorum* Hiſtoricus, S. Officii Qualificator. & Sacrae Congregat. Indicis Librorum Conſultor.

XI. Quid vero in nova hac Breviarii recognitione praeſtitum ſit, ipſe nos VRBANVS docet in diplomate, quod XXV. Januarii a. MDCXXXI. dedit „ In eo, inquit Pontifex, Hymni (paucis exceptis)
„ qui non metro, ſed ſoluta oratione, aut etiam rhythmo conſtant,
„ vel emendatioribus codicibus adhibitis, vel aliqua facta mutatione ad
„ carminis & latinitatis leges, ubi fieri potuit, revocati: ubi vero non
„ potuit, de integro conditi ſunt, eadem tamen, quoad licuit, ſenten-
„ tia ſervata. Reſtituta in Pſalmis & Canticis interpunctio editionis vul-
„ gatae, & canentium commoditati, ob quam eadem interpunctio mu-
„ tata interdum fuerat, additis aſteriſcis conſultum, Patrum Sermones
„ & Homiliae collatae cum pluribus impreſſis editionibus, & veteribus,
„ manuſcriptis: ita multa ſuppleta, emendata atque correcta. Sancto-
„ rum hiſtoriae ex priſcis & probatis auctoribus recognitae: Rubricae
„ detractis nonnullis, quibuſdam adjectis, clarius & commodius expli-
„ catae. Denique omnia magno, & longo labore diligenter, accurateque
„ ita diſpoſita & expolita, ut quod erat in votis, ad optatum exitum
„ perductum ſit. „ Atque hoc etiamnum Breviario utimur. Hinc innumerae fere ad *Romanum* VRBANI exemplum hujus operis editiones, ut praeter *Venetas Pariſienſis* MDCXLVII. 4. *Antuerpienſis* MDCXLIX.

Pa-

(7) Exſtant enimvero apud me pauca *Bellarminianorum* in Breviarii hiſtoriis Animadverſionum autographa folia *Neapoli*, quum ibi Conciones haberem, ab amico dono data.

Digitized by Google

Pariſienſis, & *Antuerpienſis* a. MDCLXXXVIII. ſed illa cum *Gallica* verſione *Nicolai de* TOVRNEVX, *Antuerpienſis* MDCCXIX. quatuor voluminibus in 4. *Vrbinas* MDCCXXX. *Antuerpienſis* MDCCXXXII. *Auguſtana* MDCCXXXIV. *Campidonenſis* MDCCXLI. Cardinalis THOMASIVS privatum Eccleſiaſticorum officiorum Breviarium reformandum propoſuit, normamque ſimul reformationis hujus inſtituendae tradidit ſingulari opuſculo, quod habes T. VII ejus operum *Vezzoſianae* editionis *p.* 62. *ſeqq.* Novam Breviarii *Romani* recognitionem adgreſſus fuerat BENEDICTVS XIV., immo ejus juſſu doctiſſimus vir *Fabius* DANZETTA quatuor non exigua eruditiſſimarum in Breviarium ànimadverſionum volumina ſcripſerat. Variis tamen de cauſſis, iiſque graviſſimis ſapientiſſimus Pontifex ab incoepto deſtitit.

XII. Breviarium, quod hactenus expoſuimus, omnia complectitur, quae ad perſolvendum divini officii penſum ſunt neceſſaria. Nihilo tamen minus praeter Breviarium ſatis communis liber eſt, quem *diurnale* & *diurnum* paſſim appellant; horas autem diurnas excepto Matutino complectitur. Plura ejuſmodi diurnalia typis expreſſa FABRICIVS commemorat (*Bibl. Med.* & *inf. latin. T. II. Patav. edit. p.* 40) ac multo plura addi poſſent, ut *Pariſienſe Pariſiis* editum MCCCCXCVI. *Lugdunenſe* MDLI. apud *Iacobum* de MILLIIS 12. *Antuerpienſe* MDLIII. *Venetum* apud CIERAS MDCLXV. 16 *Antuerpienſe* MDCLXVIII. *Ambianenſe*, & iterum *Antuerpienſe* MDCLXX. Sufficiat nobis *Romanum* CLEMENTIS VIII. juſſu recognitum a. MDCII. Diurnum

XIII. Adde ordinem officii recitandi; *Kalendarium* alii appellant; *ordinarium* alii. *Ordo officii* antiquum nomen eſt. *Ad celebranda divina officia* Ordinem, *quem Metropolitani tenent, Provinciales obſervare debebunt* decretum eſt Concilii *Aurelianenſis* 1. *Cap.* XXVIII. Plures hujuſmodi ordines ſequentibus articulis percenſebimus. Satis ſit heic indicare *Romanum ordinarium* annorum circiter 300. quod in Bibliotheca Regia *Pariſienſi* exſtare n. 4460. MARTENIVS perhibet. Non admodum ab ordine officii abludebat paullo amplior Libellus, quem *Carpſum* quaſi carptum, decerptumque *Veronae* vocabant, indicem nempe, Preces, Pſalmos, Antiphonas, ceteraque recenſentem ad Miſſae, divinorumque officiorum ordinem enotiandum: Hujuſmodi *carpſum* illud a *Stephano* Sacerdote, & Cantore compilatum, de quo Cl. Marchio MAFFEIVS *pag* 92 opuſculorum, quae *hiſtoriae Theologicae* adjecit. Idipſum nullus dubito denotari in *Brevi recordationis de Theſauro Eccleſiae* S Zenonis, quod divulgavi (*Biblioth. Piſtor. p.* 15.) ubi inter libros memoratur *Scarpſo*. Ordo officii recitandi / ſeu Carpſum

ARTICVLVS V.

Breviaria, & ordines recitandi officii ad uſum reliquarum occidentalium Eccleſiarum.

I.* Iohannes *Albertus* FABRICIVS (T. 1. *Biblioth. med. & inf. latinit. pag.* 274. *ſeqq. Patavinae editionis*) ſatis prolixam Breviariorum ſeriem alphabetico ordine pertexuit. Fere cogitaveram ab hac re Breviaria Italica

Digitized by Google

cenſione abſtinere, quum perfectam illam, abſolutamque dare plane ἀδύνατον ſit, ac praeterea permoleſtum, neque magnae utilitatis. Sed quoniam id a FABRICIO factum, ne quid eorum, quae noſtri ſunt inſtituti, in meo opere deſideretur, quod alibi quaerere neceſſe ſit, illam ipſam FABRICII ſeriem & alio ac fortaſſis utiliore ordine proponam, & multo auctiorem dabo non ſolum ex MARTENIO, & Bibliothecae *Colbertinae* Catalogo, ſed etiam ex hujuſmodi libris, quos mihi in aliis Bibliothecis videre contigit. Ab *Italia*, quemadmodum in Miſſalibus

Ac primo Baſilicae Vaticanae

percenſendis libris, ita & heic initium ducam. Jam vero quoniam ſupra monui, *Vaticanam* S. PETRI Baſilicam antiquum officii morem etiam poſt *Pianam* reformationem ſingulari quodam privilegio retinuiſſe, ejus dignitas poſtulat, ut primum de illius Breviario dicamus. Prodiit enimvero *Breviarium* Romanum *cum pſalterio proprio, & officiis Sanctorum ad uſum Eccleſiae* VATICANAE, *Pariſiis* apud Sebaſtianum MABRE-CRAMOISY MDCLXXIV. 4. Exſtant etiam *Horae diurnae cum Pſalterio* Romano *ad uſum Cleri Baſilicae* VATICANAE, *Romae* MDCC.LVI excuſae a *Generoſo* SALOMONI 12.

Aquilejenſe

II. Secundum a Vaticana Baſilica locum damus AQVILEIENSI Eccleſiae, de cujus Breviario haec P. de RVBEIS (*cit. diſſ. de ſacr. Forojul. Ritib. p.* 435.). „ *Breviarium* proſtat *ſecundum uſum Aquilejenſis Ec-*
„ *cleſiae in* 8. *impreſſum Venetiis per* Andream de TORRESANIS *de*
„ *Aſula* 29. *Julii* MCCCCXCVI. Duas in partes tributum eſt, quae vo-
„ lumina duo ſejuncta efformant. Voluminis poſterioris exempla tria in
„ manus inciderunt: prioris nullum hactenus. Eodem anno ejuſdemque
„ Typotherae ſtudio, & cura idem prodiit Breviarium, volumine uno
„ comprehenſum. Rerum, quae continentur, ſequens eſt ordo. 1. Frons
„ libri: *Breviarium ſecundum uſum* Aquilejae 2. *Kalendarium*. 3. *Ordo*
„ *Pſalterii ſecundum morem, & conſuetudinem almae Eccleſiae* Aquilejenſis.
„ *Incipiunt Hymni in parte aeſtiva ſecundum conſuetudinem almae* Aquilejen-
„ ſis *Eccleſiae*. *In die Pentecoſtes ad Veſp. Hymnus*: Veni Creator Spiritus.
„ 5. *Incipit Hymnarius ſecundum conſuetudinem almae* Aquilejenſis *Eccleſiae*
„ *Dominica prima Adventus*. Veni Redemptor gentium. Animadverte,
„ alios eſſe Hymnos de tempore, alios de Sanctis, quorum feſta ab
„ Adventu ad Pentecoſtem celebrantur. 6. *Prima Tabula Adventus*. *In*
„ *anno illo, in quo Nativitas Domini venerit die Dominica &c.* Septem Ta-
„ bulae proſtant. 7. *Incipit Breviarium ſecundum ritum, & conſuetudinem*
„ *almae Eccleſiae* Aquilejenſis *ad laudem & gloriam Dei Patris omnipoten-*
„ *tis, Filiique ejus Domini noſtri Jeſu Chriſti, & glorioſiſſimae Matris ejus*
„ *Virginis* MARIAE, *ac Beatiſſimorum Martyrum* HERMACHORAE
„ *&* FORTVNATI. *Sabbato primo de Adventu ad Veſperas*. *Officia* ſe-
„ quuntur *de Tempore* uſque ad Sabbatum poſt Aſcenſionem Domini.
„ 8. *Incipit proprium Sanctorum ſecundum curſum & modum Sanctae* Aqui-
„ lejenſis *Eccleſiae*. *In Feſto B.* ANDREAE. Sunt vero officia, quae ce-
„ lebrari conſueverunt ante Paſcha, & infra tempus Paſchale: itemque
„ officium *Transfigurationis*. 9. *De Veneratione Sanctae* MARIAE *infra*
„ *Adventum* .... *Infra Nativitatem* ... *Infra Paſcha* .... *In Sabbato*. 10.
„ *Feſtum Pentecoſtes*. . *Sanctiſſimae Trinitatis* .... *Corporis Chriſti* ... *Do-*
„ *minica prima poſt Octavam Pentecoſtes* ... *Dominica XXV. poſt Pentecoſtem*.

11. Ru-

„ 11. Rubrica generalis de Tempore. *Nota, quod Evangelia Dominicalia* „ *ſecundum* Aquilejenſem *Eccleſiam ſunt XXV. a Pentecoſte ... Nota, ſi lit-* „ *tera Dominicalis fuerit A. Hiſtoria Sapientiae imponitur ante vincula* PE- „ TRI.... *De Feriali officio ſatis plane particulariter, & diſtincte ſupra* „ *dictum eſt ... In feſtis, quae cum pleno officio celebrantur &c.* 12. *In Feſto* „ *S.* QVIRINI *Martyris* .... *B.* ANTONII *de Ordine Minorum*. Reliqua „ inſeruntur propria Sanctorum officia uſque ad Menſem Decembrem, „ ſive Domini Adventum. 13. *Incipit Commune Sanctorum ſecundum con-* „ *ſuetudinem almae Eccleſiae* Aquilejenſis. Integri Breviarii ſpecimen ha- „ bes. In calce corroſa pagina haec tantum Verba exhibet ... *Secundum* „ *uſum* Aquilejenſis *Eccleſiae*. Venetiis *per* Andream *de* ... *de* ASVLA „ 29. *Julii* MCCCCXCVI.

Ambroſianum

III. Breviario *Aquilejenſi* AMBROSIANVM addimus, quod a *Romano* magis, quam illud, diſcrepat. MARTENIVS unum indicat a. MCCCCLXXXVII. regnante *Iohanne Galeatio Maria* VICECOMITE duce editum. Quae ſequuntur editiones, eae ex FABRICIO promptae ſunt. Prodiit igitur *Ambroſianum* Breviarium *Mediolani* MDLVI. 8. *Venetiis* MDLVIII. S. *Caroli* BORROMAEI juſſu recognitum *Mediolani* MDLXXXVIII. 4. tum MDCXXV. MDCXXXV. & MDCLXI. 8. (1). Habemus etiam *Pſalterium, Cantica, & Hymnos, aliaque divinis officiis ritu* AMBROSIANO *pſallendis communia Friderici* Card. BORROMAEI Archiep. juſſu edita *Mediolani* apud PONTIVM MDCXIX. 4.

Propria officia Sanctorum Italiae

IV. *Italiae* Eccleſiae, ut quae (ſi *Aquilejenſem* & *Mediolanenſem* dempſeris) *Romano* uſae ſemper ſint Breviario, fere peculiaria non habent Breviaria. Unum CAPVANVM MCCCCLXXXIX. *Capuae* impreſſum FABRICIVS indicat. Plura *Sicilia* ſuppeditat, quae uti in Miſſalibus libris, ita & in Breviariis *Gallicanos* ritus, ſub *Normannorum* imperio cooptavit. Hujuſmodi Breviarium eſt in *Panormitanae* Cathedralis Theſauro adſervatum, de quo Cl. *Iohannes* de IOHANNE (p. 99.). Membranaceum eſt ſumma venuſtate, characteribus elegantiſſimis, ac gentilitiis inſignibus *Simonis* BONONSI Archiep. diſtinctum, cui ante Veſperas Sabbati Dominicae primae Adventus haec inſcripta legere eſt: *Anno Domini* MCCCCLII. *decimo octavo menſis martii primae indictionis. Incipit Breviarium ſecundum conſuetudinem* PANORMITANAE *Eccleſiae*. Alterius membranei codicis idem de IOHANNE meminit, in quo *Breviarium ſecundum modum, & conſuetudinem majoris Eccleſiae* MESSANENSIS. *Tauromenii* quoque apud PP. *Praedicatores* aliud adſervatur *Breviarium ſecundum uſum Clericorum ſaecularium majoris Eccleſiae* MESSANENSIS. Ad Breviarium hoc *Gallo-Siculum* reformandum curam plures variis temporibus adhibuerunt, cumprimis Presbyter *Matthaeus* CALDO. Ac *Venetiis* quidem reformata ab eo Breviaria prodierunt a. MDXII. MDXXVII. & MDXXXVI. Singulae porro Italicae Eccleſiae habent *propria* quaedam officia Sanctorum, qui apud eas coluntur. Specimen habe.

„ Lectiones pro Eccleſiae Cathedralis VERONAE Sanctis propriis „ commemorandis ad antiquae hiſtoriae veritatem decreto Superiorum „ accommodatae juxta formam, & rubricas Martyrologii *Romani* reſti-

  „ tuti

(1) Confer *Acta Sanctorum* (T. 2. *Junii pag.* 643.)

„ tuti GREGORII XIII. Pont. Max. juſſu & litteris editi *Veronae* apud *Hieronymum* DISCIPVLVM MDLXXXVII. 4. „

Officia propria SS. Tutelarium Civitatis & dioeceſis REGII in *Aemilia* reformata, *Romae* ex typogr. R. *Camerae Apoſt.* MDCXXVI.

Officia propria Sanctorum, quae in oppidis & caſtris Abbatiae SVBLACENSIS recitantur. *Praeneſte* typis *Barberinis* apud RVZZVLVM MDCCIX. 8.

Officia propria *Sanctae dioeceſis* SABINENSIS, *Romae* typis Palearinianis MDCCLVI. 8.

Officia propria Sanctorum recentiora tam de praecepto, quam ad libitum, quaeque in toto SICILIAE Regno & aliis Provinciis Catholico Regi ſubjectis celebrantur, *Panormi* typis *Angles*, & Leone MDCXCVIII.

Officia propria aliquorum Sanctorum (*Meſſinae* cultorum) *Meſſinae* MDCLXXX. MDCLXXXI. & MDCLXXXII. 4. Ex Colbert. Bibl, p. 312.

Sunt etiam in urbibus Eccleſiae quaedam, quae ob Sacrarum Reliquiarum copiam officiis propriis utuntur. Id *Romae* cumprimis videre eſt. Hinc lectiones propriae Sanctorum, quorum Corpora, vel inſignes Reliquiae in Sacroſancta VATICANA Eccleſia coluntur in officio recitandae, Romae typis Rev. Camerae Apoſtolicae MDCLXXIV. 8., uti & officia propria ejuſdem Baſilicae VATICANAE nuper duobus tomulis comprehenſa; itemque officia propria Sacroſanctae Baſilicae S. MARIAE TRANS TYBERIM, *Romae* typis Rev. Camerae Apoſt. MDCLXXVII. 4. & per *Hieronymum* MAINARDI MDCCXLII 8.

Ordines officii in italicis Eccleſiis

V. Praeterea ſingulae noſtrates Eccleſiae ordinem officii ad ſuas conſuetudines accommodatum ſervant. Vetera tantum, vel rariora promam.

Manuale, ſeu ut ajunt, Breviarium juxta ritum AMBROSIANAE Eccleſiae *Mediolani* MDXLIX. 16.

Codicem membranaceum in 4. praeterire hoc loco non licet, his verbis inſcriptum: *Incipit Rubrica (ſive ordo) per circulum anni ſecundum conſuetudinem Eccleſiae Civitatis* Auſtriae *ordinata, ad honorem & Laudem Dei, & Beatiſſimae Virginis* Mariae, *ac omnium Sanctorum, & Sanctarum Dei*. Saeculo tertiodecimo exaratus videtur. Ordo praeſcribitur, indicaturque modus *Liturgiam* celebrandi, ac *divina* perſolvendi *officia* per totius anni circulum (2)

Inter *Venetae* MARCIANAE Baſilicae Codices ingentis molis liber extat inſcriptus: *officium juxta conſuetudinem Ducalis Baſilicae Sancti* MARCI *Evangeliſtae in praeclariſſima Civitate* VENETIARVM *per Venerandum Presbyterum Dom* Bartholomaeum BONIFACIVM *ejuſdem inſignis Eccleſiae Magiſtrum Ceremoniarum, & Choro didaſculum noviter diligentiſſime reviſum, & pluribus ex libris exactiſſime compilatum, ſecundum veram ipſius Eccleſiae antiquamque ordinationem*. Concinnatus autem eſt hic ordo *Marciani* officii juſſu *Simeonis* MAVRI, qui a. MCCLXXXVII.

Pri-

(2) De hoc Codice, quem memorat P. de RUBEIS (*p. 435.*) plura invenies apud Comitem Fridericum ALTHAN *Itiner. Liturg. p. 366, ſeqq.*

Primicerius, anno autem MCCCIX. Epiſcopus *Caſtellanus* renunciatus fuit (3).

Carpſum VERONENSE ſub finem ſuperioris articuli memoravi. Duos vero ordines *de divinis officiis* ſecundum PISTORIENSIS Eccleſiae conſuetudinem habes a me indicatos in *Bibliotheca Piſtorienſi* (*p.* 20.). *Ordo Officii Eccleſiae* LVCENSIS, de quo *diarium litteratorum Italiae T. XXVII. p.* 307. MS. codex Saec. XIII. in Bibliotheca Canonicorum S. MARTINI LVCENSIS. Hunc poſtea recenſuit ſaec. XV. *Nicolaus* TEGRIMIVS ejuſdem Eccleſiae Archidiaconus. Confer FABRICII *Bibliothecam* (*Med. & Inf. Latin. T. V. p* 170)

Ordo officiorum Eccleſiae SENENSIS *ab* ODERICO *ejuſdem Eccleſiae Canonico A.* MCCXIII. *compoſitus primum a D.* Johanne Chryſoſtomo TROMBELLI Bononienſi *Canonicorum Regularium Exgenerali*, *&* S. Salvatoris Bononiae Abbate *editus*, *& adnotationibus illuſtratus*, *vindicatusque* prodiit *Bononiae* MDCCLXVI. *ex typogr.* LONGHI 4.

Demum CVSENTINAE Eccleſiae *ordinarium* a Luca CVSENTINO Archiepiſcopo digeſtum (huic ille Eccleſiae praefuit ab anno MCCIII. ad MCCXXIV.) *& in* Romana S. ISIDORI Bibliotheca reconditum *n. CX.* MARTENIVS deſignat.

VI. Multo plura *Galliarum* Eccleſiae *Breviaria*, atque ordinaria ſuppeditant. Breviaria & ordines officiorum Gallicarum Eccleſiarum

ABRINCENSE, *Abrincis* MDXCII.

AMBIANENSE, *Pariſiis* in 4. & *Ambiani* MDL. MDCLXX. forma minore, MDCLXXXIII. 12. quatuor volum. auctoritate *Franciſci* FAVRE Epiſcopi *Ambianenſis*.

ANDEGAVENSE MS. trecentis amplius annis vetuſtum fuit in Bibliotheca *Telleriana*. Exſtat & editum an. MDCXXIV.

ANICIENSE, ſive PODIENSE ante 400. prope annos exaratum in eadem Bibliotheca *Telleriana* ſervabatur.

ANTISSIODORENSE, MCCCCLXXXIII. in 8. *Antiſſiodori* MDLXXX. in 8. *Bibl. Colb.*

APTENSE, *Baſileae* MDXV. fol. & *Lugduni* MDXXXII. *praeſulante*, ut in extrema pagina adnotavit typographus, *Rev. in Chriſto P. & D. D.* Johanne Nicolao Avenion. *Vicelegato* digniſſimo, & Sanctae APTENSIS *Eccleſiae meritiſſimo Epiſcopo*, *& Principe* 8.

AQVENSE, Breviarium MS. in Regia *Pariſienſi* Bibliotheca n. 4446. FABRIC. ex MARTENIO.

ATREBATENSE MDXCV. 8. duob. volum.

AVDOMARENSE, MDXVIII

AVRELIANENSE *Pariſiis* MDXLII. 8. MDXLVIII. (4) *Aurelianis* MDCCI. quatuor vol. in 12.

BAIOCENSE, *Cadomi* MDCXXVIII.

BEL-

(3) Confer de hoc Codice, ac *Marcianae* Baſilicae ritibus differentem ampliſſimum Senatorem *Flaminium* CORNELIUM (*Eccleſ. Venet. dec.* XIII. *P. I. pag.* 205.

(4) Novam hujus Breviarii editionem *imprudentem*, *temerariam*, *& ſcandaloſam*, *neque carentem ſuſpicione fautoris haereticis* Sorbonici Doctores declararunt apud d' ARGENTRE' (*T. II. Collect. Judicior. pag.* 160.)

BELLVACENSE, *Pariſiis* MDXLVII.

BISVNTINVM *Baſileae* MCCCCLXXIX. & *Divione* MDCLIII. 8.

BITVRIGENSE *Venetiis* MCCCCLXXXI. 8. *Lemovicis* MDXII. 8. Exſtat. etiam editio *Pariſiis* curata juſſu *Reginaldi* de BEAVNE Archiep. BITVRIC. MDLXXXVI.

CARCASSONENSE, officium Sanctorum peculiarium hujus Eccleſiae excuſum fuit auctoritate D. *Vitalis* de LESTAING Epiſcopi *Carcaſſonae* MDCLXVI. 4.

CAMERACENSE *Pariſiis* MCCCCXCVII. 8. duob. volum.

CABILONENSE *Ordinarium* MARTENIVS memorat

CADVRCENSE, Proprium Feſtorum Eccleſiae, & dioeceſis *Cadurcenſis* cum Calendario, *Cadurci* MDCIX. 4.

CARNOTENSE in 8. Veteris editionis. Ab Epiſcopo *Nicolao* de THOV recognitum poſtea, ac *Pariſiis* vulgatum MDLXXXIV. duob. volum. Prodiit etiam MDCXXXIII. In *Telleriana* exſtabat Breviarium MS. membran. in 4 Eccleſiae *Carnotenſis*

CATALAVNENSE ante annos 400. manu exaratum, quo MARTENIVS uſus eſt.

CENOMANENSE Ordinariom MS. annorum circiter 300. MARTENIVS vidit.

CLAROMONTENSE Breviarium, *Tierni* MDLVII. 8.

CORISOPITENSE Vetus in *Gallia Lugdunenſi* memorator a BOLLANDO.

DOLENSE, vetus editio in 8.

EBROICENSE *Pariſiis* MDXLV. 8. duob. vol., & MDLXXXV.

EDVENSE in membranis ſcriptum ao. MCCCCLII. per D. *Joh.* BLAIN. 4. exſtabat. in Bibl. *Teller.*

S. FLORI officia propria Sanctorom, quae in Eccleſia Cathedrali S. FLORI ſolemni ritu celebrantur, ad meliorem formam redacta, & puriori latinitate donata per Canonicum praefatae Eccleſiae. *Mimati* MDCLXXXVI. ex typogr. *Petri* & *Joſephi* GIRARD (5)

LAVDVNENSE, vetus ordinariom optimae notae ante annos 400. ſcriptum, apud MARTENIVM.

LEMOVICENSE editum MCCCCLIX. (ita MARTENIVS, ſed forte latet typographi error); MDLXXXVII. 8. duob. volum. & MDCXXV. MARTENIVS praeterea indicat vetus ejuſdem Eccleſiae ordinarium.

LEXOVIENSE a. MDCXXIV. & MDCCIV. magnam partem ex novo *Senonenſi* depromptum. Horae diurnae Breviarii LEXOVIENSIS prodierunt MDXLII.

LINGONENSE, vetus ordinarium a MARTENIO adhibitum.

LVGDVNENSE MCCCCXCVIII. fol. Alia vetus editio forma mino-

(5) Quum de recudendis hiſce officiis a. MDCCXXII. cogitaretur, prodierunt tres epiſtolae inſcriptae : *Remarques hiſtoriques & critiques ſur le Propre du dioceſe de St.* FLOVR. Exſtant. in Sylloge P. des MOLETS, praenotata *Continuation des Memoires de Litterature & d'hiſtoire* (*T. V. P. II. pag* 464. & *T. VIII. P. I. pag.* 165. & *T. XI. p.* II. *pag.* 429.)

minore. *Lugduni* quoque exiit MDLXXXIV. 8. Correctiones Card. de LABOVREVR lucem adſpexerunt ibid. MDCXLVII. 8. Prodiit etiam MDCXCIII. in 8. quatuor volum. Item auctoritate *Lugdun.* Archiep. *Antonii* de *Malvin.* de MORTAZET *Lugduni* apud *Claudium* CIZERON MDCCIX. T. IV. in 4. In Bibliotheca Regia *Pariſienſi* extat MARTENIO teſte, *Lugdunenſis* Eccleſiae ordinarium vetus ante annos D. exaratum.

MASSILIENSE Proprium, *ſeu officia propria* S. Maſſilienſis *Eccleſiae*, editio poſtrema *Maſſiliae* per *Henricum* MARTEL MDCXII. 8.

MELDENSE MS. in Biblioth *Teller.*; editum vero *Pariſiis* MDXLVI. 8. duob. volum., & multis ex *Senonenſi* deſumptis an. MDCCII. *Meldenſis* Eccleſiae ordinarium a MARTENIO indicatur.

MORINENSE MDXLII.

NARBONENSE *Lugduni* MDXXXV. Hujus quoque Eccleſiae vetus ordinarium ante annos CCC. deſcriptum MARTENIVS memorat.

NANNETENSE antiquum ordinarium a. MCCLXIII. ab ELIA *Cantore* concinnatum apud eumdem MARTENIVM invenies. Proprium porro Sanctorum *Nannetenſium* lucem vidit *Nannetis* MDCXLII. 16.

NIVERNENSE *Pariſiis* MDXXXIV. duob. volum.

NOVIOMENSE, MDCXXX. Extat & hujus Eccleſiae ordinarium annorum circiter CCC. quo uſus eſt MARTENIVS.

PARISIENSE. Veteres codices duo Regiae Bibliothecae *Pariſienſis* alter CCCC. alter CCC. circiter annorum; quatuor vero in *Telleriana* indicantur. Extant vero hujus Breviarii exempla edita MCCCCLXXIX. 8. MCCCCLXXX. fol. MCCCCXCII. fol. *Pariſiis* apud *Iohannem* de PRATO, MDXXIX. MDXLV. MDLVII. 8. MDLXXXIV. (6) MDCVII (7) MDCXL. MDCLVII. MDCLXXX. recognitum ex auctoritate *Franciſci* HARLAY Archiep. *Pariſienſis* (8) MDCLXXXIV. MD-

(6) Anno MDLXXXIII. & MDLXXXIV. quum nonnulli *Romanum* Breviarium in *Pariſienſem* Eccleſiam invehere tentaſſent, *Petrus* de GONDY ejus Epiſcopus ea de re ad Capitulum verba fecit, & poſt exploratas omnium ſententias, atque diligens rei examen, ſtatutum fuit, Breviarium *Pariſienſe* abjiciendum non eſſe, ſed emendatum denuo eſſe typis edendum: *Exiſtimatum eſt, Breviarium* Pariſienſe *convenientius retineri in ipſa Eccleſia* Pariſienſi, *et typis demandari prius recte expurgatum, ac reſtitutum per Dominos ad hoc jam deputatos*. Illius autem formam ſi ſpectes, ex correctione ad *Romanum* Breviarium tam prope acceſſit, ut idem ferme dici poſſit in pleriſque lectionibus, Hymnis, Reſponſoriis, & Pſalmis. Vide GRANCOLASIVM (*comm. hiſtor. in Breviar. Rom. lib. 2. pag. 13.*)

(7) In hac editione, ut a P. AZEVEDO adnotatum eſt (*Exercit. IX. p. 47.*) e Completorio deciſa fuerat oratio *Illumina*, quae vetuſtiſſima eſt, extatque in Sacramentario S. GREGORII, ac ejus loco oratio *Viſita* fuit adpoſita, quam Monachi in Breviarium *Romanum* intruſerant, ut ait GRANC, (*pag. 31. & 32.*). In titulo tamen dicitur *ad formam Sacroſancti Concilii* Tridentini *reſtitutum*.

(8) Tunc primum inter cetera Dominicae Pſalmi ad primas Feſtorum Veſperas dici coepere, Ferialibus, qui conſtanter elapſis ſaeculis recitati fuerant, omiſſis. Operam *Harlaeanae Pariſienſis* Breviarii recognitioni dederunt viri doctrina illuſtres, ut MENAGIVS teſtatur in *hiſtoria* a MDCXCVI. edita *mulierum Philoſophiae* artibus

MDCXCVII. iterum recognitum (9) & MDCCXXXVI. vol. 4. in 8. ex emendatione *Caroli Gaſparis Guilhelmi* de VINTIMILLE Archiep. *Pariſienſis* (10). REMENSE, *Caroli* a LOTHARINGIA *Pariſiis* MDXLIII. 8. *Ludovici* a LOTHARINGIA Remis MDCXIV. 8. aliud MDCXXX. ex recognitione *Caroli Mauritii* LE TELLIER *Pariſiis* MDCLXXXIV. 12. quat. volum. Ordinarium ejuſdem Eccleſiae annorum circiter CCCC. in Bibliotheca S. REMIGII *Remenſis* MARTENIVS invenit.

ROTHOMAGENSE An. MCCCCXCI fol. Pariſ. MDLXXVIII. in 8. MDLXXXVII. Card. a BORBONIO *Rothomagi* MDXCIV duob. volum. 12. & MDCXXVI. Ante paucos annos nova hujus Breviarii editio curata fuit (11). Antiquum praeterea hujus Eccleſiae ordinarium annor. CCC. MARTENIVS vidit.

RVPELLENSE, *Henrici* de LAVAL. *Pariſiis* MDCLXXXVI. quat. volum.

SAGENSE Paris. MDCXVI 4. Proprium quoque Sanctorum Eccleſiae SAGIENSIS collectum auctoritate D *Jacobi* CAMVS Epiſcopi, ſtudio *Gervaſii* BASIN eodem anno *Pariſiis* apud *Sebaſtianum* CRAMOISY vulgatum memorat Bibliotheca *Telleriana*.

SENONENSE, reviſum per *Nicolaum* de PVY Canonicum, veteris editionis a *Simeone* VOSTRE typographo *Pariſiis* curatae 4. iterum *Pariſiis* editum MDXXVIII. duob. volum. 8. deinde juſſu Cardinalis a BORBONIO *Senonis* MDLVIII. & MDLX. 8. *Senonis* quoque MDCXLI., & auſpiciis Archiep. de la HOGVETTE MDCCII. quat. volum.

---

bus *exculptarum ſect.* 38. ubi de S. *Catharina*, nempe *Jacobus* de SAINTE BEWE, *Guillelmus* BRVNETERIVS poſtea *Xantonenſis* Epiſcopus, *Claudius* CASTELLANVS Canonicus *Pariſienſis* *Nicolaus* GOBILLO, *Leonardus* LAMETVS, *Claudius* AMELINA Archidiaconus *Pariſienſis*, *Nicolaus* COCQVELINVS, & *Nicolaus* TORNOSVS. Nihilotamen minus prodierunt criticae in hoc Breviarium animadverſiones, quas confutavit *Claudius* de VERT libello, cui titulus: *Reponſe aux Remarques ſur le nouveau Breviaire de Paris*, Pariſiis MDCLXXX. 8.

(9) Confer *Honoratum* de S. MARIA in ſuis *animadverſionibus ad artem criticam* (*T* II. *pag.* 81. *Gallicae Paris. edit.*) *Nicolaus* TOINARD conſilium novi Breviarii concinnandi propoſuit; de quo conſule eruditi viri GWALINI diſſertationem de S. GENOVEFA (*pag* 27. *ſeq.*) itemque Trivultiana litteraria monumenta anno MDCCXXII. (*pag.* 528.)

(10) A. MDCCXXVI: ementito *Fabricae* & *Arnoldi* NICOLAI typographi nomine *Pariſiis* prodierat *Breviarium Eccleſiaſticum editi jam proſpectus* (ſimul cum epiſtola encyclica a *Philippo Nicolao* LOTTIN Bibliopola *Pariſienſi*) *executionem exhibens in gratiam Eccleſiarum, in quibus nova facienda erit Breviariorum editio*. Duos hujus operis tomos in 8. cum *horis diurnis* eodem anno impreſſis in 12. inſpexi in Litterario Emin. MAREFVSCHII gazophylacio. Ad hoc Breviarium a neſcio quo *Lajocenſi* Canonico exacta fuerat nova, quam aliqui urgebant. *Pariſienſis* Breviarii editio. Ea igitur graviſſimis contentionibus obnoxia fuit; magnis quoque ſumptibus Archiepiſcopo ſtetit, ut ab jam impreſſis exemplaribus plurimi, iique graviſſimi, quibus ſcatebant, *Queſnellianorum* errores, novis additis foliis reſecarentur.

(11) Vide Diarium inſcriptum *Bibliotb. Francoiſe* an. MDCCXXXI. (*Tom.* XV. *pag.* 173.)

Digitized by Google

lum. in 12. praeter ſupplementum, quod eadem forma, eodemque anno prodiit (12)

SILVANECTENSE *Pariſiis* MDXXI. 8. duob. volum.

SVESSIONENSE D. de ROVSSI Epiſcopi MDXXIX. (13): ex *Franciſci* Ducis de FITZIAMES auctoritate, *Sueſſione* apud viduam *Caroli* COVRTOIS MDCCXLII. vol. 8. in 8.

TRECENSE, *Trecis* MDIX.

TRICASTINENSE. Officia propria S. Eccleſiae TRICASTINENSIS, editio poſtrema Avenione MDCCLVIII. 8. typis Franciſci GIRARD.

TOLOSANVM antiquum MARTENIVS indicat.

TVLLENSE MDXXXV.

TVRONENSE Breviarium, & ordinarium vetus idem MARTENIVS adhibuit.

VALENTINVM *Lugduni* MDXXVI. 8.

VIENNENSE *Lugduni* MCCCCXCVIII. 8. cujus exemplum erat in Bibliotheca *Baluziana*.

VIRDVNENSE Pariſiis MCCCCXCIX. 8. & MDCXXV.

VTICENSE, ſeu VCETIENSE vetus ordinarium annorum minimum CCC. cum MSS. ſtatutis ELIAE VTICENSIS Epiſcopi a MARTENIO ex *Colbertina* Bibliotheca adnotatur.

VII. *Germanica* jam, & *Belgica* eodem alphabetico ordine deſignemus. Germanica, & Belgica

ANTVERPIENSE a. MCCCCXCVI.

ARGENTORATENSE MCCCCLXXVIII. Hujus Eccleſiae ordinarium a. MCCCLXIV. ſcriptum apud MARTENIVM occurrat.

AROSIENSE *Aroſiae* MDIV. 4.

BASILEENSE, ſeu *liber Breviarius ſecundum conſuetudinem Chori Eccleſiae* BASILEENSIS. Vide hujus capitis *art.* 4. (*n.* 1.). De hoc libro agere videtur MORLIERVS in opere inſcripto: *Eſſais de Litterature* (*T. I. pag.* 142.)

BREMENSE, Argentorati MDXI.

BRVXELLENSE MDXVI.

CAMINENSE in *Pomerania* a. MDXXV.

COLONIENSE a. MCCCCXCVIII. & MDLXXVII. Huc ſpectat *Ordinarius Majoris Eccleſiae Colonienſis*. Codex eſt CLIV Cartaceus *Colonienſis* Metropolitanae a P. HARTZHEIM in Catalogo Codicum MSS. (*p.* 128.) indicatus. In prima pagina haec leguntur: *hunc libellum ego* Johannes Scalhorn, *alias* Speys, de Andernaco, *Vicarius Altaris* S. Alexii *in Majori Eccleſia* Colonienſi *practicavi*, *& ordinavi in iſtas regulas inferius ſcriptas ex meo ingenio & arte. Incepi pro anno Domini* MCCCCLXXXVIII. *finivique Anno Domini* MCCCCXCIII.

CONSTANTIENSE praeter veterem *Erhardi* RATDOLT editionem,

(12) Legenda ejuſdem Archiep. Paſtoralis Epiſtola *Gallice* edita an. MDCCXVIII.

(13) Doctores Sorbonici hujus Breviarii divulgationi obſtiterunt. Vide *collectionem judiciorum Epiſc. Tutel.* d'ARGENTRE (*T. II. p.* 77.) & Paſtoralem Inſtructionem Archiep. *Senon.* LANGVETI adverſus Miſſale *Trecenſe* (*p.* 40.)

nem, impreſſum MDLXI. jubente CHRISTOPHORO Epiſcopo; item MDLXXV. MDXCIX. & MDCL. in 8.

ERFORDIANVM excuſum ante ducentos annos; item *Rothomagi* MDV.

GLARONENSE a *Goldaſto* memoratum in *Alemannicis*.

HAFNIENSE *Anno milleno quingenteno quoque deno* vulgatum *in fol.*

HALBERSTADENSE in 4. vetus editio (14)

HAMBVRGENSE per *Albertum* KRANTZ *Argentorati* MDXIX. fol.

HERBIPOLENSE MDXVIII. & MDLXXV. jubente IVLIO Epiſcopo.

HILDESHEIMENSE, a. MDXVI.

INSVLENSE a. MDXXXIII.

LEODIENSE MDXIV. MDXX. MDCXXXVI.

LOVANIENSE MS. a BOLLANDO citatur.

LVBECENSE, cujus parte aeſtiva idem BOLLANDVS ſe uſum teſtatur.

MAGDEBVRGENSE in oppido *Siptzen* MDXIV. 8.

MINDENSE, a. MDXVI.

MOGVNTINVM MS. habuit BOLLANDVS praeter edita a. MCCCCXCV. MDVII. deinde juſſu DANIELIS Archiep. MDLXX., itemque MDCXII. 12.

MONASTERIENSE a. MCCCCLXXX.

PASSAVIENSE a. MDV.

PRAGENSE *Venetiis* MDXVII. 8.

RAZEBVRGENSE an. MDVI.

ROEGKILDENSE, vetus editio in 8. ante annos CC.

SLESSWICENSE *Pariſus* a. MDXII.

SPIRENSE MCCCCLXXVIII. MDVII. auctoritate PHILIPPI Epiſcopi, MDXC. juſſu EBERHARDI Epiſcopi. *Directorium horarum* prodiit MDXXII.

STREGNENSE a * BENZELIO laudatum.

TORNACENSE a. MCCCCXCVII. 8

TRAIECTENSE a. MDXVIII. & *Antuerpiae* MDLI 8.

VPSALENSE *Holmiae* MCCCCXCVI. per *Johannem* FABRI 4.

WORMATIENSE a. MDLXXVI.

ZAGABRIENSE *Venetiis* MDV. MDLXXXIV. 8.

Hiſpanica

VIII. Inter *Hiſpanica* memorandum cum primis *Mozarabum*, ſive *Toletanum ſecundum regulam* B. ISIDORI, *Toleti* editum fol. curante *Alfonſo* ORTIZIO Canonico *Toletano* juſſu *Franciſci* Cardinalis XIMENES *per Magiſtrum Petrum* HAGEMBACH *Alemanum anno ſalutis noſtrae milleſimo quingenteſimo ſecundo, die vero viceſima quinta menſis octobris*, ut in extrema pagina legitur. Tres in tomos manuſcripta hujus Breviarii exempla, quae *Toleti* adſervantur, tribui *Johannes* PINIVS in Tract. de *Liturgia antiqua Hiſpanica* (*cap. XI. §. 1. n. 543.*) teſtificatur. Sic autem illa deſcribit ex doctiſſimi viri D. *Petri Camini* VELASCI recenſione.

1. Bre-

(14) Confer *Jacobi Friderici* REIMANNI *Bibliothecam* (*pag. 517. ſeq.*)

1. Breviar. *Muzarab.* Pars 1. *Gothic.* continet partem Pſalterii, Cantic. & Hymn. 11. Pars altera *Gothic.* continet partem pſalterii, officia propria Sanctorum, & Hymnos 111. Pars tertia *Goth.* Quadrageſim. Monet autem idem PINIVS (*num.* 551.) tertium hunc codicem minoris, quam priores duos, eſſe antiquitatis; hanc porro notam charactere rubro expreſſam ei adponi: *Finit hic liber Deo gratias, regnante domino* ALPHONSO *per manus* Ferandi IOANIZ *Presbyteri Eccleſiae Sanctar.* Juſtae, *&* Rufinae *Civitatis* Toleti *in menſe Aprilis*. Praeter *Mozarabicum* haec pauca ad *Hiſpaniam* pertinent in *Fabriciana* recenſione.

GIENNENSE *Hiſpali* typis *Iacobi* CROMBERGERI MDXXVIII. fol.

GRANATENSE, *Granatae* MDXLIV. 8.

HISPALENSE in 4. vetus editio.

OXOMENSE denuo recognitum mandato Reverendiſſ. D D. *Petri* ACOSTA ejus Eccleſiae Epiſcopi. In operis calce legas: *Excuſſum Burgo almae* Oxomenſis *Eccleſiae induſtria, & expenſis Didaci* Ferdinandez a CORDVBA *VI. Idus Aprilis* MDLV. 8.

PLACENTINVM, *Venetiis* apud *Andream, & Iacobum* SPINELLOS MDLIV. 8.

SALMANTINVM in 8. vetus editio

Luſitanica

Adcedunt ex *Luſitania*

BRACARENSE MDXLIX. VI. Kal. Auguſti; deinde a *Roderico* a CVNHA Archiepiſcopo recognitum, *Bracarae* MDCXXXIV. 4.

Et EBORENSE a. MDXLVIII. Hoc autem ab *Andrea* RESENDIO doctiſſimo viro emendatum prodit *Aubertus* MIRAEVS in Script. Saec. XVI. (*cap. CXXXVII.*). Officia porro propria Eccleſiae EBORENSIS ſeorſum prodierunt *Eborae* ex typographio Academico MDCCLII. 4.

Anglicana & Scotica

IX. Pauciora ſunt *Anglicana*. *Sarisburienſe* Breviarium, quod *Portiforium* inſcribitur, prodiit MCCCCXCIX. *Pariſiis* MDXXXI. *Londin.* MDXLIV. & MDLV. 4. iterum *Pariſiis* MDLXVI. duob. volum. in 4. *Duaci* MDCIV. 4. Huic addimus *Aberdonenſe* in *Scotia* impreſſum a. MDCIX. de quo *acta Sanctorum* (*T. II. Apr. p.* 438.). Tandem memorabimus *Romanum* Breviarium lingua *Sclavonica* vulgatum *in Eccleſiarum Liburniae* &c. *quae Ritum* Romanum ſervant, *commodum Romae* MDCXLVIII. 8.

Sclavonica

ARTICVLVS VI.

Breviaria & ordinaria Monaſtica.

Breviaria, & ordinaria Canonicorum Regularium

I. F*Abricianam* Monaſticorum Breviariorum ſeriem heic quoque dabimus meliore ordine diſpoſitam, & aliquanto locupletiorem: quod ſatis erit ſpeciminis cujuſdam gratia. Incipiamus ergo a *Canonicis Regularibus*. Horum Breviarium anno MCCCCLXXXVIII. editum laudat BOLLANDVS. In *Telleriana* autem Bibliotheca indicatum video *Breviarium* CANONICORVM REGVLARIVM S. AVGVSTINI Con-

Digitized by Google

gregationis *Winderbemenſis Antuerpiae* excuſum ab *Henrico* ECKERANO MDXIX. fol. MARTENIVS *Canonicorum Regularium* quoque aliquot ordinaria ſuppeditat; CARNOTENSE S. IOHANNIS ante annos D. ſcriptum, GASTINENSE in dioeceſi *Turonenſi* quadrigentorum annorum, PARISIENSE S. *Crucis* vulgo *dela Bretonnerie* annorum circiter CCCC. demum aliud vetus *Canonicorum Regularium* S. LAVDI. Addit his TROMBELLIVS (*diſſ. Epiſt. in quaſd. veter. Litan. p.* 293.) *Ordinarium Canonicorum Regularium S.* ANDREAE de MVSIANO, quod XII. ſaeculo ſcriptum ſervant *Bononienſes S. Salvatoris Canonici Regulares*.

Benedictinorum generalia

II. Sequuntur BENEDICTINORVM officia. Eorum Breviarium ante trecentos annos MS. *Telleriana* Bibliotheca ſervabat. Novum vero PAVLLI V. & VRBANI VIII. auctoritate editum *Pariſiis* MDCXLVIII. S. duob. volum. *Breviarium* quoque *Monaſticum .... pro omnibus ſub Regula* S. BENEDICTI *militantibus* exiit *Venetiis* MDCXCIV. in 4. Denique *Breviarii Monaſtici ſpecimen ad mentem regulae* S. P. BENEDICTI excudit *Nanceij Jacobus* HAENER MDCCLXXI. Tom. II. in 8.

Peculiaria

His addi velim, quae quarumdam *Benedictinarum* Congregationum ſunt propria, ut Breviarium *ſecundum ritum & morem Congregationis* CASINENSIS *olim* S. IVSTINAE, Venetiis MDLXXXVI. apud *Junctas*; *Rothomagenſe* S. AVDOENI, *Rothomagi* MDCXVI. MDCLIV; BRVNSFELDENSE *Lovan.* MDCVII. 8.; Congreg. CASALIS *Pariſiis* MDXXIV. 8. CASSINENSE Venetiis MDLXXXVI. fol. SANDIONYSIANVM *Pariſienſe*, *Pariſiis* MDL. 8. FISCANNENSE (dioec. *Rothomag.*) ordinarium vetus ab annis circiter 400. deſcriptum, & Breviarium *Rothomagi* MDCXXVII. 8 GEMMETICENSE (ejuſd. dioec. *Rothomag.*) *antiquum ordinarium*, S. GEORGII. (ejuſdem dioec.) ordinarium, S. MELANII vetus editio in 8. PANNONIENSE, *Viennae* MDLXXIX. 8. TEGERNSEENSE MDLXXVII. fol. Illuſtre quoque Benedictinorum Monaſterium *Panormitanum* S. MARTINI plura Breviaria habuit, quorum meminit index a BLASIO editus.

Aliorum Monachorum

III. Ceteri quoque Monachorum ordines ſua habent Breviaria. CLVNIACENSIVM editum fuit *Pariſiis* MDLXXXIV. 8. duob. volum; tum ſtudio *Paulli* de RABVSSON, & *Claudi* de VERT ibid. MDCLXXXVI. 8. (1). *Officium Breviarii ſecundum ordinem Heremi* S. Crucis FONTISAVELLANAE (CAMALDVLENSIVM) ex antiquo codice ejuſdem Heremi in lucem datum eſt ab Auctoribus *Annalium Camaldulenſium Venetiis* MDCCLVI. in Appendice ad *Tom. II.* (*col.* 463.). CARTHVSIENSE Breviarium excuſum eſt *Venetiis* MCCCCXCIX. *Pariſiis* MDXXV. 8. & MDXXXII. *Papiae* MDLX. 8. *Lugduni* MDLXXXVII. 8. Aliud pro domo *Vallis Viridis* prope *Pariſios* ejuſdem ordinis *Carthuſienſis* ſcriptum a. MDXIV. in *Telleriana* Bibliotheca exſtabat.

(1) Multis hoc *Cluniacenſe* Breviarium criticis animadverſionibus vexatum fuit, cum primis *Joh. Baptiſtae* THIERS. De his confer Ephemerides eruditorum virorum Pariſienſes an. MDCCII. Vide etiam DVPINII *Bibliothecam Eccleſiaſticam T. XVIII. p.* 283.) & *Trivultianorum* Patrum litteraria Monumenta a. MDCCXVIII. (*pag.* 286.)

Digitized by Google

bat. CISTERCIENSIVM vero *Pariſiis* MDXXXIV. 12. MDLXXXI. 4. & MDCXVII. 8 CAELESTINI ſuam typis exprimi curarunt *Venetiis* MDVIII. 8. OLIVETANORVM *Venetiis* prodiit MDLXXX. 8. tum *Mediolani* MDCX. 8. apud *Joh. Baptiſtam* PICCALAEVM juſſu D. *Angeli M. Achiſii Mediolanenſis* Abbatis Generalis, probante autem *Paullo* SFONDRATO S.R.E. Cardinale S. CAECILIAE Congreg. *Olivetanorum Protectore* (2). PRAEMONSTRATENSES quoque (ut antiquum eorum ordinarium omittam, de quo MARTENIVS) proprio Breviario utuntur, quod auctoritate *Franciſci a Longo Prato* Abbatis, & cura *Johannis* LEPAIGE *Pariſiis* impreſſum fuit MDXCVIII. & MDCVIII. 8. duob. volum.

IV. Ceterorum ordinum Regularium haec mihi officia innotuerunt. Ac primum officia propria Sanctorum ordinis Eremitarum S. AVGVSTINI, *Genuae* apud *Benedictum* GVASCVM MDCXXXII. 12. DOMINICANORVM deinde cum Breviarium (3) MDXIV. (quae editio raris libris a *Theophilo* SINCERO, aliiſque adnumeratur), *Venetiis* MDLVI. 8. *Venetiis* apud IVNCTAS MDLXXXIV. 16. *Romae* MDCVII. ex typographia *Alfonſi* CIACCONII 4. & MDCXI. 8. tum *diurnum Romae* ex eadem CIACCONII typographia MDCVI. 8. divulgatum. CARMELITARVM vidi *caeremoniale divini officii* ſecundum ordinem Fratrum S. Virginis MARIAE de monte CARMELO P. M. *Sebaſtiani* FANTONI ejus *ordinis Prioris* Generalis juſſu editum (duobus libris) *Romae* apud *Guillelmum* FACCIOTTVM MDCXVI. 4. Eorumdem Breviarium *Venetiis* apud IVNCTAS MDXLII. fol. & MDLXXIX. 8. item appellati Generalis FANTONI auctoritate ibidem MDCXXII. 8 impreſſum fuit CARMELITIS quoque DISCALCEATIS ſuum eſt *Manuale diurnorum officiorum Salmanticae* apud *Antonium* RAMIREZ MDCXVI. 4. Eorum vero *officia propria Pariſiis* MDCLXVI. in 8. praelo commiſſa ſunt. *Ordo recitandi in feſtis, & infra octavas Sanctorum, ac Beatorum* exſtinctae SOC. IESV *Neapoli* ex *Aegidii* LONGHI typographio MDCXXX. 8. emerſit; *Proprium* vero ejuſd. SOCIET. per Provinciam *Bohemiae*, ſeu *officia Sanctorum, quae tum* SOCIET. IESV, *tum triplici Provinciae* Bohemiae *dioeceſi* Pragenſi, Olomucenſi, & Wratislavienſi ſunt propria *Pragae* typis Univerſitatis *Carolo-Ferdinandae* MDCLXXIX. 8. *Proprium* denique *Sanctorum & Beatorum* SOCIET. IESV *juxta ritus in eadem* SOCIETATE *ſervandos* hoc titulo *Romae* MCCIX. 12 ac titulo paullulum imutato ſaepius prodiit, ut *Venetiis* MDCCLXIV. 12. & *Wirceburgi* MDCCLXIX 8. Fratrum MINORVM Breviarium *Pariſiis* MDVI. 8. MDCXIV. & MDCXXIX editum a FABRICIO indicatur, a WALCHIO *Moguntiae* MDCLXXVI 8.; *Officia* autem *propria Romae* MDCXLII. ex typographio *Ludovici* GRIGNANI 8. habuimus. SERVORVM B. Virginis Breviarium lucem adſpexit a. MD-

Ceterorum Regularium ordinum

(2) Idem in folio fuit etiam editum, ejuſque exemplum *Telleriana* Bibliotheca indicat.

(3) Breviarii *Dominicani*, quod primum a. MCCLIV. confectum fuiſſe GRANCOLASIVS ait (*comm. hiſt. in Breviar. lib. 1. cap. 14. p. 44.*) confirmatio a CLEMENTE IV. anno MCCLXVII. edita exſtat apud MARTENE (*T. II. Anecdot. pag. 502. ſeq.*)

MDCXXXIV. Denique ut huic recenſioni modus aliquis adhibeatur, *officia propria* Sanctorum Ordinis & Congregationis VALLIS VMBROSAE prodierunt *Romae* typis CASALETI MDCCLXXIV. 4. Addantur his 1. Breviarium ordinis TEVTONICI Sereniſſ. Archiducis MAXIMILIANI juſſu & auctoritate reſtitutum, & ad uſum *Romanae* Eccleſiae revocatum, *Oeniponti* in typographia Aulica MDCX 4. 2. Breviarium HVMILIATORVM inſcriptum D. *Hieronymo* TORGIO Congreg. generali Miniſtro a Fr. *Maximo* VICECOMITE ejus Claſſis Praepoſito, *Mediolani* ex officina *Joh. Antonii* CASTILLONEI MDXXXVIII. 8.

Denique Sanctimonialium

V. Ad Sanctimoniales demum pertinet *officium nocturnum Deo conſecratarum Virginum obſervantium Reformationem* FONTIS EBRALDI praeter veterem editionem in membranis, *Pariſiis* apud *Henricum* STEPHANVM MDXV. 4. & apud *Simeonem* VOSTRE MDXVI. fol. & 8. duob. volum. item MDLXXXVI. In *Colbertina* autem Bibliotheca indicatur *Proprium Ordinis B. Virginis ab Angelo ſalutatae*, *Burdigalae* MDCXVII. in 8. & *Antuerpiae* MDCXXIV. 4. Proprium S. CRVCIS *Pictavienſis*, *Pictavis* MDCXXIX. 8. Proprium S. RADEGVNDIS, *Pictavis* MDCLXIII. in 8.

ARTICVLVS VII.

Singularium aliquot officiorum Libelli.

Octavarium Romanum

I. SUpereſt, ut pauca de quibuſdam peculiaribus officiis dicam. In primis autem memorandum eſt OCTAVARIVM Feſtorum, auctore celeberrimo *Bartholomaeo* GAVANTO ſaepius excuſum. *Neapoli* apud *Lazarum* SCORIGIVM MDCXXVIII 8. *Venetiis* apud IVNCTAS MDXXIX. 8. ibidem MDCCXIII. ſumptibus *Paulli* BALLEONII 4.

Officium hebdomadae Sanctae

II. Nec praetereundum officium *hebdomadae Sanctae*. Infinitus ſim, ſi omnes ejus editiones perſequi velim. Mitto *Venetam* a. MDLXV. apud LIECHENSTEIN. Alexander MAZZINELLIVS pulcherrimam *Romae* dedit cum Italicis iiſque eruditis animadverſionibus. Ex his ferme, licet contractis confectum fuit officium *hebdomadae Sanctae*, quod *Venetiis* MDCCLVIII. REMONDINIVS vulgavit hoc titulo. *Uffizio della Settimana Santa colle Rubriche volgari, colla ſpiegazione di tutte le cirimonie, cogli argomenti delle Piſtole, de' Vangeli, e de' Salmi, e con brevi annotazioni, che ne dichiarano i ſenſi*. In quibuſdam hujus libri exemplis nullus auctor adſcribitur; in aliis additum eſt: *opera poſtuma del M. R. P.* Giovan Michele CAVALIERI *Agoſtiniano*. Caveat porro Lector, ne mendaci titulo decipiatur. CAVALERIO viro eruditiſſimo ſolum ad addendam operi auctoritatem Libellus hic ſuppoſitus fuit. Ego illud properanter concinnavi; idque non eo dico, quod mihi ereptum doleam nullius certe gloriae libellum, ſed potius, ne ſiquid in eo peccatum ſit, viro ſummo, & in rebus ad ſacros ritus pertinentibus exercitatiſſimo tribuatur. Idem REMONDINIVS a. MDCCLXIII. edidit *Uffizio della Settimana Santa latino volgare con la ſpiegazione in Italiano delle coſe tutte in eſſo contenute, opera nuova d' un pio, e dotto Frate* Oſſervante *dell' Ordi-*

ne

Digitized by Google

ne de' Minori, quem PAITONIVS T. V. ſuae *Bibliothecae degli Autori Greci*, e *Latini volgarizzati* (*p.* 199.) eſſe indicat P. F. *Flaminium* PARMENSEM. *Galli* quoque ſuas habent hujus libelli verſiones. Duae in *Colbertina* Bibliotheca adnotantur. Sunt hae 1. *Office de la Semaine Sainte* (*latine & Gallice*) *par* Auguſtin LVBIN, *Pariſiis* MDCLXX. 12. 2. *Les Saintes Tenebres en vers François avec le latin a coté*, *par* Louis CHARPY de *Saute-Croix*, ibid. eodem anno 12. Tertiam addo, cui titulus: *l'office de la Semaine Sainte . . de la traduction de M. de* MAROLLES, *enſemble l'explication des ſacres myſteres par Fr.* Daniel de CINGONGNE' *de l'Ordre de S.* FRANCOIS. *Lugduni* apud *Adam* DEMEN MDCLXXIV. 8.

Officium B.V.M.

III. Quid vero dicam de officio B. M. V.? Hoc titulo *Venetiis* MDXLV. in officina *Franciſci* MARCOLINI in 8. excuſum fuit, *Venetiis*. MDLXXVI. 12. apud *Dominicum* NICOLINVM, & *Antuerpiae* MDCLII. *Horas in Laudem Virginis* MARIAE *Gallicae* editiones ſaepius appellant, ut *Pariſienſis* MDI. 4. apud KERVER, alia item *Pariſienſis* pulcherrima, quae in *Romani* Collegii Bibliotheca ſervatur a. MDXXXI. per *Gotifredum* TORINVM BITVRIGICVM 8., & *Lugdunenſis* apud *Gulielmum* ROVILLIVM MDLX. 4., immo etiam in ejuſmodi libellis, qui *ad uſum Eccleſiae* SARVM impreſſi ſunt, *Londini* MDII. 4. & *Rothomagi* MDLVI. in 8., *Horas* titulus praeſefert. Plures in *Italicum* ſermonem hoc officium verterunt, quos appellatus PALTONIVS recenſet (*p.* 209. *ſeq.*) Antiquiorem tantummodo proferam, quem docet editionis titulus: *officio della B. V. M. tradotto, e compoſto* (*in terza rima*) *da* Mario FILELFO *Poeta Laureato* in Venezia *per* Bernardino *di* CVORI MCCCCLXXXVIII. 16. Contra *Latinis* illud verſibus reddit *Matthaeus* RICCA hoc titulo: *officium B M. V. illuſtratum Poetica paraphraſi cum lacrymis* DAVIDIS, *ſeu Pſalmis Poenitentialibus*, Monteregali MDCXCIII. ex typographio *Vincentii & Joh. Baptiſtae* Fratrum de RVBEIS 8. *Gallice* verſum, ac praenotatum *Heures a la louange de la Vierge ſelon l'uſage de* Rome *Pariſiis* prodiit in 4. MDXXVI., item inſcriptum *office de la Vierge*, *ou Heures d'* HENRY III. MDLXXXVI. 4. triplici autem idiomate *latino*, *Gallico*, & *Italico Venetiis* a. MDCCXLIII. praenotatum: *officio di* MARIA *Vergine Madre di Dio in linguaggio latino*, *Franceſe*, *ed Italiano in* 12. *Italica*, itemque *Gallica* hujus editionis interpretatio ex *officio Pentaglotto B.* MARIAE *Virginis*, quod Cl. *Iannarius* XISTVS *Neapoli* in lucem emiſerat a. MDCCXXXI. apud *Felicem Carolum* MOSCA in 12. Idiomata, quibus *Pentaglotton* hocce officium conſtat, ſunt *Hebraicum*, *Graecum*, *Latinum*, *Italicum*, & *Gallicum*. De *Itala* vero interpretatione haec XISTVS lectorem monuerat: „ *Italam*
„ porro interpretationem aut ex ipſo *Hebraeo* textu, aut ex *vulgata*,
„ aut ex *Septuagintavirali* interpretatione perſequuti ſumus, adſcitis,
„ quum opus facto eſſet, interpretibus: Carmina Pſalmiſtae *Etruſci* au-
„ ctore *Laureto* MATTHAEO, quia minime hiulca, aut inficeta vide-
„ bantur, libenti animo uſurpavimus in locum Canticorum, trium ſci-
„ licet puerorum. ZACHARIAE, SS. Virginis Deiparae, nec NON
„ SIMEONIS. Idem fecimus de lectionibus, Capitulis, atque Oratio-
„ nibus, adjectis quoque Litaniis, quas omnes e quodam Anonymo han-

„ ſimus

„ ſimus, qui dudum Venetiis *Marianum* totum officium edidit verſibus „ Italicis, nulla interpoſita ſoluta oratione. Quod vero adtinet ad Hym- „ norum verſionem malui *Ioſephum* NOZZOLINVM oppido in hac „ parte celeberrimum, quam quemvis alium ſequi.„ Non omittam *officium B. M. V. juxta ritum* Ord. Praed. *ſub ven.* P. F. Nicolao RODVLFIO *ejuſd. Ord. Gen. Magiſtro Romae* MDCXXXVIII. ex typographio *Manelphii* MANELPHII. 12.

Officium defunctorum

IV. Officium defunctorum ſaepius excuſum ſeorſum novimus. Unam ego recentem editionem heic adſcribam, cui titulus: *officium defunctorum juxta Rituale* Romanum, *additis ex Miſſali* Romano *iis, quae in Miſſa defunctorum a Choro cantantur, juxta antiquos Mſs. codices emendatum, & auctum*. Editio *noviſſima, in qua praeter alia quaedam acceſſere alia Miſſa in cantu, nec non inſtructio in Agenda Defunctorum, ac nonnulla S. R. C. dacreta ad officium defunctorum ſpectantia*, Veronae 1750. apud Joh. Baptiſtam Saraceum.

Officia aliqua ſingularia

V. Edita quoque ſunt plurima ſingularium Sanctorum officia. Pauca de multis haec ſunt.

Officium de S. ASPASIO *Melodunenſium* Patrono *Paris.* MDCXXII. 4.

Officium S. IACOBI *Pariſiis* MDLXXXI. 8.

Officium SS. IACOBI Apoſtoli, CAROLI M. CLAVDII, & EVSTACHII *Pariſiis* apud *Sebaſtianum* CRAMOISY MDCLII. 4.

L' Office de trois MARIES, Liber *Gothicis*, quos dicimus, characteribus impreſſus 4.

Officium PASSIONIS IESV CHRISTI ex oraculis Prophetarum deſumptum, *Antuerpiae* ex officina *Plantiniana Balthaſaris* MORETI MDCXXX. 12.

Officium *quinque PLAGARVM* D. N. J. *Chriſti* editum à S. BONAVENTVRA, *Romae* typis *Iacobi* MASCARDI MDXXIII. 16.

Office du S. SACREMENT (*lat. & Gallice*) avec la tradition de l' Egliſe touchant l' Euchariſtie *Pariſiis* apud le PETIT MDCLIX. 8.

Officium S. VERANI *Cabellionenſium* Patroni ordinatum cura OCTAVII Epiſcopi *Cabellionenſis*. MS. in Bibliotheca *Telleriana* 4.

Nec plura de his.

CA-

Digitized by Google

CAPVT V.

RITVALES LIBRI

ARTICVLVS I.

Rituales Libri Graecorum.

I. Rituales *Graecorum* libri uno fere *Euchologio* continentur. Complectitur autem ritus, & ordines divinae Liturgiae, variorum officiorum Eccleſiaſticorum tum matutinorum, tum veſpertinorum, formulas ordinationum, Sacramentorum, Baptiſmatis &c. cum benedictionibus, & Orationibus cuilibet perſonae, ſtatui, vel tempori congruis, praeter integras BASILII, CHRYSOSTOMI, & *Praeſanctificatorum* Liturgias. Exſtat *Gr.* MS. in biblioth. *Vindob.* (*Cod. Theol. juxta* LAMBEC. 327. *juxta* NESSEL. 286. *num.* 2. a *fol.* 29. *uſque ad fol.* 308.). Omnium antiquiſſimum videtur illud in Bibliotheca *Barberina* adſervatum in membranis, quadratis litteris, ante nongentos & plures annos adcuratiſſime deſcriptum, de quo ALLATIVS (*de libr. Eccleſ. Graecorum pag.* 96.) Vocari porro conſuevit *Euchologium Barberinum* S. MARCI, quod ex *Florentina* S. MARCI Bibliotheca fuerit olim in *Barberinam* translatum. Complura eiuſdem *Euchologii* MSS. exempla in *Coisliniana*, *Vaticana*, aliiſque Bibliothecis deliteſcunt. Praeterea in Archivo Monaſterii *Cryptae Ferratae* exſtat Codex *Euchologium Patriarchale* nuncupatum. Magnus Cardinalis BESSARION primus illius Monaſterii Abbas, ut ajunt, *Commendatarius* illum ejuſdem Coenobii Monachis teſtamento legavit; ipſe autem dono habuerat a celebri Cardinale *Juliano* CAESARINIO, cui in *Florentino* Concilio a Sacerdote *Georgio* VARII *Creteuſe* donatus fuerat. *Pretioſum* BENEDICTVS XIV. in epiſtola, de qua mox dicam, vocat hunc Codicem ab ARCVDIO laudatiſſimum, neque injuria, quamvis *Johannes Baptiſta* CATVMSYRITVS in libro, quem anno MDCXXXII. praenotavit: *Vera utriuſque Eccleſiae Sacramentorum Concordia, Crypto-Ferratenſe Euchologium*, ut erat in ARCVDIVM furore percitus, *falſum Euchologium* appellet, in quo nihil de confirmatione, nihil de Extremae unctionis Sacramento innuatur (1)

Euchologium

MSS. ejus Codices

II. Editum eſt a *Graecis Euchologium Venetiis* non ſemel, nempe ann. MDXXVI. MDXLIV. MDL. MDLIII. MDLX. apud *Chriſtophorum* ZANETTI; MDLXVI. apud *Andream* IVLIANI, MDLXX. MDLXXI. MDC. MDCII. MDCXVI. MDCXXII. MDCXXIX. MDCXXXVIII. MDCXLII. Hujus poſtremae editionis curam in ſe ſuſcepit THEOPHYLACTVS *hieromonachus*, qui illam ſe recognoviſſe, a mendis, quae in priores irrepſerant, repurgaſſe, nonnulliſque orationibus auxiſſe gloriatur. Verum omnium diligentiam ſuperavit *Iacobus* GO-

Editiones ante correctionem Romanam

(1) Confer *Richardi* SIMONIS *Bibliothecam criticam* (*T. III. pag.* 127.)

AR *Pariſinus*, Ordinis *Praedicatorum*, qui diuturnis habitis *Romae*, quo ad id venerat a. MDCXL. collationibus cum inſignibus doctrina viris, & *Graecarum* rerum longe peritiſſimis *Leone* ALLATIO, *Baſilio* FALASCA Ordinis *Baſiliani* Procuratore Generali, *Georgio* CERESIO, & *Pantaleone* LIGARIDIO, conquiſitis praeterea undique codicibus tum editis, tum manuſcriptis, omnes hujus Euchologii formulas, & διατάξεις recenſuit, ac digeſſit, variantes lectiones collegit, non paucas orationes, & integra officia ex MSS. *Euchologiis* addidit, verſionem latinam adornavit, notis eruditis, figuris aeneis, & onomaſtico illuſtravit. Editionis, quam tamen ex MS. Caeſareo valde ſuppleri poſſe notat LAMBECIVS (L. *V. pag.* 87.), hic titulus: Ευχολογιον, *ſive Rituale* Graecorum, *complectens ritus, & Ordines divinae Liturgiae officiorum, Sacramentorum, benedictionum, funerum, orationum*, cetet. *cuilibet perſonae, ſtatui, vel tempori congruos juxta uſum* Orientalis *Eccleſiae*, *interpretatione latina, aeneis figuris, & obſervationibus illuſtratum*, *Pariſiis* MDCXLVII. fol. ac *Venetiis* MDCCXXX. fol. Prius tamen *Venetiis*, anno nempe MDCCXXVII. apud *Nicolaum* SARO excuſum fuerat *Euchologium* in 4. a *Goariano* diverſum. *Ruſſice* vertit *Petrus* MOGILAS Metropolita *Kiyovienſis*, ediditque MDCXLVI.

Romana ejus correctio

III Quum tamen in hoc *Euchologium* multos irrepſiſſe errores non pauci conquererentur, prodiit tandem illud *Romae* MDCCLIV. diligenti cura emendatum. Hujus *Romanae* correctionis hiſtoriam dabimus verbis BENEDICTI XIV. in doctiſſima ad *Archiepiſcopos*, *Epiſcopos*, *alioſque Ritus* Graeci *Eccleſiaſticos* epiſtola ſcripta Kalendis Martiis a MDCCLVI. „ PHILIPPVS IV. *Hiſpaniarum* Rex Catholicus is fuit, qui ſub „ annum MDCXXXI. habito ad Apoſtolicam Sedem recurſu, ex„ poſuit, delatum ſibi eſſe a *Graecis* nostris ditionis ſuae Terras inco„ lentibus, editum fuiſſe a *Graecis* ſchiſmaticis *Euchologium* pluribus er„ roribus vitiatum (2), ſimulque rogavit, ut abſurdis, quae inde ma„ nare poſſent, opportunis remediis occurreretur. Summus autem Pon„ tifex VRBANVS VIII. ſtatim egregio operi manum admovit, de„ putata ad *Euchologii* correctionem peculiari Congregatione, cui & ip„ ſe primum nonnullos S. R. E. Cardinales, *Romanaeque* Curiae Prae„ latos, atque Theologos magni nominis adſcripſit; & alios per or„ bem tunc maximae Eccleſiaſticae eruditionis laude praeſtantes viros, „ eidem Congregationi adſcribendos, *Romam* acivit. Inter hos vocatus „ fuit *Dionyſius* PETAVIVS Presbyter *Societatis Ieſu* in *Galliis* degens, „ qui tamen juſtiſſima adfectae aetatis excuſatione uſus fuit, ne tantum „ iter arriperet, & *Iohannes* MORINVS *Gallicani Oratorii* Presbyter, „ qui & ad urbem acceſſit, & pluribus ſeſſionibus interfuit, in quibus „ multa ſcitu digna protulit, ad rem recte inſtituendam, dirigendamque „ que opportuna. Summum profecto ſtudium, ac diligentiam in de„ man-

(2) Id potiſſimum factum eſt artibus *Johannis Baptiſtae* CATVMSYRITI, qui *Graecos* ARCVDII adſeclas Comiti de CASTRO PHILIPPI IV. *Hiſpaniarum* Regis ad Apoſtolicam Sedem Oratori detulerat, veluti Sacramentorum Romano-Catholicae Eccleſiae corruptores. Vide SIMONIVM (*l. c. pag.* 224. ſeqq.)

„ mandatum ſibi opus contulerunt ii, qui Congregationem ab VRBA-
„ NO Pontifice deputatam conſtituebant; eorumque curas, atque labo-
„ res innuit *Leo* ALLATIVS, quum de *Graeco Euchologio* ſermonem
„ habens ita ſcripſit: *De libro plura poſſem referre, & examinare: verum-*
„ *tamen quum ſub cenſura & judicio acerrimorum virorum ſiet, ſententiam*
„ *de eo veram, & judicium infallibile expecto*. Et quidem duae ſupra octo-
„ ginta ſeſſiones inter eos habitae fuerant, ut olim teſtatus eſt Cardi-
„ nalis *Franciſcus* BARBERINVS *ſenior* in Congregatione *de Propa-*
„ *ganda Fide*, quae die 23. Januarii anni MDCXLV. coacta fuit coram
„ INNOC. Papa X. paullo poſt obitum illius deceſſoris VRBANI ejuſ-
„ dem Cardinalis Patrui. Non ideo tamen abſoluta fuit *Euchologii* emen-
„ datio, nec nova editio confici potuit. Subſequentium Pontificum tem-
„ pore propoſitum opus numquam omnino fuit deſertum, ſed parum,
„ lenteque promotum; dum novis, ut adſolet, negotiis ſupervenienti-
„ bus, incoeptorum antea exitus, & finis retardatur. Quum autem Deo
„ optimo Maximo viſum fuerit Nos, licet immerentes, ad ſummum
„ Pontificatum evehere, inter primas, quas libenter adſumpſimus, cu-
„ ras, haec fuit de correctione librorum *Orientalis* Eccleſiae, praeſertim
„ vero *Euchologii Graecorum*. Quare ut optatam nobis meram aliquando
„ contingere liceret, haec, quae ſequuntur, per Nos tempeſtive edita,
„ & exequutioni diligenter tradita fuerunt. Primum itaque collecta, &
„ in ordinem digeſta ſunt Acta Congregationum, quae ſub VRBANO
„ VIII. & ſucceſſoribus Pontificibus habitae fuerant, ut comperta fie-
„ ret captarum reſolutionum ſententia, quantumvis illae Pontificia con-
„ firmatione roboratae non fuiſſent; neque enim umquam ad ſummos
„ Pontifices facta adparebat earum relatio, ſed in opportuniora tempo-
„ ra, juſtis fortaſſe de cauſſis, dilata. Deinde quum jam omnes e vi-
„ vis exceſſiſſent, quicumque olim adſcripti fuerant praedictae Congre-
„ gationi ad *Euchologii* correctionem inſtitutae, Nos alios S. R. E. Car-
„ dinales, & Conſultores ad graviſſimum opus urgendum deputavimus
„ e Cardinalibus nimirum bo. me. *Antonium Xaverium* GENTILI, *Phi-*
„ *lippum* MONTI, *Ioacimum* BESOZZI, & *Aloyſium* LVCINI, reſpe-
„ ctive nuncupatos, qui omnes jam ex hac vita migrarunt; Congrega-
„ tionis autem Praefectum conſtituimus dilectum filium Noſtrum *For-*
„ *tunatum* Presbyterum Card. TAMBVRINI nuncupatum, qui ſoſpes
„ vivit; Conſultores vero deſignavimus dilectos Filios Fr. *Auguſtinum* OR-
„ SI Ord. *Praedic.* Palatii Noſtri Apoſtolici Magiſtrum, *Leonardum*
„ TSCHIDERER *Societ. Ieſu*, *Thomam* SERGIVM e *Piis Operariis* Sa-
„ cerdotem, & *Dominicum* TEOLI Presbyterum *Romanum*, quorum ali-
„ qui ſuperſtites ſunt, alii ſupremum diem obierunt; denique ejuſdem
„ Congregationis Secretarium elegimus dilectum Filium Magiſtrum *Ni-*
„ *colaum* ANTONELLVM Praelatum Noſtrum domeſticum. His omni-
„ bus praeſcriptum fuit, ut certis recurrentibus diebus inter ſe conve-
„ nientes, de rebus eorum cognitioni delegatis tractarent; id quod per
„ integrum decennium exactiſſime praeſtitum fuit. Quum autem olim
„ controverſia fuiſſet de methodo in examine rerum ſervanda; cenſen-
„ tibus nonnullis, ut ante omnia de Sacramentorum formis inquirerent,
„ aliis vero ſuadentibus, ut ſecernerentur ea, quae ſunt Epiſcoporum

 „ pro-

„ propria: Nos hujuſmodi controverſiam de medio ſuſtulimus, jubentes „ do, ut *Euchologii* reviſio, & correctio, a prima illius pagina ad ſubſequentes gradatim produceretur, eodem ordine, quo *Euchologium* ipſum „ conflatum, impreſſumque conſpicitur. Denique praefato Congregationis Secretario id oneris impoſuimus, ut ante ſingulas ſeſſiones, folium efformaret, non modo cuilibet ex Cardinalibus, & Conſultoribus, qui conventuri erant, ſed Nobis etiam, qui omnibus de rebus in „ Congregatione diſcutiendis certiores fieri volebamus, opportune tradendum; quo in foliis, indicatis proponendarum rerum capitibus, adnotaretur primo quidquid ſuper illis expenſum, atque concluſum fuerat in „ Congregationibus habitis ſub Praedeceſſoribus Pontificibus, quatenus „ in anteactis Congregationibus de ipſis agi contigiſſet: deinde ea, quae „ circa hujuſmodi quaeſtiones in Theologorum libris conſcripta, & in „ Eccleſiaſticis monumentis relata haberentur....... Quae autem a Nobis demandata fuiſſe ſuperius innuimus, ea undequaque impleta fuerunt: nec ſatis dici poteſt, quam adſidua diligentia, & labore omnes „ Congregationem conſtituentes operi conficiendo incubuerint. Praedictus vero Secretarius, non ſolum ante ſingulas inter eos habendas „ ſeſſiones, injuncta ſibi folia docte, & ſapienter elucubravit, Nobiſque „ exhibuit; verum etiam poſt habitas ſeſſiones hujuſmodi Congregatorum ſententias, atque reſolutiones referre Nobis non omiſit; Nos „ autem omnibus perlectis, & mature penſatis, eaſdem, prout in Domino expedire viſum eſt, adprobavimus, & confirmavimus. Et hac „ quidem ſervata methodo, abſolnta eſt *Euchologii* correctio, & nova, „ ut diximus, ejuſdem editio a. MDCCLIV. typis Congregationis de „ *Propaganda fide* impreſſa eſt. „

IV. Initio dixi, Rituales *Graecorum* Libros *uno* FERE *Euchologio contineri*. Nam ex majori Euchologio deſumptum eſt in uſum Sacerdotum *συνταγμα τινων αναγκαιων ακολυθιων καθ εκαςην ανηκυσων τω ιερει συλλεγεισων εκ τυ ευχολογιυ necceſſariorum quorumdam officiorum ad Sacerdotem pertinentium, & ex Euchologio deſumptorum collectio*. In hac collectione continentur officium veſpertinum, & *τυ ορθρου*, ſive *Laudum*, Α'ποςολοευαγγελια, ſive *Epiſtolae*, & *Evangelia* in varias commemorationes Sanctorum, ordo *τυ μικρυ αγιασμυ* pro parva benedictione, ordo communis invocationis in Sponſalibus, *ακολυθια τυ ςεφανωματος*, ſeu in coronatione ſponſarum, in bigamum, preces in puerperam primo partus die, preces pro obſignando puero octavo die poſt partum, preces in puerperam quadrageſimo die, ordo ſacri Baptiſmatis, & alia quaedam quotidiani uſus. Editum eſt hoc *ſyntagma* eleganter rubricatum, curante *Emanuele* GLYZONIO, *Venetiis* apud Franciſc. IVLIANVM anno MDXCV. 4. item *Venetiis* MDCXXXVI. 4.

V. *CAVEUS in diſſertatione *de libris & officiis Eccleſiaſticis Graecorum* ex variis *Euchologii* ordinibus neſcio quot officiorum titulos erudite quidem, ſed praeter argumenti, in quo verſabatur, inſtitutum efformavit, quum tamen numquam fuerint ſeorſum vulgati. Unum tamen inde decerpam propter ingens Caeſarei Codicis diſcrimen. De ΣΧΗΜΑΤΟΛΟΓΙΩ loquor, quod continet *την πασαν ακολυθιαν* ſive totam ordinem ſumendi habitus Monaſtici. Edidit varia, quae huc ſpectant

offi-

officia, in *Euchologio* ſuo Cl. GOARIVS. Habetur 1. Ἀκολουθία εἰς ἀρχάριον ῥασοφοροῦντα *officium in novitium habitum monaſticum ſuſcipientem* (*p.* 468.) ubi notae, & variantia exemplaria exhibentur 2. Ἀκολουθία τοῦ μικροῦ σχήματος ἤτοι τοῦ μανδύου, *officium parvi habitus, ideſt mandiae* (*p.* 473.). Et quod mulieribus ſimili veſte conſecrandis peculiare eſt, (*ibid. p.* 496.) 3. Ἀκολουθία τοῦ μεγάλου, καὶ ἀγγελικοῦ σχήματος, *officium magni, & Angelici habitus* (*p.* 499.) cui variantes lectiones, notaeque eruditae ſubjiciuntur. Exſtat MS. hoc σχηματολόγιον Biblioth. *Vindob.* (*Cod. Theol. juxta* LAMBEC. 327. *juxta* NESSEL 286.) Verum inter editionem illam impreſſam, & codicem MS. *Caeſareum*, magnam eſſe differentiam notat Cl. LAMBECIVS.

ARTICVLVS II.

Rituales libri Orientalium.

I. O*Rientalium* Rituales libros quum breviter adnotare adgredior, occurrit ſtatim Rituale *Coptitarum latine* redditum ab *Athanaſio* KIRKERIO, quod *Symmictis* ſuis *Leo* ALLATIVS adtexuit. Hujus *Ritualis* praeter *Vaticanos* Codices exemplum MS., quod *Joſeph Aloyſius* ASSEMANVS magni fecit, ſervat *Romana Aethiopum* Eccleſia S. STEPHANO ſacra. Praeterea *Romae* MDXLVIII. in 4. prodiit *modus baptiſandi, Preces, & Benedictiones, quibus utitur Eccleſia* AETHIOPVM ex lingua *Chaldaea*, ſive *Aethiopica in latinam* converſae a *Petro* Abbate *Aethiope*. Recuſus fuit hic libellus *Lovanii* (1) apud *Martinum* VERHASSELT MDL. 4. hoc ampliore titulo: *Modus baptiſandi, preces, & benedictiones, quibus Eccleſia* Aethiopica *utitur, quum Sacerdotes benedicunt Puerperae una cum infante Eccleſiam ingredienti poſt quadrageſimum puerperii diem. Item orationes, quibus iidem utuntur in Sacramento Baptiſmi, & Confirmationis. Item Miſſa, qua communiter utuntur, quae etiam* Canon univerſalis *appellatur, nunc primum ex lingua* Chaldaea, *ſive* Aethiopica *in* latinam *converſa*. Hinc in *Bibliothecas Patrum* illatus fuit. Verum ASSEMANVS, quem laudavi, primus fuit, qui ex *Vaticanis* Codicibus, & MS. *Aethiopico* S. STEPHANI *Coptice* & *latine* evulgarit ordinem *ad faciendum Catechumenum* (*Codic. Liturg. Lib. I. pag.* 141.) Ordinem *Baptiſmi* (*Lib. II. pag.* 150) Ordinem *Confirmationis* (*Lib. III. pag.* 82.). Mirum tamen eſt, Cl. Virum indicatum *modum baptiſandi* praetermiſiſſe, quum tamen non plane idem *Aethiopum* ritus ſit, qui *Coptitarum*. Poſtea Rituale *Romae* vulgatum habuimus MDCCLXIII.

Rituale Copticarum, & Aethiopum

II. COPTITIS ARABES ſubjungimus. Euchologium *Arabicum* nihil fere a *Graeco* diſtare monet Card. BONA, qui in *Analectis Liturgico-ſacris* (*pag.* 361. *ſeqq.*) plura in illud eruditiſſime animadvertit. ARMENORVM vero (nam & de his dicendum) Ritualis liber *Maſtoz Doctoris* nomine inſignitus non ſemel typis *Armenis* lucem vidit, ut *Conſtan-*

Arabum

Armenorum

(1) In Bibliogr. tamen D. Le BVRE p. 161. Volum. *Theol.* non *Lovanii*, ſed *Bruxellae* nomen occurrit: fortaſſe eidem libro diverſus titulus aptatus eſt, ut & *Lovanii*, & *Bruxellarum* nomine ejus editio praenotaretur.

ſtantinopoli die 23. Julii, anno *Armenorum* 1163. Chriſti 1714. *Armeno-latine* primum ASSEMANVS publica luce donavit *ritum faciendi Catechumenum Eccleſiae* Armenorum (*Cod. Liturg. Lib. I. p.* 168.). Officium ſancti Baptiſmi (*Lib. II. pag.* 194.), & ordinem Confirmationis (*Lib. III. pag.* 118). Habent praeterea *Armeni* Catholici alium Ritualem Librum MS. ſed ex Ritualibus *Romano*, & *Armeno* conflatum.

Chaldaeorum III. Libri CHALDAEORVM Rituales in Vaticanis Codicibus deliteſcunt. Qui recentiores ſunt, a IOSEPHO I. Patriarcha exarati ſunt, exſtantque *Cod. Syr. Amid. X. & XII.* Ex his *Chaldaice*, & *Latine* in *Codice Liturgico Joſephi Aloyſii* ASSEMANI primum prodiit (*Lib. I. p* 174.). *Ritus* faciendi Catechumenum Eccleſiae *Chaldaeorum*, & *Malebarorum*; (*Lib. II. pag.* 211.) Ordo Sancti Baptiſmi, & (*Lib. III. pag.* 136.) Ordo Confirmationis. *Joſephus* quidem SIMONIVS ASSEMANVS *Joſephi Aloyſii* patruus eruditiſſimus hunc ritum (*T. III. Biblioth. Orient. P. II.*) vulgaverat; orationibus tamen, aliiſque pro ſuo inſtituto non tam relatis, quam indicatis. Monet autem idem *Joſephus Aloyſius* in *praefatione ad librum primum*, Ordines iſtos expoſitos fuiſſe ab EBEDIESV Epiſcopo *Sobenſi* ſaeculi XIII. vergentis Scriptore, a *Georgio* ARBELAE, & MOSVLI Metropolita, qui ſaeculo XIV. ineunte, Patriarcha *Neſtorianis* praefuit; *ex quorum*, inquit *dilucidationibus, quae non ſunt expreſſae, Rubricae ſupplendae ſunt*. *Joſephus* ADIABENVS *Neſtorianorum* Patriarcha ſaeculo VII. ritus *Neſtorianorum* recenſuerat, atque ordinaverat.

Syrorum IV. Jam de *Syris* dicendum, quo nomine idem *Joſephus Aloyſius* ASSEMANVS comprehendit *Syros* omnes *Maronitas*, ſeu orthodoxos, & *Jacobitas*, ceteroſque heterodoxos, antiquoſque *Melchitas*, qui omnes unum ritum ſectantur ab Eccleſia *Hieroſolymitana* profectum. Ac *Syrorum* plures *Rituales* libri *Vaticanis* Codicibus continentur. In his *Ordo Baptiſmi, qui a Chriſto Domino traditus Apoſtolis dicitur*. „ Videtur, „ inquit ASSEMANVS (*Praef. in Lib. I. Cod. Liturg.*) fuiſſe Eccleſiae *Hieroſolymitanae*, qui quum in ſola *Graeca* lingua ſuperſtitiſſet, VII. Eccleſiae ſaeculo a *Jacobo* EDESSENO celeberrimo *Monophyſita* Doctore, (quem ceu Sanctum *Jacobitae* venerantur, immo & nonnulli *Maronitae* ignorantes Orthodoxum illum opinantur) in *Syriacum* Sermonem converſus fuit, in quo, ni conjectura me fallit, primitus conſcriptus fuerat, vel traditus. A *Hieroſolymitana* namque Liturgia *Orientales* omnes & *Occidentales* originem traxere. *Gregorius* BARHEBRAEVS inſignis inter ſuos Gregales ſaeculo XIII. Doctor, & *Maphrianus*, eumdem Ordinem adprobavit, & forte ipſe fuit, qui vel rubricas deſcripſit, vel eas in *Arabicum* Sermonem tranſtulit, quae exſtant ibidem. *Maronitarum* Collegium Rituale eorumdem *Maronitarum* MS. poſſidet; aliud *Syrorum Jacobitarum* Sacerdotale, ſeu Rituale in Bibliotheca Collegii *de Propaganda Fide* adſervatur. Celeberrimus apud *Syros* liber eſt, qui a. MDLXXII. *Antuerpiae* in *Plantiniano* typographio excuſus fuit, nempe SEVERI *Alexandrini* (immo vero *Antiocheni*, nullus enim inter *Alexandrinos* Patriarchas SEVERVS ſedit) *quondam Patriarchae de ritibus Baptiſmi, & ſacrae*

Syna-

(a) Vide *Joſephi Simonii* ASSEMANI *Bibliothecam Orientalem* (*T. III. par. I. Cap.* 74.)

Synaxis apud SYROS *Chriſtianos receptis*, *liber* Guidone FABRICIO Boderiano *Exſcriptore*, *&* *interprete*. Multis tamen haec editio tum in *Syriacis* characteribus, tum in ipſa *Latina* interpretatione mendis ſcatet, ut non ASSEMANVS modo, ſed etiam *Richardus* SIMON adnotavit, propoſitiſque exemplis oſtendit (*T. IV. epiſtolar. ſelectar. ep. IV. p. 37. ſeqq.*). Gratias proinde maximas ASSEMANO debemus, qui eumdem SEVERI licet *Monophyſitae* librum ex Codicibus *Vaticanis* nova verſione a ſe donatum (*Cod. liturg. Lib. II. pag. 261. & Lib. III. pag. 175.*) recudit. Duplex autem *Severianus* Ordo eſt Baptiſmi, prolixior alter, alter brevior, qui in uſu eſt apud *Syros*. Sunt etiam alii Ritualium apud *Syros* Auctores. Ac primum PHILOXENVS ineunte ſaeculo VI. *Maburgenſis* Epiſcopus haereticus *Monophyſita*, de quo *Ioſeph Simonius* ASSEMANVS (*Biblioth. Orient. T. II. cap. 2.*). Ejus *ordinem Baptiſmi* breviſſimum *pro iis; qui morti proximi ſunt*, ex Codice Vaticano *Echellenſi IV. Ioſeph Aloyſius* ASSEMANVS (*Cod. Liturg. Lib. II. p. 307.*) vulgavit. Sequitur *Iacobus* SARVGENSIS ſaeculo V. *Syrorum* doctor, cujus Sanctitatem adverſus RENAVDOTIVM appellatus *Ioſeph Simonius* (*T. I. Biblioth. Orient. cap. 27.*) vindicandam ſuſcepit. Hic etiam *Ordinem Baptiſmi* edidit, quem *Stephanus* ALDOENSIS *Antiochenus Maronitarum* Patriarcha anno hujus ſaeculi quarto defunctus nova recenſione diſpoſuit, atque emendavit. *Iacobus* alter, nempe EDESSENVS dictus *Commentator* labente ſaeculo VII. florere coepit. Et hic *Ordinem Sancti Baptiſmi* ſcripſit, qui exſtat in libris Ritualibus *Syrorum* cum *Maronitarum*, tum *Iacobitarum* (3): ſed nihil ſere a *Iacobi* SARVGENSIS Ordine diſcrepat. *Dionyſius* quoque BARSALIBAEVS *Monophyſitarum* ſaeculo XII. Epiſcopus nonnulla concinnavit ad Ritus pertinentia, quae in *Syrorum* Ritualibus recepta ſunt. Hujuſmodi eſt *Expoſitio rerum myſticarum*, *quae in Chirotonia*, *ſeu ſacris Ordinationibus continentur*, quae *Syriace* exſtat in Rituali *Iacobitarum Cod. Echell. V. fol. 195.*; item *expoſitio rerum myſticarum*, *quae in ſacro Chriſmate continentur*, *Arabice*, litteris tamen *Syriacis* deſcripta in Codice *Beroenſi* I. Ad Rituales *Maronitarum* libros duo praeterea libri pertinent. Alteri titulus eſt: *Ordo Benedictionis*, *ac Proceſſionis Palmarum juxta ritum Eccleſiae Nationis* MARONITARVM *a* Syriaco *textu latinitati donatus ab* Elia Simonio HESRONITA *Collegii* Maronitarum *Alumno*. *Romae* MDCXCV. ex typographia *Dominici Antonii* HERCVLIS 4. Alter vero praenotatur: *Proceſſio Sanctiſſimae Crucis juxta ritum* MARONITARVM, *Romae* MDCXL. in 8.

AR-

(3) Idem fortaſſe ordo in Bibliotheca publica *Tubingenſi* latet ſub titulo: *opus* Jacobi EDESSENI *de Baptiſmo* apud HOTTINGERVM (*Biblioth. Orient. Cap. 3. pag. 292.*)

ARTICVLVS III.

RITVALE ROMANVM.

CASTELLANI Sacerdotale

I. PRimus inter editos *Romanae* Eccleſiae libros Rituales occurrit, qui *Romae* MDXXXVII prodiit 4. & ſequente anno recenſus *Venetiis* fuit in 4. apud heredes *Petri* RABANIS inſcriptus *Sacerdotale*, ſeu *liber* SACERDOTALIS *collectus*, LEONIS X. *auctoritate approbatus*; itemque *Venetiis* MDLV. apud *Petrum* ROSELLVM 4. MDLXVII. ex officina *Petri* LIECHTENSTEIN & MDXCVI. apud *Ioh. Baptiſtam* & *Ioh. Bernardum* SESSAM 4. praenotatus *Sacerdotale ad conſuetudinem Sacroſanctae* Romanae *Eccleſiae, aliarumque Eccleſiarum*. Auctor operis *Albertus* CASTELLANVS ordinis *Praedicatorum*, de quo ECHARDVS *T. II. Scriptor. ejus ordin. p.* 48. Multo illud labore CASTELLANVS elucubravit, dicavitque LEONI X. P. M. Eo vero demortuo antequam typis traderetur, examinatum fuit juſſu PII IV. atque emendatum. Non tamen fuiſſe a PIO IV. adprobatum, ſed privati auctoris opus eſſe, contra quam nonnullis viſum eſt, cum BENEDICTO XIV. in luculenta epiſtola ad Cardinalem GVADAGNI ſuum in Urbe Vicarium a. MDCCLV. perſcripta confidenter adſerimus. Qua in re praetermittenda non eſt, inquit doctiſſimus Pontifex, „ conſideratio illa, ſi nimirum opus Pa„ tris CASTELLANI adprobatum fuiſſet a PIO IV. Pontifice, San„ ctum *Carolum* BORROMAEVM Pontificis nepotem, totoque ejus Pon„ tificatu in Eccleſiaſticis negotiis maxime verſatum, haud fuiſſe per„ miſſurum, ut in ſua dioeceſana Synodo, ſuaque itidem in Synodo „ Provinciali poſtea coactis, ſtatueretur, quod noſcitur reipſa ſtatutum, „ quodque omnimode adverſatur iis, quae in praefato opere Patris CA„ STELLANI tradita leguntur. „ Addit idem BENEDICTVS XIV. *de Synodo Dioeceſ. Lib. VII. cap.* 15. *n.* 6. „ hujuſmodi opus legis auctori„ tatem, & vim obtinere, admiſſo etiam quod PII IV. auctoritate cor„ rectum fuerit, admodum ad probandum difficile judicatur. GRATIA„ NI enim decretum, quantumvis pluries *Romanorum* Pontificum cura „ emendatum fuiſſe non ignoretur, vim ac pondus legis non habet; „ quinimmo inter omnes receptum eſt, quidquid in ipſo continetur, „ tantum auctoritatis habere, quantum ex ſe habuiſſet, ſi numquam in „ GRATIANI collectione inſertum foret: ut videre eſt in noſtro ope„ re *de Canonizatione Sanctorum Lib. IV. part. II. Cap.* 17. *num.* 10. Et haec „ quidem reſpondendi ratio prudentibus viris facile arridebit; quum & „ firmo rationis fundamento innitatur, & magnam praeſeferat mode„ ſtiam, dum adſertam operis reviſionem de mandato PII IV. factam „ nullo modo adtingit; cujus tamen Pontificii mandati probatio valde „ difficilis eſſet. „

SAMARINI Sacerdotale

II. Ex CASTELLANO potiſſimum profecit Franciſcus SAMARINVS Beneficiatus Lateranenſis in ſimili opere, quod vulgavit praenotatum: SACERDOTALE, *ſive Sacerdotum Theſaurus ad conſuetudinem S. R. E. aliarumque Eccleſiarum collectus juxta* Tridentini *Concilii Sanctiones* &c. *Venetiis*

netiis apud IVNTAS MDLXXIX. Idem opus paullo poſt emendavit, auxitque *Angelus* ROCCHA: ſicque correctum exiit ex officina *Franciſci* ZILETTI MDLXXXIII. MDLXXXVII. & MDXCVII. 4.

Rituale Card. SANCTORII

III. Eſt & aliud celebre Rituale, quod, inquit BENEDICTVS XIV. in laudata ad Cardinalem GVADAGNIVM epiſtola §. 18. „ auctorem
„ habuit Cardinalem SANCTORIVM. S. SEVERINAE nuncupatum
„ teſte CIACCONIO (*in ejus vita T. III. pag.* 1044). De hoc autem
„ Rituali Cardinalis SANCTORII perhonorifica fit mentio in Brevi
„ ſummi Pontificis PAVLLI V. incipiente *Apoſtolicae ſedis* quarto Idus
„ Julii MDCXIV., impreſſoque ad frontem Ritualis *Romani* ab eodem
„ PAVLLO Pontifice evulgati; in eo quippe refertur, Cardinales ad
„ novi Ritualis editionem deſignatos vetera expendiſſe Ritualia, praeſer-
„ tim vero illud, *quod vir ſingulari pietate, zelo, & doctrina, bonae memoriae Iulius Antonius S. R. E. Cardinalis Sanctae* SEVERINAE *nuncupatus, longo ſtudio, multaque induſtria & labore pleniſſimum compoſuerat*. FONTANINIVS de hoc *Rituali* loquens in Catalogo *Biblioth. Card.* IMPERIALIS haec adnotavit: *opus rariſſimum ſine principio & fine*. Et jure quidem (per-

a PAVLLO V. ſuppreſſum

„ git BENEDICTVS XIV.) egregii quippe hujuſce operis impreſſa
„ folia deliteſcebant in angulo *Vaticanae* Bibliothecae, quorum notitia
„ ad viros Sacrorum rituum ſtudioſos delata, impetrarunt hi, ut ſimul
„ colligerentur, quo eorum exemplum ſibi ſumere liceret. Tunc vero
„ factum, ut multi ejuſdem ſibi exemplum comparaverint, quod in ſuis
„ Bibliothecis condiderunt, quum ante id temporis pauca eſſent, atque
„ rariora exempla: neque enim alia eouſque comperta erant exempla,
„ quam quae exſtabant, & nunc etiam exſtant, unum in Bibliotheca
„ S. *Crucis* in *Hieruſalem*, duo autem in Bibliotheca Collegii *Romani*, quo-
„ rum alter fuit Venerabilis Cardinalis BELLARMINI, alter Prae-
„ ſulis COCCINI Rotae Auditoris (1). Vti praenotatum eſt, adſerit
„ Praeſul FONTANINI, *Rituales* Cardinalis SANCTORII principio
„ deſtitui, & fine; idque omnino verum, quemadmodum videre eſt in
„ exemplis mox ſupra indicatis. Teſtatur illud ſub PAVLLO V. im-
„ preſſum; at non meminit, quod illum latuerit fortaſſe, ſuppreſſum
„ fuiſſe juſſu ejuſdem Pontificis, dum adhuc ſub praelo eſſet, quemad-
„ modum ab eodem Praeſule COCCINO ſua manu adnotatum legitur
„ in praefato *Rituali*, in Collegio *Romano*, uti praedictum eſt, adſer-
„ vato. *Hoc opus, dum adhuc ſub praelo eſſet, ſuppreſſum fuit Romae tempo-*
„ *re* PAVLLI V. *ideoque caret principio, medio, & fine*. Et licet in ejuſ-
„ dem *Ritualis* exemplis noviſſime evulgatis, ac diſtributis initium re-
„ periatur ac finis, facile tamen deprehenditur, & initium & finem
„ ipſis fuiſſe, quamvis fortaſſe parum conſiderate, ſuperadditum, ne
„ per manus abiret mutilum exemplum, nec caput habens nec pedes
„ Id vero comprobatur ex titulo, ſive inſcriptione praefatis recentibus
„ exemplaribus praepoſita; conſtat quippe his verbis: *Rituale Sacramen-*
„ *torum* Romanum, GREGORII *XIII. Pontificis Maximi juſſu editum Ro-*
„ *mae* MDLXXXIV. in quo facti veritas primum deſideratur, quum

(1) In *Vallicellana* quoque Bibliotheca duo exempla exſtabant, atque etiamnum exſtant, alterum altero imperfectius, unum enim pagina 604. aliud pag. 700. concluditur.

„ de imprimendo Rituali Cardinalis SANCTORII cogitatum fuerit tan-
„ tummodo ſub Pontificatu PAVLLI V., uti mox ſupra dictum eſt,
„ nec cuſum illud fuerit ſuperſtite Auctore, qui e vivis exceſſit ſub an-
„ num MDCI. CLEMENTE VIII. Pontifice, ſed ab ejuſdem heredi-
„ bus ſub Pontificatu PAVLLI V. quemadmodum mox infra conſtabit.
„ In praedictis exemplaribus & finis quoque conſpicitur; pagina quip-
„ pe 712. haec leguntur verba: *Ritualis* Romani *finis*. Qui autem id
„ ſibi ſumpſit, ut extrema ſuppleret, mediam partem ſatis non inſpe-
„ xit, ubi non minus in ipſis, quam in ceteris quibuſcumque exemplis
„ deſiderantur paginae *quae a pag.* 252. *ad pag.* 257. *ſubſequuntur*. Ve-
„ rum quanticumque ſit haec animadverſio, ſermonem omnem colli-
„ gentes ad finem, facili negotio detegitur recens ſuperadditio nonnul-
„ lorum foliorum, quae non ſolum ex carta & atramento evincitur,
„ ſed ex ipſo paginarum numero; poſtrema quippe exemplaria ad pa-
„ ginam pertingunt 712. quum ceteroquin duo vetera exempla, alte-
„ rum nempe Cardinalis BELLARMINI, & alterum in Bibliotheca
„ S. Crucis in *Hieruſalem* adſervatum; paginam 604. non praetergredian-
„ tur, atque etiam alterum Praeſulis COCCINI pag. 708. complea-
„ tur. Ritus itaque benedictionis cum Sanctiſſimo Sacramento nonniſi
„ in poſtremis exemplaribus reperitur, quum legatur ipſe ad pag. 709.
„ & ceteroquin vetera inter exemplaria nullum paginam 708. prae-
„ tergrediatur. Ad abſolutiſſimam notitiam eorum omnium, quae
„ *Rituale* reſpiciunt Cardinalis SANCTORII, nil ſupereſt aliud, quam
„ inquirere cauſſam, cur fuerit PAVLLO V. Pontifice, ſudante prae-
„ lo, ſuppreſſum. Huic autem inveſtigationi videntur poſſe cumulate
„ ſatisfacere ea ipſa, quae charactere Venerabilis Cardinalis BELLAR-
„ MINI adnotata reperiuntur in exemplo *Ritualis* Cardinalis SANCTO-
„ RII, quo BELLARMINVS utebatur, quodque, uti ſaepius monui-
„ mus, exſtat in Bibliotheca Collegii *Romani*. *Hic liber confectus eſt a Car-*
„ *dinali Sanctae* SEVERINAE *longo tempore, & magno labore, & ſiqui-*
„ *dem ſub nomine praedicti Cardinalis fuiſſet impreſſus, dempto illo verbo*
„ Romani (quod verbum etſi non exſtaret in libri fronte, tunc non
„ impreſſa, aderat illa tamen in prima operis pagina *Ritualis* Romani
„ *Liber primus*) *potuiſſet libere communicari cum omnibus: ſed non placuit*
„ *iis, ad quos pertinebat, ut cum nomine* Romani *publicaretur; & non pla-*
„ *cuit heredi Cardinalis, ut ſine nomine* Romani *exiret. Ea cauſſa eſt, cur*
„ *hic liber lucem non adſpiciat, & imperfectus, ac mutilus exſtet in privatis*
„ *Bibliothecis*." Hactenus praeſtantiſſimus Pontifex. Vnum his adden-
dum, nempe praeter *Romanam* hujus Ritualis factam a. MDLXXXIV.
divulgationem, *Romanam* alteram a MERATIO indicari a MDCXX-
XIV. in fol. niſi forte eadem editio ſit uno titulo, ut fieri a Typogra-
phis ſolet, immutato (2) aut etiam C. pro L. mendoſe illuc irrepſit.

IV.

---

(2) De SANCTORII Rituali nihil innotuit *Chriſt. Godofredo* HOFFMANNO *in diſſ. de libr. caerem. & Rit. Eccl. & Cur. Rom.* niſi PAVLLI V. & SANCTORII Rituale unum eumdemque fuiſſe librum, magno ſane errato, indicare fortaſſe voluit, dum ſcripſit (*p.* 11.) *His denique acceſſit* Rituale Romanum *juſſu* PAVLLI V. *a nonnullis Cardinalibus, in primis* Julio Antonio *S. R. E. Cardinali Sanctae* SEVERINAE *nuncupato, anno MDCXIV. productum.*

IV. Sed tandem a. MDCXIV. PAVLLI V. juſſu & auctoritate emendatum exiit *Romae* ex typographio Camerae Apoſtolicae 4. *Rituale Romanum*. Aliquas, quae primam hanc *Romanam* ſequutae ſunt, editiones indicabo. Prodiit igitur PAVLLI V. *Rituale* iterum *Romae* ex eadem typographia Camerae Apoſtolicae MDCXV. in 8. *Antuerpiae* MDCXVII. ex Officina *Plantiniana* 4. *Coloniae* MDCXX. 8. *Antuerpiae* MDCXXV. 4. *Venetiis* MDCLII apud GVERILLOS 4. *Antuerpiae* eodem anno MDCLII. 8. *Romae* MDCLVIII. 12. *Venetiis* MDCLXVII. apud GVERILLOS 4. *Antuerpiae* MDCLXIX. & MDCLXXXVIII *Venetiis* MDCCXXV. 8. *Urbini* MDCCXXVI. Novis tandem curis BENEDICTI XIV. emendatius, & auctius *Romae* MDCCLII. excudente *Generoſo* SALOMONI in 8. & *Venetiis* apud *Remondinum* MDCCLXII. Exſtat etiam hujus Ritualis interpretatio *Gallica*, quae praenotatur: *Rituel Romain du Papae* PAVL V. *Lugduni* MDCXL. 8. *Pariſiis* MDCLXVII. 4. Idem *Illyrica* lingua (auctore P. *Bartholomaeo* CASSIO) *Romae* ex typographia S. Congr. de *Propag. Fide* editum fuit MDXL. 4. In *Epyroticum* quoque idioma a *Petro* BVDO translatum fuit, ac *Romae* MDCXXI. in 8. vulgatum. Illud etiam commentariis explanatum in lucem emiſerunt duo docti viri, *Venetiis Hieronymus* BARVFFALDIVS, *Romae Joſephus* CATALANVS. Primum opus in fol. poſt *Venetas* duas aliaſque *Germanicas* tertio *Venetiis* excuſum fuit a REMONDINIO MDCCLXIII, *Ritualis* textu ad BENEDICTI XIV. emendationes reformato: praenotatur autem: *ad Rituale* Romanum *Commentaria* &c. *fol.* Alterum vero in duos tomos in *fol.* diſtributum hoc titulo inſcribitur: *Rituale* Romanum BENEDICTI *Papae* XIV. *juſſu editum, & auctum, perpetuis Commentariis exornatum* ex typographia *Joſephi*, & *Philippi* de RVBEIS MDCCLVII. Nec deſunt *Italici* hujus Ritualis Commentarii. *Lucae* a. MDCCXLII. impreſſa habemus a *Dominico* MARESCANDOLO duo volumina in 12. inſcripta: *Rituale* Romano *diſtribuito in due tomi, illuſtrato con commentarj ad uſo de' Parrochi, e Confeſſori*.

Rituale Romanum PAVLLI V.

V. Prodiit quoque ejuſdem *Ritualis* epitome hoc titulo: *Rituale* Romanum *contractum in uſum Sacerdotum, ad remota loca excurrentium*, Antuerpiae MDCLIII. & alia, cujus titulus eſt: *ordo baptizandi, aliaque ſacramenta adminiſtrandi & officia quaedam eccleſiaſtica rite peragendi, ex rituali* Romano, *juſſu* PAVLLI V. *edito, extractus, pro* Anglia, Hibernia, & Scotia.

Ejus Epitome

ARTICVLVS IV.

Rituales variarum Eccleſiarum libri; eorumque diverſa nomina.

I. PRO Eccleſiarum diverſitate varii in uſu fuere *Rituales* libri, neque eodem inſcripti titulo, etſi poſt PAVLLI V. *Rituale* pleraeque *Occidentales* Eccleſiae ſuos ad illud ritus adcommodarunt. Aliquot hoc capite percenſebo; ab illis autem exordiar, qui quemadmodum *Romanum*, RITVALIS nomine praenotantur. Hujuſmodi porro ſunt *Italicarum* Eccleſiarum.

Ritualia Italicarum Eccleſiarum

RITVALE BONONIENSE ſaec. XV. in membranis conſcriptum *Bononiae* ſervatum in ditiſſima *Canonicorum Regularium S. Salvatoris* Bibliotheca, de quo Cl. TROMBELLIVS (*de Sacram. T. II. pag.* 25. & 259.). Editum quoque exſtat a. MDXCIII. 4. apud *Victorium* BENATIVM hoc titulo: *Rituale Sacramentorum ad inſtitutum Sanctae* Romanae *Eccleſiae in uſum Eccleſiae* Bononienſis.

BRIXIANVM *Rituale Sacramentorum ſecundum* Romanam *Eccleſiam Dominici* BOLLANI Epiſcopi juſſu Brixiae apud *Thomam* BOZZOLAM MDLXX. 4. *nova impreſſione magis dilucidatum*, ibid. apud *Vincentium* SABIVM MDLXXV. 4. iterum MDLXXXIV. juſſu & auctoritate *Johannis* DELPHINI Epiſcopi reformatum; *ibidem* 4. *nova impreſſione magis elucidatum, atque impreſſorum mendis aliquot purgatum*, ibid. apud BOZZOLAM MDXCV. *poſtremo Marini* GEORGII (Epiſcopi) *auctoritate impreſſum* ibidem apud *Vincentium* SABIVM MDXCIX. 4.; MDC. III. apud heredes *Vincentii* SABII, 4. MDCXIII. apud SABIOS. 4. Has editiones memorat Cl. ZAMBONI in egregia diſſertatione, qua MS. ejuſdem *Brixianae* (1) Eccleſiae *Rituale* illuſtrat.

CIVITATENSE, ſeu FOROIVLIENSE in Codice Membranaceo apud ejus Eccleſiae Canonicos. ,, Varios ritus complectitur *Benedictio-*
,, *nis Aquae ante aſperſionem, in feſto Purificationis Beatae* MARIAE, *in*
,, *Capite Quadrageſimae ad benedicendos cineres, ſcrutinii Catechumenorum*,
,, *Benedictionis palmarum, & ſalis diebus Dominicis*, alioſque. Inter rubri-
,, cas ad *ſcrutinium* ſpectantes haec habentur verba: *Sicuti mihi Luponi*
,, *viſum* eſt Eccleſiae *Sanctae Aquilegenſis Pontifici*. Patriarchae duo in ta-
,, bulis *Aquilejentibus* occurrunt, *Lupi*, ſeu *Luponis* nomine appellati.
,, *Theutimaro* ſucceſſit alter poſt annum aerae vulgaris DCCCLV. rexit
,, que Metropolitanam Eccleſiam ſub LVDOVICO II. Rege, & Im-
,, peratore: ſedebatque alter anno DCCCCXLIV. ſub Rege HVGO-
,, NE, & LOTHARIO filio ejus. Quinam loco citato intelligi debeat
,, LVPVS, non ita facile dictu: neque lucem adfert aetas Codicis Mem-
,, branacei in quarto, qui minime prima exaratus manu videtur, ſed
,, ex antiquiore tranſcriptus. ,, Haec P. de RVBEIS in praeclara *de Sacr. Forojul. Ritib.* diſſertatione (*pag.* 167.). De eodem Codice conferri poteſt Comitis ALTHANI *iter Liturgicum* (p. 368.)

IMOLENSE juſſu *Alexandri* Epiſcopi editum *Bononiae* eſt a. MDXCV. apud *Johannem Roſſium*. Ejus autem hic titulus eſt; *Rituale Sacramentorum ad uſum Eccleſiae Imolen.*

LAVDENSE, vetus Rituale ab annis circiter CC. in *Pariſienſi* S. GENOVIEFAE Bibliotheca, teſte MARTENIO, latitat.

LVCENSE (Rituale) MS. Codex in membranis. Multa ex hoc Codice ad peculiares LVCENSIS Eccleſiae ritus pertinentia eruit Cl. MANSIVS in eo, libro, quem a. MDCCLIII. *Lucae* edidit inſcriptum: *Diario*

(1) Eadem *Brinienſis* Eccleſia, alios MSS. Codices Liturgicos ſervat, Miſſalia nempe, & Breviaria. Horum indiculum habes in calce *Brinise Sacrae* a Cl. GRADONICO nunc *Utinenſi* Archiepiſcopo editae a. MDCCLV., ex qua illum nos quoque T. XII. *hiſtor. litterar. Italiae* p. 380. ſeqq. deſcripſimus.

ſacro antico, e moderno delle Chieſe di Lucca &c. *riveduto, ed accreſciuto.* Confer. *hiſtor. litter. Ital. Tom. VIII. pag.* 431.

MEDIOLANENSE Rituale Sacramentorum ad uſum *Mediolanenſis* Eccleſiae olim a S. Carolo BORROMAEO inſtitutum, poſtea a *Caeſare* MONTIO Card. Archiep. editum Mediolani MDCXLV. 4. Item aliud MDCLXXXVII. 4.

PATAVINVM *Patavii* MDXCVII. 4. Extabat in *Colbertina*

PERVSINVM *Peruſiae* editum MDLXXXII.

SENENSE ſaeculo XII. aut XIII. ſcriptum, quod in *Senenſis* Academiae Bibliotheca ſervari TROMBELLIVS teſtificatur (*de Sacram.* T. IV. *pag.* 464.)

TRIDENTINVM *Ludovici* MADRVTII S. R. E. Cardinalis juſſu impreſſum, *Brixiae* MDLXXXIII.

TYRENSE, ſeu potius VVLSINIENSE XII. circiter ſaeculi in eadem *Senenſis* Academiae Bibliotheca deliteſcens memoratur ab eodem TROMBELLIO (*de Sacram. T. II.* pag. 25. & *T. IV. pag.* 464.)

Venetum in *Bononienſi* Bibliotheca S. *Salvatoris* adſervatur in membranis ſaeculo XI. exaratum, quemadmodum, ut inquit idem TROMBELLIVS (*de Sacram. T. IV. pag.* 464.) ex indiciis, ſeu argumentis omnibus, & ex praevio etiam Kalendario diſcimus, in eo enim recentior omnibus eſt LEO IX. XIII. Kal. Majas a. MLIV. defunctus. Monet tamen TROMBELLIVS (T. II. *pag.* 23.) iſtud proculdubio ex vetuſtiore deſcriptum eſſe: etenim ordo Baptiſmi ſic concluditur: „ in- „ de vero *communicet eum* (puerum), & deportetur Epiſcopo ad *Con-* „ *ſignare*: id eſt ad recipiendum Chriſmatis Sacramentum: quem mo- „ rem ſaeculo ſeptimo, aut certe octavo ſaeculo ſublatum fuiſſe oſten- „ dit VICECOMES (*de antiq. confirmat. ritibus lib. I. cap.* 4. & 5.)

VERONENSE. Hujus titulus: *Rituale Eccleſiae* Veronenſis *Parochis, ceteriſque animarum Curatis ad Sacramenta recte miniſtranda, ceteraque Parochialia munera obeunda, Ritus, ceremonias, doctrinamque praeſcribens, juſſu Illuſtriſſ. & Reverendiſſ. D. D.* Alberti VALERII *Epiſcopi*, Veronae *typis* Bartholomaei MERLI a DONNIS *typogr. Epiſc.* MDCIX. 4. deinde nonnullis *documentis ad idem Rituale, & ad ejuſdem Eccleſiae diſciplinamſpectantibus auctum* ibid. MDCCLVI. apud *Ioh. Albertum* TVMERMANVM 4.

VICETINVM, *Venetiis* MDXLII. 4. in *Colbertina* Bibliotheca indicatur.

II. Eodem RITVALIS nomine inſcribitur, licet recentiore manu, praeclarus Codex *Magliabechianae* apud *Florentinos* Bibliothecae: *Rituale latinum, & var. Preces ſacc. XII.*, ſed ſcribendum fuerat ſaeculi X. Vide quae de hoc argumento diſſerui in prooemio *Ordinis ad Catechumenum facientum*, quem ex ipſo hoc Codice erutum amiciſſimus meus P. D. *Angelus* CALOGERA *Camaldulenſis* Monachus Tom. XXXVI. ſuae longe utiliſſimae collectionis *d' opuſcoli ſcientifici, e Filologici* (*pag.* 83.) divulgavit. Ad Eccleſiam porro aliquam *Germaniae* hunc Codicem pertinuiſſe conieci: quod & probatum fuit eruditiſſimo *Ioh. Baptiſtae* ZANOBETO in praefatione *ad veteris Eccleſiae obſequia erga morientes Fideles, mortuoſque*, quae ex eodem codice edidit in ſecunda *Gorianarum ſymbola-* Aliarum quoque externarum

bola-

Digitized by Google

bolarum decade (T. IX. *pag.* 201.) Adſinis *Ritualis* titulus eſt, quo MARQVARDI *Auguſtani* Epiſcopi liber inſcribitur *Dilingae* vulgatus MDLXXX. nempe *Ritus Eccleſiaſtici Auguſtenſis Epiſcopatus*. *Rituale* quoque Eccleſiae VRGELLENSIS (*in Hiſpania*) D. *Bernardi* de GALBA Epiſcopi juſſu editum fuit *Toloſae* apud *Iacobum* COLOMERIVM MDCXVII. 4. In Bibliotheca *Colbertina* indicatur etiam *Rituale* SALISBVRGENSE *Duaci* impreſſum MDCIV. 4. Neque omittendum *Rituale*, *ſeu Manuale* PERVANVM .... *juxta ordinem S. R. E. per R. P. F.* Ludovicum Hieronymum ORBRIVM *Ord.* Minorum *Concionatorem*, *Neapoli* apud *Joh. Jacobum* CARLINVM, & *Conſtantinum* VITALEM MDCVII. 4.

cum primis vero Gallicarum

III. Verum *Gallicanis* potiſſimum Eccleſiis familiare fuit *Ritualis* nomine ſuos ſacrorum rituum libros praenotare. Hinc

Rituel Romain *pour l'uſage du dioceſe d'* ALBY, *Pariſiis* MDCXLVII. 4.

Rituel Romain *du Pape* PAUL V. *a l'uſage du dioceſe* d'ALET, *avec les inſtructions*, *& les Rubriques en Francois*, *Pariſiis* MDCLXVIII. apud SAVVREVX 4. ibid. MDCLXX. Hujus Ritualis, quod *Nicolaus* PAVILLON *Alectenſis* Epiſcopus ſua auctoritate prodire juſſit, auctorem fuiſſe ARNALDVM DVPINIVS adfirmat. Damnatum opus 9. Aprilis MDCLXVIII. a CLEMENTE IX. deinde 19. Februarii MDCLXXVIII. (poſtquam PAVILLONIVS vita deceſſerat, obiit enim 8. Decembris MDCLXXVII.) a *Iohanne* de VINTIMILLE Epiſcopo *Telonenſi* (1)

Rituel d'AMIENS *renouvellè*, *& augmentè p. M.* Francois FAVRE *Eveque D'* AMIENS.. *Ambiani* apud *Hubault* MDCLXXXVII. 4.

Rituale ANDEGAVENSE ad Romani *formam expreſſum*, D. Guillelmi FOVQVET Epiſcopi auctoritate editum Pariſiis MDCXXVI. 4.

Rituel d'AVXERRE, *Antiſſiodori* MDCXXXI. 8. *Rituel nouveau pour l'Egliſe* d'AVXERRE MDCCXXXII. Sine Capituli conſenſu divulgatum fuit hoc *Rituale*, in quo receptis ab Eccleſia *latina* ritibus auctor (an novitatis ſtudio, an majore in *Romanam* Eccleſiam odio, incertum) quoad potuit, *Graecos* ſubſtituit.

Rituale, ſeu *Manuale Eccleſiae* BOLONIENSIS *olim* Morinenſis *editum auctoritate* D. *Franciſci* PARROCHEL Epiſcopi, *Pariſiis* apud *Antonium* VITRE' MDCXLVII. 4.

Rituel de BOVRGES *fait par feu Monſeign.* Anne de LEVIS de VANTADOVR *Archevéque*, *publiè par* M. Jean de MONTPEZAT de CARBON Archevéque, *Bituricae* MDCLXVI. duob. volum. in 4.

Ri-

---

(1) Epiſcopus S. PONTII D. de MONTGAILLARD *Telonenſis* Antiſtitis decretum data ad eumdem Epiſcopum epiſtola confutavit; hic vero ſe ſtrenue defendit; ſed Epiſcopus S. PONTII 19. Auguſti MDCLXXVIII. prolixa Epiſtola *Alectenſem* Praeſulem magno auſu conatus fruſtra eſt vindicare: itaque prodiit MDCLXXIX. *ſeconde lettre d'un Theologien a un Amy*, *contenant des obſervations ſur la ſeconde lettre de M. de S.* PONS. 4. Quae in hac controverſia prodierunt ſcripta, collecta habes in libro cui titulus: *Recueil de ce qui s'eſt paſſè entre MM. les Evéques de S.* Pons, *& de* Toulon, *au ſujet du Rituel d'* ALET 12.

Rituale, ſeu Manuale Eccleſiae CATALAVNENSIS editum auctoritate D. *Felicis* de VIALARD Epiſcopi, *Pariſiis* apud *Antonium* VITRE' MDCXLIX. 4.

Rituale CENOMANENSE D. EMERICI Epiſcopi auctoritate editum, *Pariſiis* apud BICHET MDCXLVII. 4.

Rituale Romanum *pro Eccleſia*, & *dioeceſi* MACLORIENSI D. *Guillelmi* le GOVVERNEVR Epiſcopi cura editum, *Maclovii* MDCXVII. 4.

Rituale METENSE, *Metis* MDCCXIII. 4.

Rituale PARISIENSE *ad* Romanam *formam expreſſum* auctoritate D. *Johannis Franciſci* de GONDY Archiep. Paris. editum *Pariſiis* apud CRAMOISY MDCLIV. 4.

Rituale PETRACHORIENSE *ad* Romani *formam expreſſum* auctoritate D. *Philiberti* BRANDON Epiſcopi *Petrachorae* apud *Petrum* DALVI MDCLV. in 4. Idem *Gallice* ibid. MDCLXXX. *Rituel du dioceſe de* PERIGVEVX *renouvellé*, & *augmenté* par M. *Guillaume* le BOVX Eveque 4.

Rituel (de POICTIERS), *Pictavis* MDCLV. 8.

Rituale ad uſum dioeceſis REMENSIS, vetus editio a MARTENIO indicata. *Rituel de la Province de* RHEMS, *Pariſiis* MDCLXXVII. 4.

Rituel du dioceſe de la ROCHELLE, *publié par l' autorité de M.* Henry de LAVAL *Evêque*, à la ROCHELLE apud MESNIER MDCLXXXIX. 4.

Rituale ad uſum Eccleſiae SAGIENSIS *auctoritate* D. Jacobi CAMVS *Epiſcopi concinnatum*, *Pariſiis* apud *Sebaſtianum* CRAMOISY MDCXXIV. 4.

Rituale vetus ad uſum dioeceſis SENONENSIS *editum*; de quo MARTENIVS.

Rituale SVESSIONENSE tempore NIVELONIS II. Epiſcopi ſcriptum, *mandatum* vulgo appellatum. Aliud ejuſdem Eccleſiae Rituale MS. Utrumque a MARTENIO indicatum.

Rituale TOLOSANVM MCCCCLXXVI. & MDXIV. ab eodem MARTENIO memoratum.

Rituale, ſeu *Manuale* Eccleſiae TRECENSIS editum auctoritate D. *Franciſci* MALLIER Epiſcopi TRECENSIS, *Pariſiis* ex typogr. *Antonii* VITRE' MDCLX. 4.

Rituale TVLLENSE, *ſeu officialis liber pro Parochis* juſſu D. *Johannis* PORCELLETTI Epiſcopi editus, *Tulli* apud SAN-MARTELLIVM MDCXVI. 4.

IV. MANVALIS nomine idem opus ſaepiſſime deſignatur. Specimen eſto. *Ritualia aliis edita nominibus, ac primo Manualis*

Manuel, & inſtruction pour les Curez, dreſſé par M. Charles de BONIS *Evêque* d' ANGOVLESME, *avec les ſermons populaires, & exhortations par* Denis PERONNET, a Angouleſme MDLXXXII. 4.

Manuale Sacerdotum ad uſum Eccleſiae, & dioeceſis ATREBATENSIS, *auctoritate* D. Matthaei MOVLLARTII *Epiſcopi recognitum*, Atrebati apud RIVERIVM MDC. 4. Item *Manuale Parochorum ad uſum dioeceſis* ATREBATENSIS Hermanni ORTEMBERGI *Epiſcopi juſſu concinnatum*, Duaci apud PATTE MDCXLIV. 4.

Manuale, *ſeu Sacerdotale* BISVNTINAE *dioeceſis* juſſu, & auctorita-

te

te D. *Antonii Petri* a GRANDMONT Arch. editum, *Biſuntii* apud COVCHE' MDCLXXIV. 4.

Manuale ſecundum uſum Eccleſiae BITVRICENSIS auctoritate D. Reginaldi de BAVNE Arch. editum, *Pariſiis* typ. Aegidii BEYS MDLXXXVIII. 4.

Manuale Sacerdotum ſecundum uſum dioeceſis CARNONENSIS, *Pariſiis* apud KERVER MDXLIV. 4. ibid. apud *Claudium* de la TOVR MDCLIV. 4.

Manuale, ſeu inſtructorium Curatorum editum juſſu Thomae de PRATO Epiſc. CLAROMONTANI, *Lugduni* typ. *Jacobi* MARESCHAL MDXVIII. 4.

Manuale EBORACENSE, *Londini* MDIX. 4.

Enchiridion. ſeu Manuale divinorum officiorum ad uſum dioeceſis EBROICENSIS auctoritate D. Card. a PERRONIO Ebroicenſis *Epiſc. concinnatum*, *Ebroicis* apud *Antonium* le MARIE' MDCVI. 4.

Manuale ſecundum uſum Eccleſiae LINGONENSIS, *Pariſiis* typ. Joh. PARVI MDXXXVIII. 4.

Manuale ad uſum Eccleſiae NANNETENSIS auctoritate D. Antonii a CREQVI Epiſc. editum, *Pariſiis* apud Joh. le BLANC. Vetus editio in 4.

Manuale Curatorum dioeceſis NIVERNENSIS editum cura D. Arnoldi SORBINI Epiſc. *Pariſiis* apud CHAVDIERE MDLXXXII.

Manuale ſecundum uſum Eccleſiae, & dioeceſis NOVIOMENSIS, Pariſ. typ. Aegidii GORBINI MDLX. 4. & Noviomi MDCXXXI.

Manuale PAMPILONENSE juſſu D. Alvari de MOSCOSO Epiſc. editum MDLXI. 4.

Manuale ſecundum uſum Eccleſiae PARISIENSIS, *Pariſiis* typ. Joh. MOVRAND MCCCCXCVII. 4. typ. Sim. VOSTRE MDIV. 4. *Manuale, ſeu officiarium Sacerdotum ſecundum uſum* PARISIENSEM, Pariſiis MDXLII. 4. & MDLXXXI. & MDCI.

Manuale PICTAVENSE, LVCIONENSE, MALLEACENSE, Pictavis MDLXXV. 8. MDLXXXVII. 8. MDCXCIV. 8.

Manuale ad uſum Eccleſiae RHEDONENSIS, *Rothomagi* apud Michaelem ANGIER, Vetus editio in 4.

Manuale, ſeu officiarium Sacerdotum ad conſuetudinem Eccleſiae RHEMENSIS, Pariſiis apud Sim. VOSTRE MDV. 6. *Manuale, ſeu agenda ad uſum* RHEMENSEM in membranis. Vetus editio Biblioth. *Tellerianae* in 4. item Rhemis MDLIV. 4.

Manuale Sacerdotum ad uſum Eccleſiae ROTHOMAGENSIS, *Rothomagi* MDXLIV. Recognitum auctoritate D. *Franciſci* de IOYEVSE Arch. MDCXII. 4. & MDCLII. duob. volum.

Manuale Parochorum ſecundum uſum Eccleſiae RVTHENENSIS, atque VABRENSIS MDXIII. 4.

Manuale Parochorum pro Provincia SALISBVRGENSI, Ingolſtadii 4. MDLXXXII. 4.

Manuale ad uſum Eccleſiae SARISBVRIENSIS, *Pariſiis* MDXXX. 4. Londini MDLIV. 4.

Manuale SALMANTICENSE, Salmanticae MDLXXXIV. 4.

Manuale inſignis Eccleſiae SENONENSIS. Vetus editio circa annum MDIV.

Ma-

Manuale Paſtorum ad uſum inſignis Eccleſiae TRECENSIS, Trecis MDLXXIII. 4.

Nemo autem miretur, tot Ritualia *Manualis* nomine prodiiſſe. Occurrit id nominis hoc ſenſu in ſtatutis Synodalibus ODONIS Epiſcopi *Pariſienſis*, in Concilio *Budenſi* a. MCCLXXIX. (*cap.* 42.) in Synodo *Bajocenſi* a. MCCC. (*cap.* 25.) apud LINDWODUM (*ad Provinciale Cantuarienſis Eccleſiae Lib. III. tit.* 27. *pag.* 361.). Statuta quoque Eccleſiae *Nannetenſis* (*T. IV. Anecdot. Marten. col.* 934.) praeſcribunt: *Librum, qui dicitur* MANUALE, *habeant ſinguli Presbyteri Parochiales, ubi continetur Ordo ſervitii mortuorum, baptiſmatis, catechiſmi, extremae unctionis*. Praeterea *Manualis* meminit *Gillebertus* LUNICENSIS Epiſcopus *de uſu Eccleſiaſtico*. Quin etiam apud MURATORIUM (*T. IV. Antiquit. Italic. col.* 770.) in catalogo alias a me laudato omnium, quae a. MXIX. exſtabant in Monaſterio S. LIBERATORIS a THEOBALDO Abbate curata, legimus: MANUALI *tres*. Antiquius hujus vocis exemplum ſuppeditant MABILLONII *Annales Benedictini* (*T. III. pag.* 303. *ad ann.* 898.), ubi libri Eccleſiaſtici enumerantur, nempe *Pſalterium, Comes, Antiphonarium*, MANUALE *Orationum, Paſſionum, Sermonum*, ORDINUM, *precum & horarum*.

V. Multis tamen aliis nominibus Ritualia deſignata ſunt. Primum eſt AGENDAE. Miſſae quidem hoc nomine interdum praenotantur: nam & pro Miſſa *Agendae* nomen uſurpatum ſaepius reperimus: ſic in Concilio *Carthaginenſi* a. CCCXC. (*can. IX.*) *ab univerſis Epiſcopis dictum eſt: Quiſquis presbyter inconſulto Epiſcopo Agendam* (SCHELLSTRATIUS *Agenda* in neutro plurali legit, refragantibus BONA l. 1. *Rer. Liturg. cap. III.*, & Hugone MENARDO in notis *ad Concordiam Regular. p.* 355) *in quolibet loco voluerit celebrare, ipſe honori ſuo contrarius exiſtit*. Agendam quoque *mortuorum* paſſim legimus in Antiphonario S. GREGORII, & in antiquis Scriptoribus officiorum Eccleſiaſticorum; immo ANASTASIUS Bibliothecarius LEONEM II. perhibet conſtituiſſe, *ne* MAURI *quondam Epiſcopi* (Ravennatis) *Anniverſitas, aut Agenda celebretur* (2) Verum & ad Ritualia ſignificanda translatum hoc nomen fuit. Exemplo ſint — a. Agendae

AGENDA *Parochialium Eccleſiarum* ARGENTINENSIS dioeceſis: vetus editio in 4.

AGENDA *Sanctae* COLONIENSIS *Eccleſiae*, hoc eſt *Liber Paſtoralis* D. FERDINANDI Archiep. *Colonienſis* auctoritate editus, *Coloniae Agrippinae*, typis COLINI MDCXIV. in 4. & MDCXXXVII. 4.

AGENDA Eccleſiae MOGUNTINENSIS, *Moguntiae* MDLI fol. Utrum MOGUNTINUM Rituale MS. quod exſtat Codice 93. Theol. membr. Bibliothecae Epiſcopalis *Tridentinae* eodem Agendae nomine praenotatum ſit, ignoro. Ut ut eſt, Cl. *Joh. Benedictus* GENTILOTTUS apud *Victorium* de CAVALESIO in eruditis *Monumentis Eccleſiae* Tridentinae *pag.* 383. his illud verbis deſcribit, „ Cod.... in folio mino„ ri optimae notae, ſed male conſervatus, deſunt enim initium, & fi„ nis.

(2) Confer BONAM (l. c.) in eumque SALAE adnotationes (*T. I. p. I.* pag. 25.

„ nis. Continet ordinem ſervandum in Confeſſione, Communione, ex-
„ trema unctione, conſecratione Monialium, Diaconiſſarum, Epiſcopo-
„ rum, & in ſepultura mortuorum, multaque inſerta ſunt ab hodierno
„ uſu aliena; praecipitur enim communicandos infirmos ſub utraque,
„ & circa extremam unctionem ordinatur, ut ſequitur: Et ſic perun-
„ gant ſinguli Sacerdotes infirmum de oleo Sanctificato, cruces facien-
„ do in collo, & gutture, & pectore, & inter ſcapulas, ſeu in loco,
„ ubi dolor plus imminet, & in quinque ſenſibus corporis, & ſuperci-
„ liis oculorum, & in aurium ſummitate exterius, ſive interius, & in
„ labiis exterius, & manibus exterius, ideſt deforis, ut ſi quinque ſen-
„ ſibus mentis, & corporis aliqua macula inhaeſit, medicina ſpiritnali
„ ſanetur, & Domini miſericordia impetretur &c. „

„ Reperiuntur & in eo Miſſae nonnullae celebrandae in tumula-
„ tione mortuorum, in conſecratione Epiſcopi &c. Litaniae pro infir-
„ mis, quae multum differunt ab iis, quae hodie recitari ſolent. Mul-
„ tis etiam in Locis adjectae ſunt notae muſicae longe diſſimiles a no-
„ ſtris. Librum hunc uſibus Moguntini Archiepiſcopi ſcriptum fuiſſe
„ eruitur ex eo, quod inter reliqua, de quibus conſecrandus Epiſco-
„ pus interrogatus reperitur, eſt ſequens interrogatio: *Vis Sanctae Mo-*
„ *guntinae Eccleſiae, mihi Succeſſoribus meis fidem, & ſubiectionem exhibere*
„ &c? Hactenus GENTILOTTVS.

AGENDA, ſeu *Rituale* OSNABRVGENSE, auctoritate & juſſu D. Franc. GVILLELMI Epiſc. editum *Coloniae Agripp.* apud *Cornelium* ab EGMOND MDCLIII. 4.

AGENDA *Sacramentalia ad uſum dioeceſis* WLADISLAVIENSIS *accommodata cum adjunctis verbis, & admonitionibus* Polonicis, & Germanicis, *Coloniae* apud *Maternum* CHOLINVM MDLXXIV. 4.

3. Inſtitutionis &c.

VI. Alterum, quo Praeſules ad Ritualia denotanda uſi ſunt, nomen eſt INSTITVTIO. Quo ſpectat

INSTITVTIO *eorum, quibus incumbit miniſtrare Sacramenta*, auctoritate D. *Jacobi* HVRAVLT Epiſc. EDVENSIS edita, *Lugduni* apud *Sebaſtianum* GRYPHIVM 4.

INSTITVTIO *Catholica, quam* Manuale *vocant*, edita auctoritate D. Euſtachii de BELLAY Pariſienſis Epiſcopi, *Pariſiis* MDLII. 4.

Sacra INSTITVTIO *baptiſandi* &c. *juxta uſum Eccleſiae* SARISBVRIENSIS, *Duaci* MDCIV. 4.

Sacra baptizandi INSTITVTIO *juxta* S. R. E. &c. Auguſtae Taurinorum MDLXXXIX.

INSTITVTIO *Parochorum recognita, & edita* juſſu D. *Petri* de VILLARS Arch. VIENNENSIS, *Lugduni* MDLXXXVI. 4.

4. Mitralis

VII. Singulare quoddam nomen eſt, quo SICARDVS ſaeculo XII. *Cremonenſium* Epiſcopus novem *de officiis* libros a ſe compoſitos (octo GESNERVS, & POSSEVINIVS perperam numerant) inſcripſit MITRALIS. *Summa* tamen praenotantur in MS. Codice Bibliothecae *Pariſienſis* S. VICTORIS. Cl. MVRATORIO in mentem venit, SICARDI MITRALE chronicum eſſe; quo nomine a VEZZOSIO reprehenditur (*T. IV. Thom. oper. pag. XVI.*) Idem VEZZOSIVS (*ibid. pag.* XV., Codices aliquot MITRALIS recenſet; alios vide *Fabricianae Bibliothecae*

Med.

Digitized by Google

Med. & inf. Latin. T. V. (*pag.* 168.). Quibus adde Codicem MS. *Bononienſis* apud S. SALVATORIS *Canonicos Regulares* Bibliothecae, ex quo Cl. TROMBELLIVS *Scrutiniorum ordinem*, *Symboli Apoſtolici explanationem*, *orationem dominicam* explicatam & *monita ſuper XII. lectionibus*, *quae Sabbato Sancto legi ſolent*, in lucem protulit (*de Sacram. T. I. pag.* 212. 215. 221. & 312.). Alind non ita obvium nomen ſuppeditat OECO- 5. Oeconomia Domus Domini
NOMIA *Domus Domini*, *ſeu liber de Sacramentorum adminiſtratione*, *vulgo* Baptiſarium, *vel* ordinarium *ad conſuetudinem Eccleſiae* TOLOSANAE, *Pariſiis* apud *Guillelmum* MERLIN. Quod heic audivimus, ORDINA- 6. Ordinarium
RII nomine inſcribitur CARCASONENSIS Eccleſiae Rituale, impreſſum *Carcaſſonae* MDXVII. 4. ORDINARIVM, *ſive Baptiſterium Eccleſiae & dioeceſis Carcaſſonae*. Ita etiam occurrit ORDINARIVM, *ſive modus & liber adminiſtrationis Sacramentorum ſecundum ritum Eccleſiae* TOLOSANAE, *Toloſae* apud *Iacobum* COLOMIES MDXXXVIII. 4. *Baptizarii* & *Baptiſterii* deſcripta nomina mihi in memoriam revocant *librum* BAPTISMATIS, in *quo ritus* & *caeremoniae ſervandae in Baptiſmo & ceteris Sacramentis adminiſtrandis a Parochis civitatis & dioeceſis* PAPIAE, *Ticini* apud BARTOLI MDLXXXVI. 4. ORDINIS quoque nomen invenies. Ita praenotatur BEROLDI liber de Eccleſiae *Ambroſianae* ritibus 7. Ordo
a Cl. MVRATORIO primum vulgatus, *diſſert.* LVII. inter *Antiquitates Italicas*: ORDO, & *Caeremoniae Eccleſiae* Ambroſianae MEDIOLANENSIS *circa annum* MCXXX. Eodem titulo inſcribitur *ordo baptizandi*, & *alia Sacramenta adminiſtrandi ex Rom. Eccleſiae ritu*, *Venetiis* apud *Ioh. Baptiſtam* SESSAM MDLXXV. 8. & apud JVNTAS MDCIII. 8. Huc ſpectat ordo, & Ritus *Metropolitanae Eccleſiae* STRIGONIENSIS (Nicolao OLAEO Archiepiſcopo) *quibus Parochi*, & *alii animarum Paſtores in Eccleſiis ſuis uti debent*, *Viennae Auſtriae MDLX.* 4. Alia minus pervulgata nomina in aliis Ritualibus offendes: En aliqua. *Libellus* OFFICIALIS, *ſeu Manuale* CARNOTENSE *editum juſſu D.* Nicolai de 8 Libri officialis
THOV *Epiſcopi*, Pariſiis apud KERVER MDLXXX. 4. *Liber* OFFICIALIS, ſeu *Agenda Sanctae Eccleſiae* TREVIRENSIS per D. Jacobum Archiep. evulgata Treviris MDLXXIV. 4. PAROCHIALE, ſeu 9 Parochialis
Sacerdotale (*quod* Manuale *vocant*) *Eccleſiae* ROTHOMAGENSIS *a* FRANCISCO I. *Archiepiſcopo approbatum*, Rothomagi MDCLI. 4. duob. volum.

VIII. Uſitatiora ſunt PASTORALIS, SACERDOTALIS, & SA- 10. Paſtoralis
CRAMENTALIS nomina. Exemplis rem confirmo a *Paſtoralibus* initio facto.

PASTORALE *ad uſum* Romanum *accommodatum Canones* & *ritus Eccleſiaſticos*, *qui ad Sacramentorum adminiſtrationem*, *aliaque Paſtoralia officia in variis dioeceſibus rite obeunda pertinent*, *complectens*, Ingolſtadii MDCXXIX. 4.

PASTORALE *Eccleſiae*, *ſive dioeceſis* GANDAVENSIS, Gandavi MDCXL. 8.

PASTORALE *ad uſum* Romanum *accommodatum Canones & ritus Eccleſiaſticos*, *qui ad Sacramentorum adminiſtrationem*, *aliaque Paſtoralia officia rite obeunda pertinens*, *complectens juſſu & auctoritate* D. *Iohannis* Hauchini MECHLINIENSIS Archiep. editum, Antuerpiae *apud* Plantinum MD-

Digitized by Google

MDLXXXIX. 4. Idem auctum & recognitum, Antuerpiae apud Joh. MORETVM MDCVII. 4.

PASTORALE Romanum *pro uſu dioeceſeos* OSNABRVGENSIS, Oſnabrugae MDCXXIX. 4.

PASTORALES *Eccleſiae* RVRAEMVNDENSIS *ab* Henrico CVYCKIO Ruraemundenſi *Epiſc.* editum, Coloniae apud Petrum KEPHEDE MDXCIX. 4.

PASTORALE *ad uſum* Romanum *accommodatum, Canones &* ritus *Eccleſiaſticos &c.* ut ſupra *pro Provincia* SALISBVRGENSI, *Ingolſtaldii* MDXXVII. 4.

41. Sacerdotalis

IX. SACERDOTALIS exempla erunt

SACERDOTALE volumen, quod *ordinarium* ILERDENSE *dicitur* Ilerdae MDLXVII. fol. edente *Petro Roburio* typographo. Praeerat tunc *Ilerdenſi* Eccleſiae doctiſſimus *Antonius* AVGVSTINVS, qui libro praefatus eſt Kal. Maij ejuſdem anni. Exſtat rarum hocce *Sacerdotale* in Biblioth. Barber.

Liber SACERDOTALIS *ſecundum uſum primae* Lugdunenſis *Eccleſiae*, Lugduni typis Johannis GROTOTI MDXLII. 4.

SACERDOTALE, *vulgo* Manuale Sacerdotum *ad uſum Eccleſiae, & dioeceſis* MELDENSIS auctoritate *Johannis* de VETERIPONTE Epiſc. editum, Rhemis apud Simon. de FOIGNY MDCXVII. 4.

SACERDOTALE, *Vulgo* Manuale, *ſeu* Agenda *Sacerdotum* ad *uſum Eccleſiae & dioeceſis* PARISIENSIS, auctoritate D. Henrici de GONDY Epiſc. reſtitutum, *Pariſiis* apud Claudium CHAPELET MDCI. 4.

SACERDOTALE, *vulgo* Manuale, *ſeu* Agenda *ad uſum omnium Eccleſiarum Provinciae* RHEMENSIS *pro Eccleſia, & dioeceſi* SILVANECTENSI, *Rhemis* apud Johannem de FOIGNY MDLXXXV. 4.

SACERDOTALE, *ſeu* Manuale *Eccleſiae* ROTHOMAGENSIS FRANCISCI Archiep. juſſu auctum, ac reformatum, *Rothomagi* typis Societatis MDXL. 4.

42. Sacramentalis

X. SACRAMENTALIS exempla ex ſola *Italia* noſtra mihi ſuppetunt.

SACRAMENTALE AMBROSIANVM CAROLI S. R. E. Cardinalis Archiep. Mediolanenſis, & GASPARIS ejus ſucceſſoris juſſu recognitum & editum, *Mediolani* apud PONTIVM MDLXXXIX. 4.

SACRAMENTALE Eccleſiae FERRARIENSIS D. Johannis FONTANA Epiſcopi juſſu editum, *Ferrariae* MDXCII, & iterum apud BALDINVM MDC. 4.

SACRAMENTALE GENVENSIS Eccleſiae D. Horatii Card. SPINVLAE Archiep. juſſu editum, *Genuae* 4.

Accedit SACRAMENTARIVM Patriarchale (3) ſecundum morem Sanctae COMENSIS Eccleſiae, Mediolani MDLVII. (4)

AR-

---

(3) ſeu ſecundum ritum *Aquilejenſis* Patriarchatus, cui, *Comenſes* Epiſcopi obnoxii erant.

(4) Anceps diu haeſi, num aliqua de Proteſtantium *Agendis*, ac Manualibus quidquam adderem. Verum tandem ab his abſtinendum cenſui, ne *Germanicis* titulis magno noſtratium typothe-

Digitized by Google

A R T I C V L V S V.

Ritualis partes ſeorſum aut MS. aut editae.

Baptiſmalis liber

I. **A**Liquae *Ritualis* partes ſeorſum cum manu exaratae, tum typis impreſſae inveniuntur. De his igitur nunc agendum. Prima eſt *Baptiſterium*, *Baptizarium*, *Baptiſmale*, ſeu ordo ad Baptizandum. Hoc nomine ſaepe integrum *Rituale*, quod ab ordine Baptizandi initium ſumeret, deſignatum fuiſſe res eſt explorata. Exempla vidimus ſuperiore articulo. In eamdem ſententiam adcipe illud BVRCHARDI (*lib. XIX. cap. VIII.*) *Diſcat..... Pſalterium*, *Lectionarium cum Evangeliis*, *Sacramentorum librum*, *Baptiſterium*, & *computum cum Cyclo*. Alia vide apud CANGIVM in *Gloſſario*, & GEORGIVM (T. II. p. CLXIX.) Verum ipſum hoc nomen ad unum *Baptiſmi* ordinem, qui libello quopiam contineretur, pertinuiſſe nullus dubito. Ejuſmodi fuiſſe videtur *Librettus a baptizando*, quem indicat carta a. MCCCCLXXVII. a me edita in *hiſtoria* Leonenſis *Monaſterii* (p. 253.). Nam quum praeter hunc in eadem charta *librettus Sacramenti* adnotetur, (quo nomine quid niſi integer *Ritualis* liber deſignetur?) ſolus ordo *baptiſmi* altero illo nomine ſignificabitur. Sine dubio tamen hujus claſſis ſunt *ordo baptizandi ſecundum Ritum* Romanae *Eccleſiae ad uſum civitatis* MANTVANAE *editus*, a. MDLVII., *Liber catechumeni*, Venetiis *impenſis* Lucae Antonii de GIVNTA a. Domini MD.

Cate-

---

thetarum incommodo cartas implerem Conferri de his poterunt* Joh. *Andreas* SCHMID in diſſert. de *Agendis Helmſtadii* MDCCXVIII. **Hermannus Caſpar* KOENIGIVS in *Bibliotheca Agendorum* Zelle MDCCXXVI. * & PFAFFIVS de *Liturgiis*. Pauca, ſed quae nobis ſatis, dabis ex Catholicis P. ZALLVVEIN in *Princip. Jur. Eccleſ.* (*T. II. pag. 95.*) Potius agendum mihi eſſet de Regularium ordinum libris Ritualibus. Paucos heic adtexam, quos novi.

Collectarium juxta ritum Sacri ordinis PRAEDICATORVM, *Romae* ex typogr. *Alphonſi* CIACCONI apud *Bartholomaeum* ZANETTVM MDCVII. 4.

Caeremoniale ſacri Ordinis B. Mariae de MERCEDE Redemptionis Captivorum *una cum ſcholiis*, *Auctore* P. Franciſco ANDREA, Valentiae MDCXIV. 4. Huic addendum *Rituale Sacri & Regalis Ordinis* B. V. Mariae de MERCEDE Redemptionis Captivorum, Hiſpali *ex typographia* Johannis de la PVERTA MDCCX. 4.

Manuale eorum omnium, quae cantanda ſunt in ſingulis Proceſſionibus, Profeſſionibus, aliiſque ritibus Clericorum Regularium MINORVM, Romae *typis* Rev. Camerae Apoſtolicae MDCLXXIX. 8.

Rituale, ſeu *Caeremoniale Eccleſiaſticum juxta ritum Sanctae Matris Eccleſiae* Romanae, *uſumque Fratrum* DISCALCEATORVM S. AVGVSTINI *per* Galliam. Indici librorum vetitorum inſcriptum fuit, *donec corrigatur*, decr. XXIII. Auguſti MDCXXXIV.

Qui antiquiora quaerit, adeat operis inſcripti: *Continuation des Memoires de litterature*, & *d'hiſtoire par le P.* DESMOLETS Tomum undecimum. Ibi enim (P. II. pag. 449 ſeqq.) extat *Lettre a Dom* LAMY *Prieur de* Beaulieu *ſur quelques ſingularitez du Rituel de l'Abbaie de* BEAVLIEV. Scriptum eſt hoc *Belliloceſis* Coenobii *Rituale* ſaeculo XV. incipit autem *a modo*, *ſeu forma baptizandi campanam*.

Digitized by Google

Catechuminum ſecundum ordinem Rom. *Eccleſ. nec non morem* BONONIENSIS *Eccleſiae*, Bononiae MDXXI., *Libellus baptizandi pueros*, Brixiae apud *Damianum* TVRLI MDLV.; *inſtitutio baptizandi* Venetiis MDLXXI., & apud *Dominicum* NICOLINVM MDLXXIII., itemque apud Junctas MDLXXXI. uti & MS. *Liber Scrutiniorum* in indiculis *Tarviſinae* Eccleſiae expreſſus T. VIII. operis inſcripti *Memorie per ſervire all' Iſtoria* &c. (P. V. *pag.* 31.)

Liber Benedictionalis

II. Alter in hujus articuli cenſu numerandus liber eſt BENEDICTIONALIS, in quo *benedictiones*, quae ab Epiſcopis & Sacerdotibus fiunt, continentur: cujuſmodi, inquit CANGIVS, eſt *Benedictionale* GREGORII M. quod ex Codice *Caeſareo* deſcripſit *Petrus* LAMBECIVS (*Lib.* 2. *Comment. Biblioth. Caeſar*). Ordo Romanus *accipiat Benedictionalem librum, & converſus ad populum dicat* &c. Huc ſpectant *Benedictiones Pontificales* dicendae per totum annum, ex *Pontificali* Eccleſiae RHEMENSIS decerptae, ac MS. in Codice Bibliothecae *Tellerianae*; item *Benedictionale juxta ritum Eccleſiae* AVRELIANENSIS, *Aurelianis* MDCXCVI fol.; *obſequiale ſive Benedictionale* PRAGENSE, *Pragae* MDLXXXV. 4

Poenitentiale

III. Ejuſdem cenſus eſt POENITENTIALE, ſcilicet libellus Canonum Poenitentialium; cujuſmodi ſunt *Poenitentialia* GREGORII M. *Johannis* IEIVNATORIS, *Theodori* CANTVARIENSIS, *Rhabani* MAVRI, *Iſaaci* LINGONIENSIS, *Burchardi* WORMATIENSIS, *Ivonis* CARNOTENSIS, aliaque de quibus aliqua PFAFFIVS de *Liturg.* plura *Joh. Albertus* FABRICIVS (*Bibl. Graecae T. XI. p.* 73. *ſeqq.*)(1). Adde his *ordines* quoſdam a MORINO *in lib. de Poenit.*, & a MARTENIO editos T. I. *de ant. Eccl. ritib.*) MVRATORIVS quoque (T. V. *Antiquit. Italic.*) praeter prologum codicis *Poenitentialis* e MS. Codice *Veronenſi* (*col* 715.) *Poenitentiae ritus* e codicibus MSS. Monaſterii *Bobienſis* vulgavit (*col* 723. *ſeqq.*) Codices Metropolitanae *Colonienſis*, ubi hujuſmodi *Poenitentiales* libelli, percenſet Cl. P. HARTZHEIM in catalogo ejus Bibliothecae (*pag.* 71. *ſeqq.*). Huc ſpectat rarus admodum libellus, qui praenotatur: *Ritus, & obſervationes antiquiſſimae olim circa baptizatos conſitentes, coſque, qui pro delictis ab Eccleſia Dei eliminandi eſſent, obſervatae: item Praefationes, quae vocantur, numero CXIII. non tam vetuſtate, quam pietate venerandae, per totius anni curriculum, olim cantari ſolitae, nunc autem prorſus obliteratae*, Coloniae apud Johannem SOTEREM MDXXX. 8.

Alii libri

IV. Sunt & alii ejuſdem generis libri. *Liber ad oleandum*, nempe ad extremam unctionem adminiſtrandam in citatis *Tarviſinae* Eccleſiae indiculis (p. 27.) memoratur. *Ordo* vero *commendationis animae ex* Romano, *aliiſque Eccleſiaſticis ritibus deſumptus ad uſum Religionis Clericorum Regularium miniſtrantium infirmis* prodiit *Bononiae* apud *Bartholomaeum* COCHIVM MDXII. 8. Exſtant etiam libri *Exequiales*. Potiſſimum tamen

praeſertim Proceſſionale

PROCESSIONALE in ſolemnibus ſupplicationibus uſurpatum mentionem meretur. Plura hujus libri exempla Mss. editaque habemus. In his PRO-

(1) Quae in Poenitentiales hoſce libros *Carolus* CHAIS in opere inſcripto: *Lettres Hiſtoriques, & dogmatiques ſur les Jubilés, & les indulgences de l'Egliſe Romaine* (ep. XXI.) ex eoque *Proſper* MARCHAND (*Diction. hiſtor. T. II. p.* 281. *ſeq.*) deblaterant, inepta adeo, atque indecora ſunt, ut non tam refelli, quam igne deleri mereantur.

PROCESSIONALE ROMANVM, *Venetiis* apud *Lucam Antonium* de GIVNTA MDXIII. 4. & *Mucloviі* MDCXVII. 4.

PROCESSIONALE *Ritibus* Romanae *Eccleſiae accommodatum*, *Antiphonas*, & *Reſponſoria*, *aliaque in ſupplicationibus decantari ſolita complectens*, Antuerpiae *ex officina* Plantiniana Balthaſaris MORETI MDCXXIX. 4.

PROCESSIONALE AVRELIANENSE MS. citatur a Cl. P. de RVBEIS in famigerata illa, quam ſaepius laudavi, ac porro laudabo, diſſertatione *de ſacr. Forojul. Ritib.* (p. 403.)

PROCESSIONALE *ſecundum uſum* S. JOHANN. HIEROSOLYM.; Codex vetus eſt in membranis, ex quo vir eruditus PACIAVDIVS (*Antiq. Chriſt. diſſ. IX. pag.* 412.) vulgavit *ordinem ad habendas ſupplicationes in magna hebdomada*.

PROCESSIONALE PARISIENSE, *Pariſiis* MDLXXXVIII. 8. & MDCXCVII. 4.

PROCESSIONALE RHEMENSE, *Rhemis* MDLXXI. 4. Gallice vero inſcriptum: PROCESSIONEL *du dioceſe de* RHEIMS *revu*, & *corrigè de l'autorité de Monſ.* Charles Maurice *le* TELLIER *Archev.* a Rheims apud *Nicolaum* POTTIER MDCLXXVIII. 4.

PROCESSIONALE ROTHOMAGENSE MDII. MDLXXXVIII. MDCXLV. 4.

PROCESSIONALE SARISBVRIENSE, Londini MDLV.

PROCESSIONALE SENENSE MS. indicatur a doctiſſimo TROMBELLIO (*de Sacram. T. I. pag.* 322.

V. Ex Proceſſionalibus libris decerptae ſunt Litaniae. *Quaternus a Letaniis* in nuper appellatis *Turviſinae* Eccleſiae indiculis nominatur, Libellus nempe, in quem Litaniae relatae fuerant ALTHANVS *in diſſert. de Calendar.* (*p.* 75.) libri meminit praenotati: *Libro de Litanie ſecondo l'ordine di* S. AMBROSIO *per la Città di Milano*. *Theſaurum precum*, *Meditationum*, & *Litaniarum cum Apologia pro Litaniis* Auctore *Thoma* SAILLIO habuimus *Bruxellis* a VELPIO typographo MDXCVIII. & ab *Huberto* ANTONII MDCVIII. & MDCIX. *Antuerpiae* quoque ex typographio *Plantiniano* eodem a. MDCIX. Idem SAILLIVS auctor eſt libelli quarto editi *Antuerpiae* ex officina *Plantiniana* MDXCV. hoc titulo: *Sacrae Litaniae variae auctae in gratiam exercitus Catholici*. Extat etiam ejuſdem libelli nova editio *Antuerpienſis* cum brevi, piaque quotidiana exercitatione MDCXLI. 16 Varias porro veterum Litaniarum formulas evulgarunt praeter MORINVM (*de Eccleſ. ordinat. p.* 300.) & MARTENIVM (*de antiq. Eccleſ. ritib. lib. IV. cap.* 27) atque aliis in locis,* GOLDASTVS (Tom. II *Rer. Alemannic. pag.* 136) Hugo MENARDVS *ad Sacram.* GREG. *M.* (*pag.* 156. 284 345.) *Jodocus* METZLERVS in *hymnis Patrum Monaſt.* S GALLI (Tom. XXVII. *Biblioth. Patrum Lugdun.* p. 510. *ſeqq.*), MABILLONIVS (*Analect. T. II. ſub ſin.*) BALVZIVS tum *Miſcellan.* Tom. II. tum in Appendice *Actor. Veter.* ad *Capitul. Reg. Franc.* du CANGIVS in Gloſſario V. *Laus.*, *Johann. Baptiſta* SOLLERIVS in Actis Sanctor. ad d. XIV. Julii (*Comm. Praev. ad vitam* S. HENR. *Imp.* §. *VIII. num.* 85) Johannes de IOHANNE in Tractatu *de divinis* Siculorum *officiis* (*pag.* 269. 285. 306.)

TROM-

Litaneutica

TROMBELLIVS in diſſertatione Epiſtolari in veteres quaſdam Litanias (*T. XXXII. Collect.* Calogeranae *opuſculorum p.* 231 *ſeqq. & T. I. de Sacram. pag.* 323. ſeq.) P. de RVBEIS (*de Sacr. Forojul. ritib. cap. XXXI.*) ALTHANVS in nuper citata diſſertatione *de Calend.* (pag. 301. 326.) quibus omnibus adde erutas a me ex *Maglinbechiano* pervetuſto Codice *T. XXXVI. ejuſdem* Calogeranae *collectionis p.* 98. *ſeqq.*). Inter has Litanias memorandae ſunt peculiares quaedam Virginis Deiparae Litaniae, quas ex vetuſto *Bojanae* apud *Forojulienſes* perilluſtris familiae Codice (*l. c. p.* 406.) P. de RVBEIS depromſit. Ab his vero non diſcedendum, quin libri meminerim *Avenione* typis *Jacobi* BRAMEREAU MDCI. 16. excuſi hoc titulo: *Litaniae ad Sanctiſſimam Deiparam Virginem MARIAM ex Patribus, & Scripturis ... collectae, & per ſingulos hebdomadae dies diſtributae*. Heic tamen ob oculos habendum eſt Sacrae Inquiſitionis decretum, quod anno MDCI prodiit his verbis.

„ Quoniam multi hoc tempore privati etiam homines, praetextu
„ alendae devotionis, novas quotidie Litanias evulgant, ut jam prope
„ innumerabiles formae Litaniarum circumferantur, & in nonnullis ine-
„ ptae, ſententiae, in aliis (quod gravius eſt) periculoſae, & errorem
„ ſapientes inveniantur; Sanctiſſ. D. N. Clemens Papa VIII pro ſolli-
„ citudine ſua Paſtorali providere volens, ut animarum devotio Dei-
„ que, ac Sanctorum invocatio ſine ullius detrimenti ſpiritualis periculo
„ foveatur, praecipit, & mandat, ut retentis antiquiſſimis, & commu-
„ nibus Litaniis, quae in Breviariis, Miſſalibus, Pontificalibus, ac Ritua-
„ libus continentur, nec non Litaniis de Beata Virgine, quae in Sa-
„ cra Aede Lauretana decantari ſolent; quicumque alias Litanias ede-
„ re, vel jam editis, in Eccleſiis, ſive Oratoriis, ſive Proceſſionibus,
„ uti voluerint, eas ad Congregationem Sacrorum Rituum recognoſcen-
„ das, & ſi opus fuerit, corrigendas, mittere teneantur, neque ſine li
„ centia, & adprobatione praedictae Congregationis, eas in publicum
„ edere, aut publice recitare praeſumant, ſub poenis (ultra peccatum)
„ arbitrio Ordinarii, & Inquiſitoris ſevere infligendis.

Praeſens decretum factum fuit in generali Congregatione Sanctae
„ *Romanae*, & univerſalis Inquiſitionis, habita in Palatio Apoſtolico in
„ Monte Quirinali, coram praedicto Sanctiſſimo Domino Noſtro, ac
„ Illuſtriſſ. & Reverendiſſ. Dominis Sanctae *Romanae Eccleſiae* Cardina-
„ libus adverſus haereticam pravitatem generalibus Inquiſitoribus, o-
„ ctavo Idus Septembris, Anno a Nativitate Domini Noſtri Jeſu Chri-
ſti MDCI.

„ *Quintilianus Adrianus* Not.

CA.

C A P V T VI.

Libri Pontificales.

A R T I C V L V S I.

Libri Pontificales Graecorum *&* *Orientalium :*

Archieraticum

I. INſignem habent *Graeci* librum *Pontificalem*. En titulum. Iſaaci HABERTI *ἀρχιερατικόν*, *liber Pontificalis Eccleſiae* Graecae, *nunc primum* ex *Regiis manuſcriptis* Euchologiis, *aliiſque probatiſſimis monumentis collectus*, latina *interpretatione*, *notis*, ac *obſervationibus antiquitatis Eccleſiaſticae pleniſſimis illuſtratus*, Pariſiis MDCXLIII. *fol.* Hoc opus in magna eſt apud eruditos viros exiſtimatione, iique qui adcuratiorem quamdam Rituum *Graecorum* notitiam comparare ſibi velint, carere illo vix poſſunt. Citatur etiam *Pariſienſis* editio a. MDCLXXVI., ſed emunctioris uaris critici eumdem eſſe librum, quem adnotavimus, novo ſolum titulo exornatum (1) exiſtimant.

Pontificale Coptorum

II. Proximum *Graeco* Pontificali eſt *Coptitarum* Pontificale *Romae* vulgatum MDCCLXI. 4. Tom. duob. cura *Raphaelis* TVKI Epiſcopi *Arſenovenſis*. Pars eſt *Euchologii Alexandrini Copto-Arabici*, quod a Miſſalis initio facto a. MDCCXLVI. edi coepit.

Armenorum MS.

III. *Armeni* quoque ſuum habent Pontificale manuſcriptum auctore ARRAQVELE *Sionitarum* Epiſcopo. Hujus exemplum anno *Armenicae* Aerae MCLXII. Chriſtianae vero, quam uſurpamus, MDCCXIII. a *Sergio* ENDOKIENSI horologiorum primum artifice, mox *Armenorum* in partibus Epiſcopo exaratum *Gallice* vertit Abbas LOVRDET Regius Profeſſor, & Cenſor. Duabus veluti partibus conſtat. Prima diſciplinam complectitur, qua qui Sacerdotio initiandus eſt, a teneris, ut ajunt, unguiculis imbui debet. Altera coeremonias in ſingulis ordinibus adminiſtrandis ſervandas exhibet. Primae illius partis ſpecimen, atque epitomen quamdam Cl. Abbas DINOVART in diarium ſuum Eccleſiaſticum *Pariſiis* editum intulit. Vide menſem Januarium, & Februarium a. MDCCLXX. (*art. V. & XV.*)

Maronitarum item MS.

IV. Uberiora de *Maronitarum* Pontificali item MS. prompſit Cl. *Joſeph. Aloyſius* ASSEMANVS (*Praefat. in Cod. Liturg. lib. VIII. P. II. pag. XL. ſeqq.*) „ Codex, inquit ille, ſcriptus eſt nitidis caracteribus „ an. MDCCXXVIII. ab Archipresbytero *Michaele* METOSCHITA „ *Cyprio*, *Maronitarum* Urbani Collegii alumno, ut ex notula ad calcem „ exſtante liquet, & quidem *Romae* in Monaſterio SS. PETRI, & MARCELLINI, quod tunc temporis pertinebat ad Monachos *Maronitas* „ S. ANTONII Abbatis Congregationis *Montis Libani*, nunc vero per- „ tinet ad Moniales S. THERESIAE Virginis, quae in aedibus *Gymna-* „ *ſiae* familiae Monaſterium habent; etſi autem hactenus ad laudatum

(1) Confer *Richardi* SIMONIS *novam Bibliothecam ſelectam* (*parte II. pag. 1.*) *hiſtoriam bibliothecae* Fabricianae (*P. II. pag. 363.*) & VOGTIVM (*Catalog. libror. rarior. pag. 325.*)

„ Monaſterium non ſe contulerint Moniales, (a) *Maronitae* tamen Monachi
„ hoſpitium ſibi fecerunt prope Eccleſiam S. PETRI in *Vinculis* nun-
„ cupatam in villa, quae *Matthaeiorum Paganicae* dictorum propria erat,
„ & a laudatis Monachis cum opportunis juris remediis, & cautionibus
„ ſoluto pretio empta fuit. Codicem autem ſibi deſcribi curavit, ac
„ proprio uſui *Gabriel* EVA *Cypri* Archiepiſcopus *Maronita* Pontificio
„ ſolio adſiſtens, qui in urbe Pontificalia pro *Syris*, ac *Maronitis*, agebat.
„ Piiſſimus hic Archiepiſcopus unus fuit e primis Congregationis Mo-
„ naſticae dictae Reformatoribus; ab Apoſtolica Sede ad *Maronitas*, alioſ-
„ que *Orientales* non ſemel pro cauſſis graviſſimis ablegatus munia lau-
„ dabiliter explevit, multa pro Religionis zelo pertulit ab infidelibus,
„ quin & vincula ſuſtinuit in civitate patria *Alepi* dicta; tandem *Romae*
„ octogenario major omnibus ordinibus acceptus ſanctiſſime, ut vixe-
„ rat, ſupremum clauſit diem an. MDCCLII. Eo vero defuncto codi-
„ cem vulgandum nobis communicavit *Thomas* EVA *Gabrielis* ex fratre
„ nepos, Presbyter in S. Theologia doctor, & in *Romano* noſtro Gy-
„ mnaſio linguae *Arabicae* meritiſſimus Profeſſor. Codex autem lauda-
„ tus deſcriptus fuit ex autographo *Romam* miſſo a *Stephano* ALDOEN-
„ SI Patriarcha, ut nimirum in typographia Collegii Urbani *de Pro-
„ paganda Fide* ederetur pro *Maroniticae* gentis commodo, & uſu; non
„ ſemel enim decretum a S. Congregatione *de Propaganda Fide* emanavit,
„ *Orientalium*, ac potiſſimum *Syrorum Maronitarum* Eccleſiaſticos libros
„ praeviis maturo judicio, & correctione, ubi opus eſſet, typis *Romae*
„ committendi, quo *Orientales*, Typographicae artis ope deſtituti,
„ commodum haberent talium librorum, nec ſcribis, aliiſque amanuen-
„ ſibus ſeu haereticis ac ſchiſmaticis locus eſſet libros laudatos corrum-
„ pendi, vel adulterandi; quod frequens contingebat. „

V. „ Codici epiſtolam quamdam praefationis vice praepoſuit ad
„ *Maronitas* Epiſcopos Presbyteros, Abbates, alioſque directam ſub
„ data an. MDCLXXXIII. menſis octobris die prima: compendio epi-
quid contineat „ ſtolam recito..... Ubi laudatus ALDOENSIS Sedem *Antiochenam* con-
„ ſcendit, primam Paſtoralis ſollicitudinis partem in libris Eccleſiae *Ma-
„ roniticae* cognoſcendis, & recenſendis poſuit, cum ut varietatem o-
„ mnem tolleret, tum ut errores corrigeret, ac emendaret vitia, quae
„ Amanuenſium oſcitantia, ſeu ignorantia obrepſerant, & haeretico-
„ rum (qui communem cum *Maronitis* ritum & linguam habent) frau-
„ dem; &ſi enim non ſemel ab antiquis hujuſmodi operi manus fuiſ-
„ ſet admota, attamen nova cura recenſendi, & cognoſcendi erant
„ tales libri; neque id mirum videatur, quum ipſi *Romanae* Eccleſiae
„ Rituales libri multoties ſimili ſubjacuerint diſquiſitioni, provido cer-
„ te, ac ſaluberrimo *Romanorum* Epiſcoporum conſilio. In hanc vero
„ ſollicitudinis partem duos Archiepiſcopos *Maronitas* liberalium, & Theo-
„ logicarum diſciplinarum doctrina conſpicuos, ac Rituum Eccleſiae, po-
„ tiſſimum *Syriacae* ſcientia inſtructiſſimos, atque zelo Religionis ferven-
„ tiſſimos ſibi ſocios, & conſiliarios vocavit. Quorum unus fuit *Petrus*
GV-

(a) Ita quidem a. MDCCLVI. ſcribebat ASSEMANUS; Verum a multis jam annis ad illud Monaſterium Sanctimoniales S. THERESIAE ſe contulerunt, veteri earum Monaſterio in *Umbrorum* Collegium commutato.

Digitized by Google

,, GVSTENSIS Archiepiſcopus *Gypri*, alter vero *Joſeph Simonius* AS-
,, SEMANVS propatruus meus *Tripolis Syriae* Metropolitanus. Quo-
,, niam autem principem locum in ſacris Chriſtianorum Ritibus, & of-
,, ficiis ſibi vindicat Chirotonia, ſeu Pontificalis liber, in quo Sacer-
,, dotum, ac Miniſtrorum rituum Eccleſiae inauguratio, ac perfectio
,, continetur, ab eo exordium duxerunt. Hunc ut priſtinae ſinceritati
,, & integritati reſtituerent, & ad ritum ab Apoſtolis ad tempora de-
,, currentia traditum, & cuſtoditum exigerent, quoad fieri poſſet, omni
,, cura adnitendum duxerunt, ut errores, qui quidem nec pauci, nec
,, leves in idem Pontificale, depravatis paſſim locis, irrepſerunt, quam
,, adcuratiſſime tollerentur. Idem enim Pontificale corrupti, & men-
,, doſi voluminis ſpeciem adeo praeferebat, ut (multis dictionibus,
,, hinc inde partim in unam contractis, partim una in plures diſtin-
,, cta, partim iiſdem male, ac perperam collocatis, & trajectis, par-
,, tim denique ipſo orationis ſenſu mutato) dubium eſſet, quibus tan-
,, dem officiis, vel laudibus Eccleſiae Praeſules *Antiochbeni* divinum no-
,, men proſequerentur, praeterquam quod rubricis etiam ſparſim tur-
,, bata ordinis ſerie diſpoſitis, tanta erat varietas, & obſcuritas, ut mul-
,, tis in locis rectene ſe haberent, opinione magis, quam judicio eſſet
,, ſtatuendum. Hanc ergo ad rem examinandam, & abſolvendam, ve-
,, tuſtos libros Pontificales undique conquiſitos, & collectos ſtrenue, ac
,, fidelner contulerunt cum antiquo exemplari adſervato in Monaſterio
,, S. SERGII Oppidi *Eden*, quod propria manu ſcripſit *Hieremias* EAM-
,, SCITENSIS Patriarcha *Antiochenus Maronitarum*, qui *Lateranenſi* Con-
,, cilio ſub INNOCENTIO III. interfuit. Quumque re ad eam, quae
,, in praeſenti codice editur, formam redacta, Pontificale *Maronitarnm*
,, tandem reſtitutum, & abſolutum eſſet, atque ita ex omni parte diſ-
,, poſitum, ne ſubſequentibus temporibus cuilibet tribueretur libertas
,, *Pontificale* praedictum in toto, vel in parte mutandi, vel ei aliquid
,, addendi, ac omnino detrahendi ſub quovis praetextu, conſtitutum
,, fuit: & pro commodo in unum volumen concluſa ſunt, quae olim duo-
,, bus diſtinctis continebantur, quorum unum quas Epiſcopus celebrans
,, dicit, orationes, & exercet officia, exprimebat, alterum repraeſenta-
,, bat partem, quae a Diacono Pontifici miniſtrante recitanda eſt. Ru-
,, bricas *Arabicas* non ſemel, atque expoſitiones *Arabicas* (licet *Syria-*
,, *co* charactere deſcriptas) ſaepe ſubjecit *Syriaco* antiquo textui propter
,, illos, qui linguam *Syriacam* legunt quidem, ſed non intelligunt Con-
,, ſtat Codex *pag.* 166. *in fol.* alia manu adſutae ſunt eidem paginae 7.
,, in quibus continetur, primo Conſecratio Calicis & patenae; 2. Be-
,, nedictio Imaginum, 3. Adminiſtratio Sacramenti Confirmationis. Qui
,, Ritus ex *Romano* latino de verbo ad verbum *Arabico* ſermoni ſunt red-
,, diti, ſcripti tamen *Syriaco* charactere. Poſt epiſtolam praedictam,
,, quae praefationis vicem gerit, exſtat Index Capitum Pontificalis, cui
,, poſt Patriarchae conſecrationem ſubditur Ritus initiationis Monacho-
,, rum. *Syri* ergo *Maronitae*, exceptis Monachorum laudatis benedictio-
,, nibus, has habent ordinationes: videlicet, 1. *Cantoris*, ſeu Pſaltae.
,, 2. *Lectoris*. 3. *Subdiaconi*. 4. *Diaconi*. 5. *Archidiaconi*. 6. *Presbyteri*.
,, 7. *Periodeutae*, *ſeu Viſitatoris*. 8. *Archipresbyteri*, quem *Churi* vocant

„ 9. *Chorepiſcopi.* 10. *Epiſcopi, & Metropolitani.* 11. *Patriarchae.* „ Ex hoc autem Codice ASSEMANVS, quem hactenus exſcripſi, eodem tomo *Syriace & Latine* protulit *Chirotoniam Pſaltarum, ordinem Chirotoniae ſuper Hypodiacono, Chirotoniam ſuper diacono, Chirotoniam, qua perficitur Archidiaconus, Chirotoniam, qua perficitur Preſbyter, Chirotoniam, qua perficitur Periodeuta, ſcilicet Viſitator, Chirotoniam, qua perficitur Chorojo, qui eſt cum Epiſcopo, & Chirotoniam, qua perficitur Chorepiſcopus.*

Syrorum Apamienſium

VI. *Syris Maronitis Apamienſem in Syria* Eccleſiam adnectimus. Hujus Eccleſiae *Pontificale* optimae notae anno MCCXIV. ſcriptum, quum *Latini* Eccleſiam illam occuparent, ſuoſque in eam uſus ac ritus invexiſſent; aliud quoque annorum circiter quingentorum MARTENIVS appellat, ex quibus nonnullos ordines ad Sacramentorum adminiſtrationem pertinentes exſcripſit.

ARTICVLVS II.

Libri Pontificales Romanae *Eccleſiae, aliarumque* Occidentalium *Eccleſiarum.*

Pontificale Rom.

I. PONtificales *Occidentalium* Eccleſiarum libros percenſere adgreſſus a *Romana*, uti decet, ceterarum matre, & magiſtra exordior. Mitto MS. hujus *Pontificalis* codices, quorum unum in 4. *Telleriana* Bibliotheca poſſedit. Primam ejus editionem *Auguſtinus* PATRICIVS, & *Joh.* BVRCKARDVS ſub INNOCENTIO VIII. curarunt. Inſcribitur *liber Pontificalis editus diligentia* Auguſtini PATRICII de Piccolominibus *Epiſc.* Pientini, & Joh. BVRCKARDI, Romae MCCCCLXXXV. fol. Tum prodiit ex emendatione *Jacobi* de LVCIIS, & *Joh.* BVRKARDI iterum *Romae* MCCCCLXXXVII. fol. deinde *collibus Vallis Trompiae* per *Maphaeum* de FRANCAZINIS MDIII. fol. *Venetiis* apud *Lucam Antonium* de GIVNTA cum epiſtola *Auguſtini* PATRICII D. INNOCENTIO Papae VIII., & *Lugduni* MDXI. (1). Poſt PATRICIVM ſub LEONE X. *Albertus* CASTELLANVS *Venetus* Ord. Praedic. ad Pontificale perpoliendum, augendumque curas adjecit, illudque emendatum cura CASTELLANI IVNCTAE ediderunt *Venetiis* MDXX. fol. Quae editio iterata fuit *Lugduni* MDXLII *Venetiis* MDXLIII MDLXI. MDLXXII. & MDLXXXIII. ab iiſdem IVNCTIS. Sed quum in eo plura eſſent emendatione digna (2), CLEMENS VIII. recognoſci illud juſſit. Enimvero *Pontificale Romanum* CLEMENTIS VIII. juſſu reſtitutum, atque editum exiit MDXCV., ac deinde *Antuerpiae* MDCXXVII. fol. VRBANVS quoque VIII. iterum, ut illud emendaretur, curavit. Hinc *Pontificale* Romanum CLEMENTIS VIII. *primum, nunc denuo* VRBANI VIII. *auctoritate recognitum, Romae* typis *Vaticanis* MDCXLV.

(1) Hujus *Lugdunenſis* editionis exemplar exſtabat in *Colbertina* Bibliotheca; fuerat autem Fr. BOHERI *Macloviénſis* Epiſcopi, *qui illud ſe comparaviſſe pro pretio viginti aureorum ſcutatorum a.* MDXXII. *ſua manu teſtatur in fronte codicis.*

(2) Vide ſecundam earum, quas praemiſimus, diſſertationem (*Cap. III. num. 9.*

XLV. fol. *Pariſiis* MDCLXIV. fol. iterumque MDCLXV. 8. *Coloniae* MDCLXXXII. 8. *Venetiis* apud BALLERINIOS MDCCIV. *Antuerpiae* MDCCVII. 8. (3) *Romae* MDCCXXVI. fol. Hanc alia *Romana* ſequuta eſt cum prolixis *Joſephi* CATALANI Commentariis. BENEDICTVS denique XIV. ſuo juſſu recognitum *Pontificale* emiſit, excudente *Generoſo* SALOMONI MDCCLII.

Pontificalia Germanicarum Eccleſiarum

II. *Germanicarum* Eccleſiarum, ut jam ad alias Eccleſias me convertam, vetera aliquot Pontificalia novimus. *Moguntina* duo MARTENIVS memorat MSS. in Regia *Pariſienſi* Bibliotheca a ſe inſpecta, alterum, in cujus fine habetur imago *Chriſtiani* Archiepiſcopi, qui ab anno MCCXLIX. ad MCCL. eamdem rexit Eccleſiam, cui FREDERICVS Monachus codicis Scriptor hunc librum exhibet: alterum annorum circiter CCCC. quod uſui fuiſſe videtur Eccleſiae SPIRENSI: nam in conſecratione Chriſmatis, ubi fit mentio ſermonis faciendi, in margine altera manu ſcriptum legitur: *Hoc non obſervatur in noſtra Eccleſia* Spirenſi. Tertium addo longe antiquiſſimum, quod in Archivo *Piſtorienſis* Capituli adſervatur. Ibi: *Ordo Proceſſionis, ſi quando Epiſcopus feſtivis diebus Miſſam celebrare voluerit: Oratio ad diaconum faciendum: Examinatio in ordinatione Epiſcopi ſecundum Gallos*, ubi haec inter alias legitur interrogatio: Vix? (vis?) *Sanctae* Mogonzienſi *Eccleſiae, mihi, & ſucceſſoribus meis fidem & ſubiectionem exhibere*? Porro *Monaſterienſis* dioeceſis duo item antiqua Pontificalia; duo quoque *Salisburgenſia* idem MARTENIVS indicat: quibus *Trevirenſe* adnectimus *Tellerianae* Bibliothecae.

III. Exſtant etiam duo COLONIENSIA in Bibliotheca Metropolitanae *Colonienſis* a P. HATZHEIM (*Catal. p.* 105. *ſeqq.*) deſcripta. Sed ipſum praeſtat audire HARTZHEIMIVM de his diſſerentem. „ Codex „ 139... non omnes quidem Epiſcopales functiones habet, quas tamen „ habet, eae fere cum *ordine Romano* conveniunt. Saeculo XI. ſcriptus „ videtur. In ordinatione Epiſcopi, in cujus ſcrutinio haec interroga- „ tio formatur. *Vis Sanctae* Colonienſi *Eccleſiae, mihi, & ſucceſſoribus meis* „ *fidem & ſubjectionem exhibere*? ℟. *Volo*. Hinc colligitur *Colonienſis* Ec- „ cleſiae eſſe. En Indicem. *Ordo ad benedicendum Regem. Conſecratio* „ *Pſalmiſte, Ordinatio Oſtiarii, Lectoris, Exorciſtae, Acoliti, Subdiaconi,* „ *Diaconi, Presbyteri. Incipit ordo, qualiter dedicatio Eccleſiae fieri debeat.* „ *Reconciliatio violatae Eccleſiae. Conſecratio Cemiterii. Ordinatio Abbatis,* „ *Abbatiſſae, Abbatiſſae Canonicam regulam profitentis. Conſecratio Sacrae* „ *Virginis, Viduae, quae fuit caſtitatem profeſſa. Benedictio ſuper conſecra-* „ *tos, vel ordinandos. Benedictio novae domus.* Eaedem, & plures ordinatio- „ nes inſunt ordini *Romano* ab HITTORPIO edito, tum etiam alia „ ſerie collocati. Demum nunc plures, nunc pauciores orationes alteru- „ ter Codex habet. „ Alter Codex eſt inſcriptus 140. cum notis mu- „ ſicis impoſitis Antiphonis, & Praefationibus, quae a noſtri ſaeculi „ notis diverſae figurae ſunt. Continentur hoc libro: *In Purificatione* „ S. Mariae *Benedictio ſuper candelas*. 2. *Ordo in quarta feria, quod eſt* „ *in Capite jejunii*. 3. *Ordo in Dominica* Indulgentiae, *quae dies* Palma- „ rum *vocatur*. Caeremoniae lectu digniſſimae. 4. *Incipit ordo, qualiter* „ *aga-*

(3) Confer *hiſtoriam Biblioth. Fabricianae* (*T. VI. pag.* 543.

„ *agatur Concilium triduo* . Ponitur poſt Dominicam *Palmarum* inchoari,
„ finiri in *Coena Domini* in qua Epiſcopus legit, *Ammonitionem ad Clerum*,
„ eamdem quae in *Ordine Romano* reperitur, unde diſcimus diſciplinam,
„ mores, & habitum Cleri *Colonienſis* , qualis ſaeculo XI. fuit, quo
„ hic Codex exaratus eſt. 5. Eodem die *Coenae Domini Benedictio ignis*.
„ 6. Eodem die *reconciliatio publica Poenitentium*. Poſt varias Antiphonas
„ cantandas, recitat Epiſcopus orationes XV. ſuper Poenitentes, dein
„ ſequitur *abſolutio*, in qua ſunt orationes deprecatoriae, una indicati-
„ va. Haec: *Nos etiam ſecundum auctoritatem nobis indignis a Domino com-*
„ *miſſam abſolvimus vos ab omni vinculo delictorum veſtrorum, ut mereamini*
„ *habere vitam aeternam*. 7. Eadem die *Benedictio Chriſmatis* . *Conſecra-*
„ *tio principalis Chriſmatis*. 8. *Ordo in Paraſceve*. 9. *Incipit Ordo ad Ca-*
„ *techumenum faciendum*. Exorciſmi ſuper maſculos, diverſi ab iis, qui
„ ſuper feminas. 10. *Benedictio fontis*. 11. *Ordo Baptiſmi* . *Ter merga-*
„ *tur infans, & poſt veſtiatur. Si Epiſcopus adeſt, ſtatim confirmet, & poſt*
„ *communicet; abſente Epiſcopo, communicet Presbyter baptizatum hac forma.*
„ *Corpus & Sanguis D. N. J. Chriſti conſervet animam tuam in vitam aeter-*
„ *nam* 12. *Benedictio carnium*. 13. *Viſitatio infirmi* Unctionis forma in-
„ dicativa. Partes corporis aegroti plures ac nunc inunguntur. *Poſt un-*
„ *ctionem communicet*. Preces apud Moribundum: pro mortuo: 14. *Ora-*
„ *tio in Agenda mortuorum*. 15. *Benedictio Crucis*. 16. *Benedictio Crucis metal-*
„ *lizatae*. 17. *Benedictio Tabulae itinerariae*, (ſeu Altaris portatilis, ut
„ nunc loquiamamus). 18. *Ordo ad ſignum Eccleſiae benedicendum* (ideſt
„ campanam) Finis. Convenit & hoc Pontificale cum *Romano* Ordine
„ *Hittorpico* , ſed hujus ſeries alia eſt, & uberior. „

Gallicarum IV. Longe plura *Gallicarum* Eccleſiarum ſuperſunt. Haec de illis MARTENIVS *in ſyllabo librorum Sacramentorum* &c.

ANDEGAVENSIS Eccleſiae *Pontificale* annorum CCC. ex Bibliotheca Regia *num.* 4473. Praeter iſtud *Pontificale* quatuor alia reperi in *Andegavenſi* S. SERGII Monaſterio, quinctum in ejuſdem civitatis coenobio S. ALBINI, ſextum in Monaſterio S. NICOLAI, omnia, uno excepto S. SERGII *Pontificali*, Regio longe antiquiora.

AQVENSIS Eccleſiae *Pontificale* , ſeu *Romanum* ad uſum Eccleſiae *Aquenſis* accommodatum ante annos CCCC. manu exaratum. Ex Bibliotheca Regia *n* 3873.

ARELATENSIS Eccleſiae *Pontificale* MS. ante annos CCCC. exaratum. Ex Bibliotheca *Colbertina* n. 1587.

AVTISSIODORENSIS Eccleſiae *Pontificale* MS., cujus character accedit ad annos CCCC. ex Bibliotheca Monaſterii S. IOHANNIS *Laudunenſis*.

BELLOVACENSIS Eccleſiae *Pontificales* libros, & *Rituales* perplures ad proprium commodum olim deſcripſerat V. Cl. *Godefridus* HERMAN ejuſdem Eccleſiae Canonicus.

BISVNTINAE Eccleſiae *Pontificale* Vetus ab annis circiter DC. exaratum, & ad uſum Eccleſiae *Turonenſis* accommodatum; codex optimae notae. In Canone Miſſae inſeritur S. ANTIDII Epiſcopi *Biſuntini* nomen, meminit Portae Martis, ſtationes varias adſignat ad Eccleſias, quae in *Biſuntina* Eccleſia reperiuntur. Hunc codicem, ut & multos alios

ſup-

Digitized by Google

ſuppeditavit Bibliotheca inſignis Eccleſiae *Turonenſis*.

CAMBRACENSIS Eccleſiae *Pontificale* annorum, uti conjicere licet, minimum D. Huc refer *Ordinem* CAMBRACENSIS, & ATREBATENSIS *Eccleſiae, qualiter diebus Dominicis, vel Feſtivitatibus Sanctorum agendum*, qui exſtat in calce *Codicis Canonum Eccl. Rom.* ex Bibl. *Pithoeana Pariſ.* 1687. (*p.* 368.)

CATALAUNENSIS Eccleſiae Pontificale MS. quod uſui fuit *Johanni* SAIREBERUCHE Epiſcopo *Catalaunenſi*.

CATURCENSIS Eccleſiae *Pontificale* vetus optimae notae ante annos DCCC. exaratum. Ex Bibliotheca *Colbertina* n. 6170.

COMPENDIENSE Pontificale MS. S. CORNELII ad uſum Eccleſiae *Sueſſionenſis* ante annos DC. ſcriptum.

LUGDUNENSE. *Pontificale* vetus ante annos DC. ſcriptum, quod uſui fuit HELINARDO Archiepiſcopo. Ex Bibliotheca S. BENIGNI *Divionenſis*.

Pontificale aliud, quod uſui etiam fuit Eccleſiae *Tarentaſienſi*, annorum circiter CCC. Ex Bibliotheca V. Cl. *Petri* MENARDI civis *Turonenſis*.

Pontificale tertium annorum circiter D. vidi Cenomanis in Bibliotheca Parochi S. NICOLAI.

MIMATENSIS Eccleſiae *Pontificale* MS. a *Guillelmo* DURANDO Epiſcopo digeſtum, quod fuit uſui *Johanni* SAIREBERUCHE *Catalaunenſi* Antiſtiti (4).

NARBONENSIS Eccleſiae *Pontificale* ante annos DCC. ſcriptum. Ejuſdem Eccleſiae aliud ad uſum *Petri* LUDIC Archiepiſcopi anno MCCCL. a Monacho *Benedictino* exaratum.

NOVIOMENSIS Eccleſiae *Pontificale* antiquum, quod uſui fuit RADBODO Epiſcopo annorum circiter DCCC. Ex eadem Bibliotheca, *Pontificale* alterum ante annos DC. ſcriptum *Pontificale* tertium ante annos CCCC. exaratum. Ex eadem Bibliotheca.

PARISIENSIS Eccleſiae *Pontificale* vetus annorum circiter DCCC. Ex Bibliotheca RR. PP. *Praedicatorum* Majoris conventus *Pariſienſis*.

PICTAVIENSIS Eccleſiae *Pontificale* vetuſtiſſimum, annorum circiter DCCC. cujus apographum mecum communicavit V. Cl. *Johannes* DESLIONS Decanus Eccleſiae *Silvanectenſis*; autographum vero exſtat in *Pariſienſi* Bibliotheca conventus RR. PP. *Minimorum*.

REMENSIS Eccleſiae *Pontificale* vetus circa tempora HINCMARI exaratum. Ex Bibliotheca B. MARIAE *Remenſis*. *Pontificale* duplex in folio, utrumque annorum D. *Pontificale* in 4. triplex unum annorum DC. alterum annorum D. tertium annorum CCCC. *Pontificale* in folio annorum CCC. Ex eadem Bibliotheca (5). ROTHO-

(4) Idem *Pontificale* MS. in membranis ann. 350. exſtabat ſuperiore ſaeculo in Bibliotheca *Telleriana*.

(5) Aliud inſigne Pontificale *Remenſe* Codice 141. Metropolitanae Eccleſiae *Colonienſis* deſcribit P. HARTZHEIM. (*p.* III.) Spectaſſe illud ad *Remenſem* Eccleſiam diſcimus ex §. XXVI., in quo ordinandus Epiſcopus rogatur: *Vis fidem, & ſubjectionem Sanctae Eccleſiae Matri* Remenſi *omnes dies vitae tuae ſervare?* Praemittitur Imago S. MARIAE, dextera IESUM, laeva crucis ſignum geſtantis, picta in membrana rubro-

ROTHOMAGENSIS Eccleſiae *Pontificale* MS. ann. circiter CC. Ex Bibliotheca *Sorbonica*.

SENONENSIS Eccleſiae *Pontificale* ante annos D. optime ſcriptum. Ex Bibliotheca Regia *num.* 4219. *Pontificale* alterum ante annos DCCC. exaratum, quod ſervatur in Bibliotheca Illuſtriſſimi D. CHAVVELIN regiorum ſigillorum cuſtodis. *Pontificale* alterum annorum circiter CCC.

SILVANECTENSIS Eccleſiae *Pontificale*, quod *Petri* de TRINIACO Epiſcopi temporibus concinnatum fuit.

SVES-

---

bro-aurea. Litterae indicia, & paginae primae, & initiales omnium ordinum unciales, & ſeſqui-unciales ſunt auro & coloribus, & quandoque hiſtoriis illuſtratae. Feria V. Majoris hebdomadae poſt varias formulas deprecativas *ſuper poenitentes Eccleſiae reconciliandos*, una eſt indicativa, & judicativa, qualis in Pontificali *Colon. n.* 139. Diſtinguitur abſolutio Clericorum, Laicorum, plurium, unius. Poſt ordinem *conſecrandae Eccleſiae* ſequuntur multifariae benedictiones pro Miſſa per annum, & de Sanctis, ſimiles illis, quae poſt librum *Sacramentorum* GREGORII M. collectae, & editae ſunt *T. II. Operum* S GREGORII (*edit. Paris*). In Benedictione Regis lego: *Ut Regale ſolium, videlicet* Saxonum, Merciorum, Nordan-Humbrorumque Sceptra *non deſerat, ſed ad priſtinae fidei, pacisque concordiam eorum animos Te opitulante reformet; ut utrorumque horum populorum debita ſibi ſubjectione fultus cum digno amore per longum vitae ſpatium paternae apicem gloriae tua miſeratione unatim ſtabilire & gubernare mereatur. Dum deducitur ad Solium* dicit Epiſcopus: *ſta, & retine amodo locum, quem huc usque paterna ſuggeſtione tenuiſti hereditario jure tibi delegatum.* Quae omnia me movent, ut ſub LUDOVICO PIO, *Carolo* CALVO, heredibus *Caroli* MAGNI ſcriptum hunc Codicem judicem. Deſcribo indicem. *In nomine Domini. Incipit liber Epiſcopalis. Capitula ſequentis libri* I. *Ordo ad pueros ſignandos*. II. *Ordo ad puerum tonſurandum*. III. *Ordo ad Clericum faciendum*. IV. *Ordo ad barbam tondendam*. V. *Ordo qualiter Sacri Ordines fiant*. VI. *Ordo oſtiarii, qualiter ordinetur*. VII. *Ordo, qualiter Lectores ordinentur*. VIII. *Ordo, qualiter Exorciſtae*. IX. O. *q. Acoliti*, X. *Subdiaconi*, XI. *Diaconi*, XII. *Presbyteri*, XIII. *Sermo ſuper dictis ordinibus*. XIV. O. *ad benedicendos cereos in Purificatione*. XV. O. *in capite Jejunii. qualiter poeniteant*. XVI. *O. in ramis* Palmarum. XVII. O. *in die Abſolutionis. & de Poenitentia*. XVIII. *Ordo de conſecratione Chriſmatis, & Olei*. XIX. *Ordo. qualiter agendum ſit in* Paraſceve. XX. *Ordo, qualiter benedicatur novus ignis in* Sabbato S. XXI. *Ordo ad benedicendam & conſecrandam Eccleſiam Dei* XXII. *Ordo ad benedicenda omnia inſtrumenta Eccleſiae*. XXIII. *Ordo ad benedicendam Crucem Domini*. XXIV. *Ad capſam, vel feretrum benedicendum*. XXV. *Ad benedicendum Eccleſiae ſignum*. XXVI. *Ordo qualiter conſecretur Cemiterium*. XXVII. *Ordo ad reconciliationem violatae Eccleſiae*. XXVIII. *Ad benedicendum Altare in tabula lignea confixum*. XXIX. *Ordo, qualiter conſecretur Epiſcopus*. XXX. O. *q.* Romanus *Pontifex*. XXXI. O. *ad benedicendum Abbatem*. XXXII. O. *ad Monachum faciendum*. XXXIII. *ad benedicendam Abbatiſſam* XXXIV. *ad conſecrandam Sanctimonialem*. XXXV. *ad conſecrandam laicam Virginem* XXXVI. *Ad benedicendam Viduam*. XXXVII. *Ad benedicendum Regem*. XXXVIII. *Ordo ad benedicendum Imperatorem*. XXXIX. *ad benedicendam Reginam*. XL. *Ad armandum militem*. XLI. *Ad benedicendam ſponſam*. XLII. *Ad benedicendum Peregrinum*. XLIII. *Ordo excommunicandi, & abſolvendi*. XLIV. *Benedictio carnium in Paſcha*. XLV. *Benedictio pomorum*. XLVI. *Ad fruges novas*. XLVII. *Panis novi*. XLVIII. *Uvae, ſive fabae*. XLIX. *Benedictio Vini novi*. L. *Ordo, qualiter agatur Synodus*.

SVESSIONENSIS Eccleſiae *Pontificale* ante annos DC. manu exaratum, optimae notae. Ex Bibliotheca *Compendienſis* S. CORNELII Monaſterii.

TRECENSIS Eccleſiae vetus Pontificale, quod dono datum fuit *Arremarenſi* Monaſterio a S. PRVDENTIO *Trecenſi* Epiſcopo, qui ante annos DCCCXL. eamdem regebat Eccleſiam.

VIRDVNENSIS Eccleſiae Pontificale MS. in fol. Addimus quod in Bibliotheca *Telleriana* exſtabat.

V. Pauca ad alias Eccleſias pertinent. Primum eſt CONCHENSIS Eccleſiae in *Hiſpania pontificale* vetus ante annos D. ſcriptum, quod uſui fuit etiam Eccleſiae *Xantonenſi*. Alterum EBORACENSIS Eccleſiae, ſive EGBERTI *Eboracenſis* Archiepiſcopi pontificale litteris *Saxonicis* ab annis circiter DCCCCL. eleganter ſcriptum. Ex Bibliotheca Eccleſiae *Eboracenſis*. Adde his ANGLICANVM duplex, unum ex Bibliotheca Eccleſiae *Rothomagenſis*, alterum ex Monaſtario *Gemmeticenſi* optimae notae, utrumque judicio virorum peritorum annorum DCCCC. aut circiter. Aliarum Eccleſiarum

VI. Demum indicandae ſunt paucae aliquot Pontificalis libri partes ſeorſum excuſae. *Miſſae Epiſcopales pro ſacris Ordinibus conferendis .... quibus etiam additur Miſſa feriae quintae in* Coena Domini *cum conſecrationibus oleorum, & aliis ceremoniis eidem Miſſae congruentibus ... Breve Compendium diverſorum caſuum tam collationem quam executionem ordinum Eccleſiaſticorum impedientium ... Per* R. P. D. Hier. MACHABAEVM Caſtrenſium *Praeſulem, ac Pontificiae Cappellae Praefectum*, Venetiis prodierunt apud IVNCTAS MDLIII. f. Plura continet *promptuarium Sacrorum quorumdam rituum ex Pontificali* Romano *ad uſum DD. Epiſcoporum. Adcesſerunt Benedictiones Pontificales dicendae per totum annum ex Pontificali Eccleſiae* REMENSIS *MS.* Lugduni MDCLIV. 4. Partes aliquae Pontificalis

C A P V T VII.

Libri Caeremoniales

A R T I C V L V S I.

Libri Caeremoniales ſanctae Romanae Eccleſiae.

I. Libros S. R. E. *Caeremoniales* percenſuro ſtatim mihi occurrit Ordo *Romanus* a *Georgio* CASSANDRO primum *Coloniae* editus a. MDLXI. (1), deinde a *Melchiorre* HITTORPIO ibidem recuſus a. MDLXVIII. ex tribus Codicibus MSS. ornatiſſimi viri *Cornelii* GVALTERII, & ex ea demum editione in *Romanam Georgii* FERRARII, comprimis vero in Bibliothecas Patrum *Colonienſem* a. MDCXVIII. *Pariſienſem* a MDCXLIV. & poſtremam *Lugdunenſem* illatus. Complectitur hic liber, quo duos tribus ſeparatis libris Miſſali, Pontificali, & Ritua- Ordo Romanus ab HITTORPIO editus

(1) MDLIX. ſcribit HOFFMANNVS in diſſ. de *libr. caerem.* &c. (*p.* 16.) ſed fallitur.

li comprehendimus. Auctorem ſibi ignotum HITTORPIVS, omneſque veteres & recentes Tractatores Liturgicarum rerum fatentur. Saeculo octavo fuiſſe a Pontificibus *Romanis* transmiſſum PIPPINO, aut CAROLO narrat *Hilduinus Abbas S. Dionyſii*, *Walafridus Strabo*, *Sigebertus in chronico*, & ex eo *Leopoldus Bambergenſis*. Veroſimile igitur eſt, rogantibus tantis Principibus Pontificem imperaſſe uni aut pluribus *Romanae* Eccleſiae Caeremoniarum peritis, ut, quos ex ſuae Eccleſiae traditione noſſent, ritus in Miſſis, Officio divino, Sacramentis & ordinationibus, ac benedictionibus adhiberi, ea in unum volumen conſcripta PIPPINO, CAROLOVE offerrent. Multa tamen ex ſimili Libro, quem GELASIVS Papa ex deceſſorum ſuorum decretis, ac ritibus, ac conſuetudinibus Eccleſiae *Romanae* primum perſcripſerit, poſtea vero S. GREGORIVS M. cum inſtitutis poſt *Gelaſiana* tempora invectis comparatione facta reformarit, auxeritque, huc fuiſſe translata, peritiores viri conſentiunt. Neque tamen hic ipſe ille ordo eſt, quem PIPPINO aut CAROLO oblatum fuiſſe conjecimus. HITTORPIVS ordinem, quem emiſit, ab ALBINO, aliove ex ordine *Romano* collectum, & auctum fuiſſe ſuſpicatus eſt. *Hugo* MENARDVS in Notis libro *Sacramentorum* GREGORII ſubjectis antiquum admodum eſſe hunc ordinem fatetur, ſed a primaeva ſimplicitate abiiſſe poſteriorum Scriptorum additamentis. *Johannes* MORINVS *ampliatum*, qualis ab HITTORPIO emiſſus fuit, nonniſi ſaeculo X. cetera vetuſtum judicabat. (*Parte III. de Sacr. Ordin. pag.* 169. 170.). Cardinali BONA judice, liber eſt valde antiquus, ſed prout nunc editus eſt, poſterioris aevi caeremoniis abundat: quod omnibus ritualibus libris contingit, quum a recentioribus deſcribuntur. (L. *de divina Pſalmodia*) Audiendus quoque harum rerum peritiſſimus *Joſephus Maria* THOMASIVS in *ſcholiis* ad *Reſponſalia* *Ordo* ROMANVS, inquit, *antiquitus non eo modo, quo apud nos editus eſt, circumferebatur, diſcretis namque libellis* (2) *continebatur, quibus potiora per annum explicabantur officia. Ceterum ordo ille* ROMANVS *ab* HITTORPIO *editus farrago potius eſt diverſorum rituum ſecundum varias conſuetudines, ita ut antiquiores, germanioreſque ritus in tanta varietate diſcernere ſine horum libellorum ope pene ſit impoſſibile*.

eius antiquitas, & Codices MSS. a MABILLONIO indicati

II. Fatendum eſt tamen, inquit Cl. MABILLONIVS, non inſuper habendam eſſe illam HITTORPII editionem, nec omnino deſtitui commendatione antiquitatis. Haec enim reperitur, nonnullis quidem ad-

(2) Non unum, ſed plures olim fuiſſe Ordinis Romani Libellos (quod heic THOMASIVS monet) ex AMALARIO MABILLONIVS (*in ord. Rom. comm p. VIII.*) confirmat. AMALARIVS nempe in *Antiphonarii capite III.* ubi de officio hebdomadae Paſchalis agit, *notum*, inquit, *ſolemniter eſt canere matrem noſtram* Romanam *Eccleſiam tres Pſalmos ante hymnum Evangelii, & poſt hymnum duos per diverſa altaria diverſorum locorum. Saepiſſime tamen ad Crucem, & ad fontes, ut ex ſcriptis diſcimus, quae continent* PER DIVERSOS LIBELLOS *Ordinem* Romanum. Nec diverſi tantummodo erant hi Libelli pro diverſis argumentis, ut Libellus *de Baptiſmo*, Libellus *de Ordinibus ſacris* &c. Sed etiam pro uno eodemque argumento; diverſos enim Libellos AMALARIVS appellat pro uno, atque eodem hebdomadae Paſchalis officio.

additis, aut detractis tum in codice *Romano* Bibliotheca *Vallicellianae*, tum in noſtro *Vindocinenſi*. iis exceptis, quae ad priorem HITTORPII partem, ideſt ad Miſſae Pontificalis, & Epiſcopalis ritum pertinent. Atqui Codex *Vallicellianus Othonum* tempore ſcriptus fuit; *Vindocinenſis* autem ante annos fere ſexcentos, & quidem GOFFREDI Abbatis *Vindocinenſis* tempore, qui fortaſſe hoc exemplar ex Vrbe adtulerat. Exſtat etiam in praeclariſſimo ſaeculi IX. codice, quem in catalogo hiſtorico-critico Codicum MSS. Eccleſiae Metropolitanae Colonienſis. P. HARTZHEIM deſcribit (100). his verbis „ Codex hic *Hittorpiano*
„ brevior eſt; deinde variarum orationum & ordinationum initia tan-
„ tum continet, quae *Hittorpianus* integra, & prolixa edidit. Tertio,
„ ſeries, qua partes hujus libri coordinantur, paullum differt ab ſerie
„ *Hittorpiana*: verbi gratia, ordo *Librorum Scripturae per annum in officio*
„ *divino legendorum* hic primo, quarto loco apud HITTORPIVM po-
„ nitur. Ordo *proceſſionis ad Miſſam* primo, ſecundo, & tertio loco HIT-
„ TORPIO; hic primo loco collocatur &c. *Ordo Hittorpianus* dividitur
„ in duas partes. Pars prima conſtat XXXI. capitibus, quibus Ordo
„ Solemnis Miſſarum per annum, & praecipuis anni Feſtis in Eccleſia
„ *Romana* uſitatus deſcribitur; Caeremoniae Proceſſionum ante Miſſam,
„ rituum omnium in Miſſa, Reconciliatio Poenitentium in Quadrage-
„ ſima; Scrutinium vel examen Baptizandorum ante Paſcha; Omnes
„ ritus hebdomadae Sanctae; Confectio chriſmatis; Baptiſmus in Sab-
„ bato Sancto. Secunda pars continet Cap. 18. eſtque Pontificale Ro-
„ manum brevius eo, quod nunc impreſſum habemus. At noſter codex
„ ex his 57. capitibus, nonniſi 27. complectitur. „ Alia ſubinde hujus Codicis ab *Hittorpiano* exemplo diſcrimina HARTZHEIMIVS profert (*p.* 102.) *Incipit ordo vel denuntiatio pro ſcrutinio ad Electos* (ideſt baptizandos) *qui tertia hebdomada in Quadrageſima initiatur*. Hic ordo ab HITTORPIO, vigeſimo loco collocatur, in noſtro Codice tertio. Habentur Miſſae pro *ſcrutinio Electorum* celebrandae. Intra *Memento* recitantur nomina virorum, & mulierum, qui ipſos infantes ſuſcepturi ſunt, *infra Actionem* recitantur nomina electorum. Haec HITTORPIVS dumtaxat indicat: Noſter expanſa offert: at in ceteris Noſter brevis eſt, HITTORPIVS prolixior. Praeterea *num. XVI* legitur in *Colonienſi* Codice *oratio ad diaconum faciendam*. Tandem *num. XXVII.* exſtant in eo Litaniae vetuſtiſſimae, quas ex HARTZHEIMIO (*p.* 103.) huc lubet transferre. „ Quando laudes canendae ſunt, expleta oratione
„ a Pontifice, antequam Lector aſcendat ambonem, pronuntiant duo
„ diaconi, ſive Cantores, reſpondente illis Schola hoc modo: Exaudi
„ Chriſte ℟. Domino noſtro a Deo decreto ſummo Pontifici, & uni-
„ verſali Papae vita. Exaudi Chriſte. ℟. Similiter. Exaudi Chriſte.
„ ℟. Similiter Salvator mundi. ℟. Tu illum adjuva, Salvator mundi.
„ ℟. Similiter, Salvator mundi. ℟. Sim. Exaudi Xte. ℟. Sim. Domi-
„ no noſtro & Auguſto a Deo Coronato Magno & pacifico Imperato-
„ ri vita & victoria. Per ter. Sancta Maria. ℟. Tu illum adjuva, per
„ ter. Exaudi Chriſte. ℟. Ejus praecellentiſſimis filiis Regibus vita.
„ Per ter. Sancte *Petre*. ℟. Tu illos adjuva. Per ter. Exaudi Xte, ℟.
„ Exercitui *Romanorum*, & *Francorum* Vita, & Victoria. Per ter. San-

Praeterea Colonienſis

„ ſte *Theodore*. ℟. Tu illos adjuva. Per ter. Xtus vincit. Xtus regnat. „ Xtus imperat. ℟. Schola Sanctorum ſimiliter. Xtus vincit, Xtus re- „ gnat, Xtus imperat. ℟ Similiter Xtus vincit, Xtus regnat, Xtus „ imperat, ℟. Similiter. Rex Regum Xtus vincit. ℟ Similiter, ſed „ tantum ſemel. Rex noſter Xtus vincit, Spes noſtra Xtus vincit, Glo- „ ria noſtra Xtus vincit, Miſericordia noſtra Xtus vincit, Auxilium „ noſtrum Xtus vincit, Fortitudo noſtra Xtus vincit, Liberatio, & re- „ demptio noſtra Xtus vincit, Victoria noſtra Xtus vincit. Arma no- „ ſtra invictiſſima Xtus vincit, Murus noſter inexpugnabilis Xtus vin- „ cit. Defenſio & exultatio noſtra Xtus vincit. Lux, via, & vita no- „ ſtra Xtus vincit. Ipſi ſoli Imperium, Gloria, & Poteſtas per immor- „ talia in ſaecula ſaeculorum. Amen. Ipſi ſoli Virtus, fortitudo, & „ Victoria, per omnia ſaecula ſaeculorum. Amen. Ipſi ſoli honor, laus „ & jubilatio per infinita ſaecula ſaeculorum. Amen. „ Hactenus Lita- niae. Addit continenter Cl. Editor: „ Aut ego vehementer fallor, aut „ haec Litania cantata fuit *Romae*, quando CAROLUS *Romae* ann. DC- „ CC. die Natalitio Salvatoris coronatus fuit Imperator. Similes enim „ ſunt Acclamationes: Filios ſuos PIPPINUM, & LUDOVICUM „ jam anno DCCLXXXI. quum ſecundo *Romam* adiiſſet, Reges di- „ xerat, illum *Italiae*, hunc *Aquitaniae*. PAGI (*in critica ad h. a.*). „ Exercitus *Romanus*, ac *Francus* concordes erant; unde ſuſpicor, & hunc „ Codicem tunc CAROLO datum fuiſſe, veluti epitomen Ordinis „ *Romani*, & per HILDEBALDUM in noſtram Bibliothecam tran- „ ſiviſſe. „

Romanus S. Crucis

III. Alius quoque perverustus *Ordo Romanus* exſtat in Codice XXVI. Monachorum, qui *Romae* ſunt ad *S. Crucis*. Eum Cl. BONA in *Analectis Liturgico-ſacris p.* 377. ita deſcribit. „ Procedit multo brevior „ (*Hittorpiano*), ſimpliciterque, caeremonias conciſè, & magis angu- „ ſte enarrans, atque ad *Codicem Sacramentorum* expreſſe in aliquibus ſe „ remittens. Ejus antiquitas eſt annorum pluſquam octingentorum, ut „ ex precibus quibuſdam manifeſtum eſt, in quibus nominantur NICO- „ LAUS Papa, LUDOVICUS Imp., & exercitus *Romanorum*, atque „ *Francorum*. Soli autem NICOLAUS I. & LUDOVICUS II. Imp. „ CAROLI Regis *Francorum* frater corregnaſſe leguntur, ab anno vi- „ delicet DCCCLVIII. per novem ſubſequentes. Videtur inſuper an- „ tiquior *Ordine Romano* jam edito, tum quod ille omnia prope hujus „ verba contineat, ſed pluribus in locis, & fere ubique inſuper addat, „ quod in hujuſmodi libris certae novitatis eſt argumentum; tum etiam „ quod ille hoc noſtro longe ordinatior ſit „. Hactenus BONA, qui deinde ſingula in Codice contenta adcurate perſequitur. Verum & alius,

& Veronenſis

iſque antiquiſſimus Codex *Veronae* hoc ſaeculo cum aliis plurimis venerandae vetuſtatis Libris apud principis templi Canonicos repertus eſt. Scriptus ille fuit Auguſtis LUDOVICO, & LOTHARIO imperantibus; eſt enim ex iis Libris, quibus Canonicorum *Veronenſium* bibliothecam auxerat Archidiaconus PACIFICUS, qui uti ex epitaphio conſtat, die XXIII. Novembris a. XXVII. imperantis LOTHARII Indictione X. nempe anno Chriſto DCCCLVI. deceſſit. Paullo aliter, atque *Hittorpiana* editio, Codex *Veronenſis* Ordinem exhibet. HITTORPIUS primum

mum ordinem tradit *Proceſſionis ad Eccleſiam ſive Miſſam*, qui incipit: *Denunciata ſtatione*. Sequitur apud HITTORPIUM *Ordo Eccleſiaſticus Romanae Eccleſiae, vel qualiter Miſſa celebratur*. Primum omnium obſervandum *eſt, ſeptem eſſe regiones* &c. Hunc tertius ordo excipit, qui eadem fere continet, quae duo ſuperiores, inſcriptus *Liber de* Romano *Ordine, qualiter celebrandum ſit officium Miſſae*: Primo *omnium*. Tandem in *Hittorpiana* editione ampliſſimus ſe ſe offert *Ordo Romanus antiquus de reliquis anni totius officiis, ac miniſteriis. In Chriſti nomine incipit Ordo Catholicorum librorum, qui in Eccleſia Romana ponuntur*. Ab hoc contra inchoatur Ordo Codicis *Veronenſis*; tum ſequitur Ordo *Proceſſionis ad Eccleſiam, ſive ad Miſſam*; deinde *incipit Ordo vel denuntiatio* (pro ſcrutinio) *ad electos, qui tertia hebdomada Quadrageſima II. Feria* (ſic) *initiatur*. Hic autem Ordo pars eſt ampliſſimi illius ordinis *Hittorpiani*, quem nuper indicavi; legiturque *p.* 34. *T. X. Biblioth. Patrum Pariſ. a. MDCXLIV.*

IV. Novam *Hittorpianorum* quatuor Ordinum editionem molitus erat magnum illud *Italiae* decus, atque *Auguſtinianae* familiae ornamentum *Onuphrius* PANVINIUS. Eos ſequebatur *Micrologus*; huic alibi edita interpretatio vocum Eccleſiaſticarum, quae obſcurae vel barbarae videntur; tum index ſtationum, quae noſtro tempore in ſingulis Vrbis Eccleſiis per annum celebrantur. Addiderat his *Onuphrius* Librum Ritualem CENCII Cardinalis S. R. E. Camerarii *de conſuetudinibus, & obſervantiis*, presbyterio, vel ſcholari, & aliis Eccleſiae Romanae in praecipuis ſollemnitatibus ex ampliore ejuſdem Cardinalis de *cenſibus* opere excerptum, novaque a ſe forma donatum. Nam tres in partes illum ONUPHRIUS tribuerat. Prima pars XXVIII. Capitibus omnes ritus complectebatur ab Adventu Domini ad Exaltationem Sanctae Crucis in *Romana* Eccleſia uſitatos. Secunda pars eſt de Presbyteriis per annum erogari ſolitis, de variiſque Pontificis officialibus; conſtatque capitibus XXIII. Tertia demum agit de electione, & conſecratione Pontificis, ac de conſecratione Imperatoris. Totum ONUPHRII opus claudit Miſſae expoſitio, quam idem ex Patrum dictis, & ſententiis contexuit. Inſcriptum autem ab eo fuerat *Alexandro* FARNESIO *Epiſcopo Cardinali Sabino, ſummae & Apoſtolicae Sedis Cancellario* prolixa epiſtola, qua veluti praefatione Sacrae Synaxeos actionem illuſtrabat. Verum egregium opus lucem non vidit, integrumque exſtat manuſcriptum in *Vaticana* Bibliotheca, unde ad Regiam *Pariſienſem* Bibliothecam exemplum delatum fuit.

MS. Collectio Onuphrii PANVINII

V. MABILLONIUS porro, ut *Hittorpianum* Ordinem, quoad liceret, veteri formae reſtitueret, edendos ſuſcepit ex pluribus ab AMALARIO indicatis libellis, in quos ordinis *Romani* ſeries univerſa dividebatur, tres illos, qui de *Miſſa, Baptiſmo, & Sacris Ordinibus* agunt, ut pote omnium praecipuos, *aut nondum editos*, inquit, *aut ad fidem exemplarium caſtigatos*. Hoc ille praeſtitit *Muſei Italici T. II.* (3). Praemittitur

MABILLONII in reſtituendo Ordine Romano labores

(3) Vtor *Pariſienſi* editione ann. MDCCXXIV. 4. Prodierat enim antea MDCLXXXIX. HOFFMANUS in diſſert. *de Lib. caerem. Pariſienſem* a. MD-

titur illi eruditiſſimus *in Ordinem Romanum commentarius*. Tum ſequentes Ordines adferuntur.

I. *Ordo Eccleſiaſticus* Romanae *Eccleſiae, qualiter Miſſa Pontificalis celebretur*; quo titulo hic Ordo, quemadmodum in *Hittorpiana* editione, ubi ſecundus Ordo eſt, ut paullo antea diximus, ita in pervetuſto Codice Sancti *Galli* praenotatur, quamquam *Colbertinus* Codex illum inſeribat: *Ordo Eccleſiaſtici Miniſterii Romanae Eccleſiae, vel qualiter Miſſa celebretur*. Mancus tamen erat hic Ordo apud HITTORPIVM; ſuppletus igitur a MABILLONIO eſt ex eodem S. GALLI exemplo. Addidit etiam MABILLONIVS ex *Colbertino* memorato Codice, & *Vaticano n.* 487. appendicem *de Officiis in noctibus a Coena Domini uſque in Paſcha*, quam ſub nomine Libelli *Romani* AMALARIVS laudat (*Lib. I. cap.* 20) quae enim ex Libello *Romano* AMALARIVS eo loco recitat, heic leguntur *num.* 10.

II. Ordo *Romanus de Miſſa Pontificali*, quemadmodum ONVPHRIVS cenſuit priore illo antiquior, qui primus apud HITTORPIVM occurrit.

III. Ordo *Romanus, qualiter celebrandum ſit Officium Miſſae*. Tertius hic eſt etiam apud HITTORPIVM.

IV. Fragmentum veteris *Ordinis Romani de Miſſa Pontificali* ex MS. Codice, qui fuit olim *Conſtantini* CAIETANI.

V. Ordo *Romanus de Miſſa Epiſcopali* primus ex vetuſtiſſimo Codice S. GALLI.

VI. Ordo *Romanus de Miſſa Epiſcopali* ſecundus editus ab HITTORPIO *p.* 7. Incipit: *poſtquam prima hora*.

VII. Ordo *Romanus*. *Incipit ordo Scrutinii ad elector, qualiter debeat celebrari*. Exſtabat cum multis interpolationibus apud HITTORPIVM *col.* 34. Sed eum MABILLONIVS ex THOMASII exemplò collato cum *Colbertino* Codice vulgavit.

VIII. Ordo *Romanus de Ordinationibus ſacris ex* Codice *Palatino-Vaticano n.* 487., *Hittorpiano* multo purior.

IX. Ordo *Romanus de gradibus Romanae Eccleſiae* ex Codice S. GALLI ad *Hittorpianum* magis adcedens quam ſuperior.

X. Ordo *Romanus, qualiter agendum ſit quincta feria in Coena Domini*, ex Codice Equitis MAFFAEI *Romani*.

XI. *Benedicti* PETRI Canonici *Liber* Pollicitus *ad* Guidonem de CASTELLO, *tunc Cardinalem* S. MARCI qui poſtmodum (a. MCXLIII.) factus eſt CAELESTINVS II., nempe *de dignitate Romani Pontificis, & Presbyterorum Cardinalium, & Diaconorum, ceterorumque Ordinum Curiae, nec non de Eccleſiaſtico officio totius anni*.

XII. *Romanus Ordo de conſuetudinibus, & obſervantiis, presbyterio, vel Scholari, & aliis Eccleſiae* Romanae *in praecipuis ſolemnitatibus*, auctore *Cencio* de SABELLIS Cardinale.

XIII. *Caeremoniale Romanum* editum juſſu GREGORII X.

XIV. *Ordinarium* S. R. E. auctore, ut videtur, *Jacobo* CAIETANO Cardinale, ex apographo Illuſtriſſ. CIAMPINI.

XV.

MDCCXXX. quae nulla fuit, editionem indicat: ſed nimirum nihil ille adcurationis ad ſuam illam diſſertationem concinnandam adtulit.

XV. *Liber* Petri AMELII *Epiſcopi* Senogallienſis *de Caeremoniis S. R. E.* Hactenus Ordines, & Caeremoniales Libri *Mabillomani*.

VI. Interea *Franciſcus* BLANCHINIVS Praeſul eruditiſſimus Codicis *Veronenſis*, quem antea memoravi, apographum nactus *Ordinem Romanum* ex eo protulit *Romae* MDCCXXVIII. cum egregiis praenotatis inter Prolegomena *Tomo* III. ANASTASII Bibliothecarii a ſe praemiſſa (*p. XXXVII. ſeqq.*). Viginti poſt annos Cl. *Ludovicus Antonius* MVRATORIVS in inſigni, quod anno MDCCXLVIII. *Venetiis* edidit, opere inſcripto: *Liturgia* Romana *vetus* (*Tomo II.*) primos duos ex *Mabillonianis* Ordines *Romanos* recudit. Illud addendum, *Edmundum* MARTENE antiquum Ordinem *Romanum* ad uſum Monaſteriorum ab annis circiter mille adcommodatum evulgaſſe (*T. V. Theſaur. Anecdot. pag.* 102.) Ad id autem uſus eſt vir doctus M. Codice *Morbacenſi*, cujus character annos nimirum nongentos praefefert.

Ordo Romanus novis curis a BLANCHINIO editus

Eiuſdem editio Muratoriana

Alius ordo ROMANVS a MARTENIO vulgatus

VII. Alias porro Ordinis *Romani* partes ab aliis adcepimus. Nam *Dominicus* GEORGIVS in ſui de *Liturg. Rom. Pontif.* commentarii *appendice* (*T. III.*) quatuor Ordines Miſſae Pontificalis eruit; primum quidem (p. 556) ex Codice *Vaticano* 4726. Saeculi XIV; ſecundum (*p.* 570.) ex Codice *Vaticano* 4727. ejuſdem ſaeculi; tertium (*p.* 584. ex Miſſali *Ottoboniano*, olim *Altempſiano*; quartum pro *die Natalis Domini* VRBANO VIII. P. M. a. MDCXXXIX. exaratum. MVRATORIVS quoque cum Ordinem *Romanum ad dedicandam Baſilicam* exhibuit (*T. IV. Antiquit. Italic. col.* 817.); tum Ordines tres *ad benedicendum, & coronandum Imperatorem* (*T. VI. earumdem antiquit. Italic. col.* 99. *ſeqq.*). Jam vero ad celeberrimum PATRICII opus deveniamus.

Alii hujus ordinis Libelli

VIII. *Auguſtinus* PATRICIVS *Piccolomineus* (4) *Senenſis Pientinus* in *Hetruria* Epiſcopus INNOCENTII VIII. cui quoque a Caeremoniis erat, juſſu *Romanae* Eccleſiae Caeremonias tribus libris complexus eſt, quos eidem INNOCENTIO VIII. epiſtola a MABILLONIO primum vulgata (*Muſ. Ital. p. II. pag.* 584.) Kal. Martiis an. MCCCCLXXXVIII. inſcripſit. Liber hic tamen vulgatus non fuit a PATRICIO, qui mortem oppetiit MCCCCXCVI. Edidit *Criſtophorus* MARCELLVS *Corcyrenſis* Epiſcopus *Romae* MDXVI. LEONE X. Summo Eccleſiae Pontifice, iterumque *Venetiis* eodem anno fol. hoc titulo: *Rituum Eccleſiaſticorum, ſive ſacrarum caeremoniarum SS.* Romanae *Eccleſiae libri tres non ante impreſſi* in fol. *Paris* de GRASSIS *Bononienſis*, qui *Piſaurenſium* Epiſcopus, ac *Romanis* Pontificibus Caeremoniarum Magiſter erat, indignatus *Romanae* Eccleſiae Caeremonias divulgari, nihil non molitus eſt, ut Caeremoniale hujuſmodi plane aboleretur. Rem itaque primo retulit ad Cardinales, ex quibus multi commoti ſunt, *quod Caeremoniae ſacrae, & Myſteria eorum divulgata fuerint*. Deinde querelae ad Pontificem delatae, qui *prima facie turbatus, dixit, ſe factarum, quod Cardinalibus placeret. At quia Cardinalis* Sanctae Crucis *forſan fuerat cauſſa, quod imprimeretur Liber ille, dixit, non malum eſſe*. Sed tamen cavit, ne ullum ejus exemplar divenderetur, dum in proximo Conſiſtorio ſuper hoc negocio ſtatutum fuiſſet. Haec facta ſunt anno MDXVII. die XI. Martii. Menſe ſe-

(4) A PIO II., cui quatuor annos a Caeremoniis fuit, *Piccolominei* nomen adceperat.

Digitized by Google

ſequenti poſt feſtum S. MARCI, PARIS prolixam hac de re Epiſtolam a ſe ſcriptam legit in Conſiſtorio, in qua eorum ſententiam refellere conatur, *qui exiſtimant*, Religionis Chriſtianae caeremonias ad publicam mortalium utilitatem eſſe divulgandas; aitque, ſi haec ſemel licentia invaluerit, ſummi Pontificis venerationi magnopere detractum iri, quem quum ut Deus aliquis in terris ob arcana ſacra, *quae tum rerum magnitudine, tum varietate divinitatem quamdam praeſeferre videantur*, exiſtimetur, & credatur, iis publicatis, mox has opinione cadere neceſſe ſit, redueique in ceterorum mortalium claſſem. Plagii quoque graviſſimam adcuſationem MARCELLO intulit, quaſi is PATRICII opus ſibi impudentiſſime adjudicaſſet. Ad extremum petit PARIS, *Librum caeremoniarum nuper impreſſum omnino comburi ſimul cum falſo auctore, aut ſaltem ipſum Auctorem corrigi & caſtigari*. Haec ſummatim contraximus ex ipſius PARIDIS narratione, & epiſtola, quam MABILLONIVS in appendice *Ordinis Romani* ex diario ejuſdem PARIDIS (*p.* 587 *ſeqq.*) exhibuit. Mirum eſt, MARCELLO plagii impactam a PARIDE adcuſationem ab HOFFMANNO, aliiſque, atque adeo ab ipſo MABILLONIO creditam fuiſſe, quum tamen MARCELLVS, ut vere CATALANVS animadvertit (*Praeloq. cap.* 5.) neque in epiſtola, qua opus LEONI X. inſcripſit, neque in ipſius operis proceſſu vel verbum uſurparit, unde ſe illius auctorem proderet. Sed ab hujuſmodi criminatione ſtrenue MARCELLVM vindicavit *Apoſtolus* ZENIVS (*Voſſian. diſſert. vol.* 1. *pag.* 109. *ſeqq.*) ut in ea refellenda diutius immorari neceſſe non ſit. Ejus vero liber adeo ex hominum memoria deletus non eſt, quod PARIS optaverat, ut *Florentiae* per heredes *Philippi* IVNCTAE an. MDXXI. (hanc editionem typographico, ut puto, mendo ann. MDCXXI. adſcribit FREITAGIVS *Anal. litter. pag.* 565.) *Coloniae Agrippinae* MDLVII. apud heredes *Arnoldi* BIRCKMANNI & MDLXXII., & MDLXXVII. *Romae* MDLX. f. *Venetiis* MDLXXIII. MDLXXXII. apud IVNCTAS & MDCXVI. recenſus, atque adeo *Lipſiae* ann. MDCCXXXIII. a *Chriſt. Godo-Fredo* HOFFMANNO in tomum alterum *novae* ſuae *Scriptorum* ac *Monumentorum collectionis* (*pag.* 269.) illatus fuerit. Quin etiam ampliſſimis commentariis a *Joſepho* CATALANO *Oratorii* S. HIERONYMI *Caritatis* Presbytero illuſtratus *Romae* MDCCL. ex typographio *Antonii* de RVBEIS emiſſus eſt hoc titulo: *Sacrarum caeremoniarum, ſive rituum Eccleſiaſticorum Sanctae* Romanae *Eccleſiae Libri tres ab* Auguſtino PATRICIO *ordinati, & a* MARCELLO Corcyrenſi *Archiepiſcopo primum editi, nunc vero tandem in duos tomos* (in fol.) *diſtributi, ac innumeris pene mendis purgati, & commentariis aucti*. Tomus primus Libri primi Ritus, ac caeremonias complectitur, ea nempe, quae, ut ad INNOCENTIVM VIII. PATRICIVS ipſe auctor ſcribebat, ad *ſummum Pontificem, & Sacrum Senatum pertinent extra ordinem Divini officii, ut puta electionem, & conſecrationem* Romani *Pontificis, Caeſaris coronationem, canonizationes Sanctorum, creationes Cardinalium*, & cetera hujuſmodi. Tomus ſecundus reliquos duos exhibet, quorum *unus* (heic quoque PATRICIVM exſcribo) *ordinem & ritum celebrandi ſacras ſolemnitates per totum anni circulum complectitur; & quae ad Divinum officium ſpectant tam in Veſperis, quam in Miſſis, & aliis horis*; alter vero *generalia*

Digitized by Google

ralia quaedam, normas, atque cujuſque officii ſummarias inſtructiones continet. Excerpta quaedam ex Libro primo hujus *Caeremonialis* habes apud *Marquardum* FREHERVM in notis ad P. D. ANDLO tractatum de *Imperio Romano* &c. (p. 226.).

Paridis deCRASSIS Ordo Romanus, privato tantum ſtudio collectus

IX. *Paridis de* CRASSIS mentio facit, ut libellum ejus *Caeremonialem* heic adſeribam. Editus ille eſt a Cl. MARTENIO in Tractatu *de antiqua Eccleſiae diſciplina in divinis celebrandis officiis* (*cap.* XXXIV.) Opuſculum eſt ab auctore inſcriptum *Reverendiſſ. in Chriſto Patri*, *&* *Domino* D. GVLIELMO *Epiſcopo* Albanenſi *Sanctae* Romanae *Eccleſiae Cardinali* Narbonenſi. In eo autem *quam ſtrictiſſime licuit*, *ſub compendio*, ut ipſe ait, *rerum ſacrarum celebritates omnes Pontificias, numeroſque ac vices, & loca, quae qualiterve, ac ubi, & per quos intra totum annum ſolemniter agantur; cultus quoque cum ſacris paratibus, quibus tam Pontifex Maximus, quam Patres ampliſſimi ad rei divinae celebrationem proficiſcentes, eidemque praeſentes, utantur*, colligit. Verum recte HOFFMANNVS in citata *diſſertatione*(p.30.)tractatum hunc *privatae informationis cauſſâ tantum a* PARIDE *exaratum*, neque ad Caeremoniales, publicoſque Eccleſiae *Romanae* libros pertinere obſervat. Ejus tamen mentionem heic aliquam ut adtexerem, argumenti ratio monuit.

Acta Caeremonialia a GATTICO vulgari coepta

X. Potiore jure huc referenda ſunt *Acta ſelecta Caeremonialia S. R. E. ex variis MSS. Codicibus, ex Diariis Saeculi XV. XVI. XVII. aucta, & illuſtrata pluribus aliis monumentis nondum editis*, quorum primum tomum *Romae* an. MDCCLIII. Cl. P. D. *Johannes Baptiſta* GATTICO *Canonicus Regularis Lateranenſis* vulgavit. Vide de hoc opere, quae *hiſt. litter. Ital.* (*T. VII. pag.* 470. *ſeqq.*) dicta a nobis ſunt. Inter rariſſimos libros locum hic tomus deinceps habebit, juſſu enim BENEDICTI XIV. ſuppreſſus eſt. Huc etiam ſpectat liber diurnus *Romanorum* Pontificum, de

Liber diurnus Rom. Pont.

quo praeter FABRICIVM (*Bibl. med. & inf. latinit. T. II. Patav. edit. p.* 38.) & HOFFMANNVM (*novae Scriptor. & monum collect. T. I. p.* 388. *& T. II. p.* 20.) plura dedimus in *Bibliotheca Hiſtoriae Litterariae Piſauri* edita, ubi de NICERONII *monumentis* agentes *Joh.* GARNERII geſta ab eo perſcripta illuſtravimus. Fuerat is liber primum ab HOLSTENIO *Romanis* Joſephi VANNACII praelis commiſſus a. MDCLVIII. in 8. ſed ea editio plane ſuppreſſa fuit, ut nonniſi in ſelectis quibuſdam Bibliothecis, cujuſmodi eſt *Mareſuſchiana*, & Bibliotheca Collegii *Romani*, olim inveniretur (5). Idem opus deinde Joh. GARNERIVS Vir eruditiſſimus cum luculentis adnotationibus, ac diſſertationibus *Pariſiis* a. MDCLXXX. in 4. divulgavit. Quum autem MABILLONIVS *Muſei Italici T. I.* aliqua ad

(5) Graviſſime in hanc Libri diurni ſuppreſſionem ſuis in epiſtolis invectus eſt Joh. LAVNOIVS easque LAVNOII querimonias TENTZELIVS *in Schediaſm. de natalit. Epiſcopor. Exercit. ſelect. pag.* 353. aliique Proteſtantes avide adripuerunt; immo TENTZELIVS (p. 354.) novam hujus Libri editionem exoptabat. Nempe ajebat: LAVNOIVS *exiguum fragmentum, duos nimirum fidei Profeſſiones, quos partim ipſe Papa, partim Epiſcopi ſuburbicarii edere tenebantur, nactus eſt, cujus tam fortiter contra Curiae* Romanae *adſeclas urſit; quid putas eum facturum, ſi integro Libro potitus fuiſſet?* Nihil omnino. Potiti ſumus GARNERII ſtudio; quid inde *contra Curiae* Romanae *adſeclas?* Immo vero multa in eo Libro deprehendi mus, quae Sedis Apoſtolicae dignitatem mirifice exornant. Vide cum *Antifebronium T. II. edit. Caeſen. diſſ. II. cap.* 8., tum *Antifebronium vindicatum T. II. diſſ. IV. cap.* 4. *pag.* 80. *ſeqq.*

hunc librum ſupplementa ſuppeditaſſet, *Chriſtianus Godofredus* HOFFMANNVS cum hiſce ſupplementis auctum *Lipſiae* tertio edidit a. MDCCXXXIII. Tomo II. indicatae *novae Scriptorum*, *&* *monumentorum collectionis*.

Caeremoniale Electionis Rom. Pont.

XI. Hujus praeterea generis eſt parum obvius liber, cujus hic titulus: *Ordo eligendi Pontificis*, *&* *ratio de ordinatione*, *&* *conſecratione ejuſdem*, *de Proceſſione ad Eccleſiam* Lateranenſem, *de ſolemni convivio*, *quo Cardinales*, *Epiſcopos*, *&* *alios excipit*; *de pallio de Corpore B.* PETRI *ſumpto*, *in quo eſt plenitudo Pontificalis officii*, *omnia excerpta ex veteri libro caeremoniarum Eccleſiae* Romanae; ex editione * Petri Paulli VERGERII., Tubingae MDLVI. 4. Poſtea *Caeremoniale continens ritus electionis Romani Pontificis* GREGORII *Papae* XV. *juſſu editum* fuit *Romae* ex typographia Camerae Apoſtolicae MDCXXII. 4. (6) quod ab VRBANO VIII. nova conſtitutione a. MDCXXV. confirmatum recuſum non ſemel fuit, ut a. MDCLXVII. 4. & a. MDCCXXX in 4. Haec eadem, GREGORII, inquam, XV. Caeremoniale, VRBANI VIII. conſtitutionem, rituſque inaugurationis, & Coronationis *Romanorum* Pontificum ex *Caeremoniali*, & *Pontificali Romano*, aliiſque monumentis invenies collecta * a *Joh. Gerardo* MEVSCHENIO in eo libro, cui titulum fecit: *Caeremonialia electionis*, *&* *coronationis Pontificis Romani*, *&* *Caeremoniale Epiſcoporum juxta prima*, *genuina*, *ac rariſſima exemplaria Romana*, *Veneta*, *ac Taurinenſia*, Francofurti ad Moenum MDCCXXXII. in 4.

ARTICVLVS II.

Alii Eccleſiarum Libri Caeremoniales.

Graecae Eccleſiae Libri Caeremoniales

I. PAucos ejuſmodi libros aliae Eccleſiae ſuppeditant. Huc tamen facit *Georgii* CODINI *Curopalatae de officialibus Palatii* CPolitani *&* *de officiis Magnae Eccleſiae* Liber primum a Franciſco IVNIO ſub nomine *Nadali* AGMONII a. MDLXXXVIII. editus (1), poſtea ex verſione *Jacobi* GRETSERI cum ejuſdem in CODINVM commentariorum libris tribus *Pariſiis* MDCXXV. ex officina *Sebaſtiani* CRAMOISY emendatior & auctior vulgatus; tandem in ſplendidiſſima *Pariſienſi* a. MDCXLVIII. editione a *Johanne* GOARIO pleniſſime reſtitutum. Exſtat in eo catalogus officiorum, & officialium *Magnae Eccleſiae*, tractatio de ſingulis dignitatibus, & officiorum veſtibus, de miniſteriis ſingulorum officiorum propriis, de dierum feſtorum ordine, & ritu in eiſdem ſervando, de menſa Imperatoris, de coronatione ejuſdem, de creatione deſpotae &c. de electione, & inauguratione Patriarchae, aliorum patriarcharum, & Epiſcoporum, de lugubribus Imperatoris geſtaminibus, de futura ſponſa, & Imperatrice. Accedunt formulae, quibus *CPolitanus* Patriarcha utitur in Litteris ad Papam, reliquos Patriarchas, Archiepiſcopos, Metropolitas, viroſque univerſos ſaecularibus dignitatibus inſignitos.

Caeremoniale Epiſcoporum

II. Praecipuum vero locum heic ſibi poſtulat *Caeremonialis* Epiſcoporum commemoratio. Illud a. MDC. ſolemni Bulla CLEMENS VIII. promulgavit; atque eodem anno editum *Romae* fuit ex typographia linguarum externarum 4. hoc titulo: *Caeremoniale Epiſcoporum juſſu* CLEMEN-

(6) Non MDCXXI. uti apud HOFFMANNVM legitur (*pag.* 31.)

(1) Aliquot pagellis, novoque titulo, in quo *Franciſci* IVNII nomen legitur, *Heidelbergae* prima haec editio aucta fuit a. MDXCVI. 8.

Digitized by Google

MENTIS VIII. *P. M. noviſſime reformatum*: Recuſum quoque *Romae* fuit 4. typis *Lepidi* FATII. MDCVI. & *Pariſiis* MDCXXXIII. fol. Poſtea INNOCENTIVS X. illud recognovit; atque ex ejus emendatione prodiit *Romae* a. MDCLI. typis Camerae Apoſtolicae; INNOCENTII tamen conſtitutio, qua Caeremoniale ſic emendatum ſervandum propoſuit, data fuerat proximo anno MDCL. die triceſimo Julii *Vbi* autem BENEDICTVS XIII. *primum ſummi Apoſtolatus apicem adſcendit, ut* in ejuſdem Pontificis vita ſcripſit clariſſimus *Firmanorum* Archiepiſcopus Alexander BORGIA, *de emendando, illuſtrando, atque etiam ampliando Caeremoniarum libro, quo utuntur Epiſcopi, cogitare coeperat ipſemet inter ingentes labores, & curas pro ſtudio, quo ferebatur in ſacros ritus; opus adgreſſus adhibitis piis, ac doctis viris, initio hujus anni* (MDCCXXVII.) *perfecit, ediditque*. Hujus a BENEDICTO XIII. reſtituti Caeremonialis editionem *Romanam* vidi a. MDCCXXIX. curatam a *Carolo* GIANNINO, & *Hieronymo* MAINARDO 4. Sed multo praeſtantior editio item *Romae* anno MDCCXLIV. ad eaſdem BENEDICTI XIII. correctiones exacta prodiit ſtudio *Joſephi* CATALANI duobus Tomis in fol., ampliſſimis ſcilicet commentariis illuſtrata. Sed tandem BENEDICTVS XIV. novas ad hujus Caeremonialis abſolutionem curas adjecit: ab eoque perfectum *Generoſus* SALOMONI anno MDCCLII. excudit in 12.

III. Unum, alterumve ſingularum Eccleſiarum Caeremoniale ab Auctoribus indicatum video, ut a MARTENIO *Bituricenſis* Eccleſiae *Gallico* idiomate ſcriptum, & *Viennenſe*, atque in *Colbertinae* Bibliothecae catalogo *Caeremoniale* AMBROSIANVM *Frederici* Card. BORROMAEI *Mediolani* MDCXIX. 4., & Caeremoniale PARISIENSE MDCCIII. 8. Exſtat etiam *Modus, & ordo Caeremonialium, & quorumdam Actuum Eccleſiaſticorum totius* anni, ad *uſum Sanctae Eccleſiae* Aquilegenſis Venetiis *excuſum* (ſic) *ab* Aegidio Regazola *ſumptibus* Johannis Baptiſtae Somaſchi MDLXXV. in 4. His addendum inſigne opus *Antonii* BELLOTTE, cui titulus: *Ritus Eccleſiae* LAVDVNENSIS *redivivus*, Pariſiis MDCLXII. fol. Huc etiam ſpectat ſupplementum ad Miſſale *Senonenſe*, ſeu *Caeremoniae praecipuae Miſſae Majoris ad uſum dioeceſis* AVTISSIODORENSIS, *ex monumentis Eccleſiae* AVTIS, *& tota antiquitate, ac traditione Eccleſiaſtica collectae*, & quatuor pagellis comprehenſae 4. Sunt etiam alii id genus libri; ſed privata auctoritate confecti. Hujuſmodi ſunt *Paridis* CRASSIS *Bononienſis* olim Apoſtolicarum Caeremoniarum Magiſtri, de quo antea, *de Caeremoniis Cardinalium, & Epiſcoporum in eorum dioeceſibus* libri duo. Prima horum editio *Romana* eſt anno MDLXIV. apud Antonium BLADVM 4. Eſt & altera item *Romana* in aedibus Populi Romani anno MDLXXX. 4. HOFFMANNVS tertiam addit a. MDLXXXVII., ſed *Hoffmannianis* indicationibus non ſatis tutum eſt fidere. Ejuſdem privatae auctoritatis liber eſt *Nicolai* de BRALION *Pariſiis* a. MDCLXXV. impreſſus hoc titulo: *Caeremoniale Canonicorum*.

Caeremonialia aliquarum Eccleſiarum

IV. Praetereunda demum non ſunt Ordinum Regularium Caeremonialia. Quae a MERATIO indicantur, haec ſunt

Caeremonialia Monaſtica

Caeremoniale *Canonicorum Regularium* Cong. S. SALVATORIS S. AVGVSTINI reformatum. *Brixiae* MDCXV. in 4.

Clericorum Regularium ab *Andrea Piſcara* CASTALDO concinnatum. *Neapoli* MDCXIII. in fol.

Clericorum Regularium S. PAVLLI a *Bartholomaeo* GAVANTO digeſtum. *Mediolani* MDCCXIII. in fol.

Clericorum Regularium Minorum Auctore *Dominico* FLVMARA, *Neapoli* MDCXXXI. in 4.

Ad uſum Presbyterorum Congregationis Miſſionis. *Pariſiis* MDCCXII. in 12. Vol. 2. *Gallice*

Monaſticum pro omnibus ſub Regula S. BENEDICTI militantibus. *Tulli* MDCXXVI. in 8.

Benedictinum a PP. Congregationis *Burſfeldenſis*, *Pariſiis* MDCX. 8.

Caſſinenſe collectum per *Zaccbariam a* MVTINA *Vene.* MDCXLIX. f.

Benedictinum, in quo praeter Caeremonias chori Monaſteriorum, *Germaniae* conſuetudines,& conſtitutiones deſcribuntur.*Dilingae* MDCXLVI.8.

Monaſticum juſſu, & auctoritate Capituli Generalis Congreg. S. MAVRI ordinis *Benedictini* editum, *Pariſiis* MDCLXXX. in 8.

Ciſtercienſe ex libro uſuum, & definitionibus ordinis collectum juſſu *Edmundi* PEROTT Abbatis Generalis, *Pariſiis* MDCLXXI. in 8.

Monaſticum Congr. *Reformatorum* S. BERNARDI *Romae* MDCLXVIII. in 8.

Monachorum *Camaldulenſium* auctore *Victorino* TOTINIO. *Bononiae* MDCXXV. in 4.

Monaſticum *Romano Caeleſtinorum* uſui conforme, Auctore *Donato* RAMERIO, *Neapoli* MDCL. in f.

Chartbuſienſe continens novam collectionem ſtatutorum ejuſdem ordinis &c. *Lugduni* MDCXLI. in 12.

Ordinis *Praedicatorum* ab *Ignatio* CIANTES adcurate diſpoſitum. *Neapoli* MDCLIV. in 8.

Ordinis FF. B. V. M. de *Monte Carmelo* juſſu *Sebaſtiani* FANTONI ejuſd. Ord. Generalis editum *Romae* MDCCXVI. in 4.

FF. *Diſcalceatorum* ejuſd. Ord. B. V. M. de *Monte Carmelo*, *Bruxellis* MDCLXXXVIII., & *Romae* MDCLXXXV. 8.

Ad uſum FF. *Eremitarum* S. AVGVSTINI juſſu *Adeodati* SAMANTICI ejuſd. Ordinis Prioris Generalis editum. *Romae* MDCCXIV.

Eorumdem *Eremitarum diſcalceatorum*, auctore *Paullo* a S. IOHANNE EVANGELISTA. *Romae* MDCCXVII. 4.

Eorumdem, auctore P. *Antonio* de CASTRO, MATRITI MDCCI. 4. *Hiſpanice*

Ad uſum FF. *Minor. Obſer.* S. FRANCISCI editum juſſu *Johannis* MERINERI Miniſtri Generalis, *Romae* MDCXL. in 4.

Ad uſum totius Ordinis *Minorum Conventualium* S. FRANCISCI juſſu *Bernardini Angeli* CARVCCI ejuſdem Ordinis Miniſtri Generalis editum. *Mediolani* MDCXIV. 4.

Minorum Recollectorum Provinciae *Germaniae Inferioris* *Bruxellis* MDCLV.4.

Ad uſum FF. *Minorum* S. FRANCISCI, qui vulgo *Capuccini* nuncupantur, auctore *Zacbaria* BOVERIO. *Neapoli* MDCXXVI. 4.

PP. *Minimorum* a *Theodoro* SOLARIO digeſtum, *Florentiae* MDCLIII.4.

Ordinis S MARIAE de *Mercede Redemptionis Captivorum*, Auctore *Franciſco* ANDREV. *Valentiae* MDCXIV. 4.

Ad uſum PP. *Diſcalceatorum* Ord. SS. Trinitatis *Redemptionis Captivorum*, *Veteropragae* MDCCXXVIII. 4. AP-

APPENDIX I.

IN QUA

Tria antiqua nondum edita

CAPITVLARIA

EXHIBENTVR.

Digitized by Google

Digitized by Google

MONITVM EDITORIS

In ſequentia Capitularia.

J*Ohannes Fronto* Canonicus Regularis S. *Genovefae* primus vetuſtum Evangeliorum Capitulare eruit, quod perperam *Calendarium Romanum* inſcripſit. Aliud poſtea ex plurimis, iiſque antiquiſſimis Codicibus multa diligentia concinnatum habuimus a doctiſſimo illo, piiſſimoque Cardinali *Thomaſio*. At Cl. P. *Vezzoſius* dum novam *Thomaſianorum* operum editionem moliebatur, ut ne in hac quidem parte aliquid ab ejus ſolertia deſideraremus, *Thomaſianum* illud *Capitulare* cum duobus *Barberinis* MSS. exemplis contulit; multa praeterea in tomi quinti, ubi *Capitulare* illud locum habuit (*p. 439. & ſeqq.*) praefatione cum de ſuis hiſce codicibus, tum de *Capitularium* hujuſmodi praeſtantia diſſeruit eruditiſſime. Nos heinc ſimilia duo Capitularia quum nacti eſſemus, alterum *Lucae* in Bibliotheca ampliſſimi Eccleſiae Principis Capituli, alterum *Florentiae* in praeclara PP. *Min. Conventualium S. Crucis* Bibliotheca, animos cepimus, ut heic illa divulgaremus.

Lucenſe porro, ut Codices iſtos inter ſe conferamus, Feſtivitates Sanctorum per anni circulum ſuis in locis diſtributas exhibet; *Florentinum* illas a Dominicarum, & Feriarum Evangeliis ſejungit. Illud ſaeculo omnino X. perſcriptum eſt, XI. hoc. Primum antiquiſſimis *Thomaſianis* Codicibus plerumque conſonat; ſecundum *Barberino* primo P. *Vezzoſii*. Verum ut utriuſque Codicis antiquitas clarior fiat, ſtationes in utroque indictas, Sanctos quoque in illis memoratos unum veluti ſub adſpectum ponamus. A ſtationibus initium ſumimus, eaſque ad Indicem ſtationum a *Mabillonio* divulgatum (*Muſei Italici T. II. p. 554.*) diſponimus.

S T A T I O N E S

In utroque Codice indictae.

DOminica I. de Adventu Domini *om. utrumque*. Mabill. *Statio ad S.* Mariam *Majorem*.
Domin. II. *om. utrumque*. Mabill. *Statio ad Sanctam Crucem*.
Domin. III. *om. utrumque*. Mabill. *Statio in Baſilica B.* Petri *Apoſtoli*.
Fer. IV. *ad S. Mariam* L. F.
Fer. VI. *ad Apoſtolos* L. F.
Sabbato *ad S. Petrum* L. F.
Dom. IV. *Vacat*. L. F. Mabill. *ad Sanctam* Eugeniam.
Die Nativitatis Domini, ad Sanctam Mariam, ad Sanctam Anaſtaſiam, ad S. Petrum. L. F.
In octava Domini ad S. Mariam ad Martyres. F. Non exſtat apud *Mabillonium*.
In Epiphania Domini ad Sanctum Petrum L.
Poſt Theophani. ad S. Petrum ad Vincula L.
Alia poſt Theophan. ad Sanctam Anaſtaſiam L.
Alia poſt Theophan. ad SS. Johannem & Paullum L.
Dominica I. poſt Epiphan. in Eccleſia SS. Johannis & Paulli F. *Non exſtat apud* Mabillonium, *qui tres quoque omittit nuper ex* L. *Codice notatas*.
Dominica in Septuageſima ad S. Laurentium L. F.
Dominica in Sexageſima ad S. Paullum L. F.
Dominica in Quinquageſima ad S. Petrum L. F.
Feria IV. in capite jejunii ad Sanctam Savinam L. Suſannam F.
Feria V. ad S. Georgium L. Gregorium F.
Feria VI. in Pammachii L. F.
Sabbato *Luc. om.* ad S. Paullum F. Singularis heic eſt Codex *Florent. Mabillonius* ad S. Tryphonem ſtationem hoc die ponit, nec aliter *Reſponſoriale & antiphonarium Romanae Eccleſiae a Thomaſio* editum. At ejuſdem *Capitularia* vel ſilent cum *Lucenſi*, vel ad S. *Tryphonem*, vel (quod in vetuſtioribus codicibus eſt) ad S. *Laurentium* in *regione* tertiam ſtationem figunt.
Dominica I. in Quadrageſima ad Lateranis L. F.
Fer. II. ad Vincula L. F.
III. ad Sanctam Anaſtaſiam L.
IV. ad Sanctam Mariam L. F.
V. ad Sanctum Laurentium L. F.
VI. ad Sanctos Apoſtolos L. F.
Sabbato ad Sanctum Petrum L. F.
Dominica II. in Quadrag. *Vacat* L. F. quibus vetuſtiores Codices ſuffragantur. *Mabillonius* ſtationem deſignat *ad S. Mariam in Dominica*.
Feria II. ad Sanctum Clementem L. F.
III. ad Sanctam Balbinam L. F.
IV. ad Sanctam Caeciliam L. F.

V. ad

V. ad Sanctam Mariam L. F.
VI. in Veſtinae L. F.
Sabbato ad Sanctos Marcellinum & Petrum L. F.
Dominica III. in Quadrag. ad S. Laurentium L. F.
Feria II. ad S. Marcum L. F.
III. ad Sanctam Potentianam, *ſcil.* Pudentianam L. F.
IV. ad S. Sixtum L. F.
V. ad S. Coſmam L. F.
VI. ad S. Laurentium in Lucinae L. F.
Sabbato ad S. Suſannam L. F.
Dominica IV. in Quadrag. in Suſorio L. ad Hieruſalem (*quod eodem recidit*) F.
Feria II. ad Sanctos IV. Coronatos L. F.
III. in Damaſum L. F.
IV. ad S. Paullum L. F.
V. ad Silveſtrum L. F. *Mabillonius ad S. Martinum de montibus*
VI. ad S. Euſebium L. F.
Sabbato ad S. Laurentium L. F. *Mabillonius* cum recentioribus libri *ad Nicolaum in carcere*.
Dominica V. al. de Paſſione ad S. Petrum L. F.
Feria II. ad S. Chryſogonum L. F.
III. ad S. Cyriacum L. F.
IV. ad S. Marcellum L. F.
V. ad S. Apollenarem L. F.
VI. ad S. Stephanum L. F.
Sabbato Vacat L. F. Mabill. *Statio ad S. Johannem in Porta Latina*. In alio Codice: *Sabbato ad S. Petrum, quando eleemoſyna datur*.
Dominica in Palmis ad Lateranis L. F.
Feria II. ad Sanctam Praxedem L. ad SS. Nereum & Achilleum F. *Mabillonius Florentino* conſonat.
III. ad Sanctam Priſcam L. F.
IV. ad Sanctam Mariam L. F.
V. in Coena Domini ad Lateranis L. F.
VI. ad Hieroſalem L. F.
In Sabbato Sancto ad Lateranis L. F.
Dominica Sanctum Paſcha ad S. Mariam Majorem L. F.
Feria II. ad S. Petrum L. F.
III. ad S. Paullum L. F.
IV. ad S. Laurentium L. F.
V. ad Apoſtolos L. F.
VI. ad Martyres L. F.
Sabbato ad Lateranis L. F.
Dominica octava Paſchae: *omittit utrumque*; Mabillonius: *Statio ad S. Pancratium*.
Dominica II. poſt Paſcha ad SS. Coſmam, & Damianum L.
Die Adſcenſionis Domini *om. Luc.* ad S. Petrum F. & *Mabill.*
Die Sancto Pentecoſten *om. Luc.* ad S. Petrum F. & *Mabill.*
Feria II. ad Vincula L. F.

Fer. III. ad S. Anaſtaſiam L. F.
IV. ad Apoſtolos L. ad S. Mariam F.
V. *omittit utrumque*. Mabillonii codices heic mutili erant. *Thomaſiani* aliqui ſtationem ponunt ad SS. Johannem & Paullum.
VI. *om. Luc.* ad Apoſtolos F.
Sabbato ad S. Petrum L. F.
Dominica XVI. poſt Pentecoſten *om. utrumque*, & *Mabill.*
Feria IV. ad S. Mariam L.
Feria VI. ad Apoſtolos L.
Sabbato ad S. Petrum L. F.
Die XXII. menſis Januarii, Statio in Baſilica Sancti Euſebii L.
In Purificatione S. Mariae, *omittit utrumque*. Mabill. Statio ad S. Mariam Majorem.

SANCTORUM IN VTROQVE CAPITVLARI

MEMORATORVM

INDEX

JANVARIVS.

Die V. Vigilia Epiphaniae. *Luc. Flor.*
VI. Epiphania. *Luc. Flor.*
XIV. Natale S. Felicis in Pineis. *Luc. Flor.*
XVI. Natale S. Marcelli. *Luc. Flor.*
XIX. Natale S. Priſcae. *Luc. Flor.* die XVIII.
XX. Natale S. Fabiani. *Luc. Flor.* addit & *Sebaſtiani*.
XXI. Nat. S. Agne de Paſſione. *Luc. Flor.*
XXII. Natale S. Vincentii. *Luc. Flor.*
XXVIII. Natale Sanctae Agne de nativitate *Luc. Flor.*, *quod tamen utitur hac formula*. Natal. S. Agnae ſecundo.

FEBRVARIVS.

Die II. Purificatio S. Mariae *Luc.* Ipapanti Domini *Flor.*
V. Natale S. Agathe. *Luc. Flor.*
XIV. Natale S. Valentini. *Luc. Flor.*
XXII. Cathedra Petri. *Flor.*

MARTIVS.

Die XII. Nat. S. Gregorii Papae. *Flor.*
XXI. Nat. S. Benedicti. *Flor.*
XXV. Adnunciatio Domini. *Luc. Flor.*

APRI-

APRILIS.

Die XIV. Natale SS. Tyburtii, Valeriani, Maximi. *Luc. Flor.*
XXIII. Natale S. Georgii, *Luc. Flor. quod tamen* die XXIV. Georgium *recolit.*
XXVIII. Nat. S. Vitalis, *Luc. Flor.*, *ſed hoc in diem ſequentem illum differt.*

MAJVS.

Kal. Nat. SS. Philippi, & Jacobi *Luc. Flor.*
Die III. Nat. SS. Alexandri, Eventii *Luc. Flor.* quod addit *Eventi*, & *Juvenalis*.
X. Nat. S. Gordiani, *Luc. Flor. quod praeterea* Epimachum *memorat*.
XI. Nat. SS. Nerei, & Achillei, *Luc. Flor.* ſed hoc die XII. Sanctos ipſos celebrat ſimul cum Pancratio.
XII. Nat. S. Pancrati, *Luc.*
XIII. Dedicatio Eccleſiae S. Mariae ad Martyres *Flor.*
XIX. Nat. S. Pudentianae *Luc. Flor.*
XX. Nat. S. Baſiliſſae, *Luc.*
XXV. Nat. S. Urbani, *Luc. Flor.*

JVNIVS.

Die II. Nat. SS. Marcellini & Petri via Lavicana. *Luc. Flor.*
IX. Nat. SS. Primi & Feliciani in Baſilica S. Stephani. *Luc. Flor. quod tamen horum meminit die VIII.*
XII. Nat. S. Baſilidis *Luc.*
XIV. Nat. S. Feliculae *Flor.*
XVIII. Nat. SS. Marci & Marcelliani Via Ardeatina *Luc.*
XXIII. Vigilia S. Johannis Baptiſtae. *Luc. Flor.*
XXIV. Natale S. Johannis Baptiſtae. *Luc. Flor.*
XXVI. Natale SS. Johannis, & Paulli. *Luc. Flor.*
XXVIII. Vigilia Apoſtolorum Petri, & Paulli. *Luc. Flor.*
XXIX. Nat. Apoſtolorum Petri, & Paulli. *Luc. Flor.*

JVLIVS.

Die II. Natale SS. Proceſſi, & Martiniani. *Luc. Flor.*
X. Natale VII. Fratrum Via Appia. *Luc. Flor.*
XV. Nat. S. Cyriaci. *Luc. Flor.*
XXI. Nat. S. Praxedis. *Luc. Flor.*
XXIII. Natale S. Apollenaris. *Luc. Flor.*
XXIX. Natale SS. Felicis, Simplicii, Fauſtini, & Beatricis via Portuenſe. *Luc. Flor.*
XXX. Nat. SS. Abdon & Sennes. *Flor.*

AVGVSTVS.

Kal. Aug. ad Vincula. *Luc. Flor.*
Die II. Natale S. Stephani Pontificis Via Latina. *Luc. Flor.*
VI. SS. Sixti, Feliciſſimi, & Agapiti. *Luc. Flor. quod tamen illos die ſuperiore commemorat.*
VIII. S. Cyriaci. *Luc. Flor.*
IX. Vigilia S. Laurentii. *Luc. Flor.*
X. Nat. S. Laurenti. *Luc. Flor.*
XI. Natale S. Tiburtii. Item Nat. S. Suſannae. *Luc. Flor.*
XII. Natale S. Eupli. *Luc. Flor.*
XIII. Nat. S. Yppoliti. *Luc. Flor.*
XIV. Nat. S. Euſebii. *Luc. Flor.*
XV. Solemnia de Pauſatione S. Mariae. *Luc.* Aſſumptio S. Mariae *Flor.*
XVIII. Nat. S. Agapiti. *Luc.*
XXII. Nat. S. Timothei. *Luc. Flor.*
XXV. Nat. S. Geneſi. *Luc. Flor.*
XXVIII. Nat. S. Hermen *Luc.* S. Hermetis *Flor.*
XXIX. Nat. S. Savinae *Luc. Flor. quod addit.* Item decollatio S. Johannis Baptiſtae.
XXX. Nat. SS. Felicis & Audacti. *Luc.*

SEPTEMBER.

Die VIII. Nativitas S. Mariae. Item Nat. S. Adriani. *Luc. Flor.*
XII. Nat. S. Prothi, & Jacincti. *Luc. Flor.*
XIV. Nat. S. Cornelii Pontificis. Item Exaltatio S. Crucis. *Luc. Flor.* quod *Cornelio* jungit S. *Cyprianum.*
XV. Nat. S. Nicomedis. *Luc. Flor.*
XVI. Nat. SS. Luciae, & Euphemiae. *Luc. Flor.*
XX. Nat. S. Dignae *Luc.* S. Euſtachi. *Flor.*
XXVII. Nat. SS. Coſmae, & Damiani. *Luc. Flor.*
XXIX. Dedicatio Eccleſiae S. Angeli. *Luc.* Dedicatio Eccleſiae S. Michaelis Archangeli. *Flor.*

OCTOBER.

Die VII. Nat. S. Marci. Item Nat. SS. Sergi, & Bacchi. *Luc. Flor.* ſolius *Marci* meminit.
VIII. Translatio Corporis Sanctae Petronillae. *Luc.*
XIV. Natale S. Caliſti. *Luc. Flor.*
XXV. Nat. SS. Chryſanthi, & Dariae. *Luc. Flor.*

NOVEMBER.

Kal. Nov. Nativitas S. Caeſarii. *Luc.* Natale S. Caeſarii, & omnium Sanctorum. *Flor.*
Die VIII. Nat. SS. IV. Coronatorum. *Luc. Flor.*
IX. Nat. S. Theodori *Luc. Flor.*
XI. Nat. S. Mennae *Luc. Flor. quod addit.* Item Nat. S. Martini.
XXII. Nat. S. Caeciliae *Luc. Flor.*

XXIII.

XXIII. Nat. S. Clementis. Item Nat. S. Felicitatis. *Luc. Flor.*
XXIV. S. Chryſogoni. *Flor.*
XXIX. Nat. S. Saturnini. Item Vigilia S. Andreae. *Luc. Flor.*
XXX. Nat. S. Andreae. *Luc. Flor.*

D E C E M B E R.

Die XIII. Nat. S. Luciae. *Luc. Flor. quod tamen Sanctam Martyrem ad diem XIV. recolit.*
XXIV. Vigilia Domini. *Luc. Flor.*
XXV. Natale Domini. *Luc. Flor.*
XXVI. Natale S. Stephani. *Luc. Flor.*
XXVII. Natale S. Johannis Apoſtoli. *Luc. Flor.*
XXVIII. Nat. Innocentium. *Luc. Flor.*
XXXI. Nat. S. Sylveſtri. *Luc. Flor.*

Jamvero ut ad ſtationes redeam, manifeſtum eſt, *Lucenſe* Capitulare *Florentino* antiquius eſſe, quum ſtatio ad S. *Praxedem*, quae Feria II. Dominicae in Palmis notatur in *Lucenſi*, vetuſtior ſit ſtatione ad SS. *Nereum* & *Achilleum*, quae *Florentino* eo die adſcribitur. Et illud certum arbitror, etſi character, ſancti quidam praetermiſſi, aliaque id genus multa id minime confirmarent, *Florentinum* XI. ſaltem ſaeculo fuiſſe conſcriptum. Nam inclinante XII. ſaeculo ſcriptus eſt libellus ſtationum a *Mabillonio* in lucem emiſſus, ut recte adnotavit Cl. P. *Vezzoſius* (*T. IV. operum* Thomaſianorum *p.* 30.); exaratus enim ille eſt, inſtituta jam ſtatione ad S. *Eugeniam* Dominica Adventus IV. quae olim vacabat; porro non in *Lucenſi* ſolum, ſed etiam in *Florentino* vacat ea Dominica, ut inde conijciendi locus ſit, hoc quoque ante ſtationis illius inſtitutionem fuiſſe perſcriptum. Ex Sanctis autem, qui celebrantur, expiſcari quis poſſet, quibus Eccleſiis olim uſui fuerint haec Capitularia; niſi ii ejuſmodi eſſent, quorum cultus in univerſa Eccleſia ſolemnis ſit. Solum S. PROCESSI nomen, quod in *Lucenſi* Capitulari majoribus litteris effictum eſt, ſuſpicionem praebet, Eccleſiam, quae illo utebatur, peculiari cultu S. Martyrem coluiſſe. *Geneſius* in *Etruria* celebris eſt. Fortaſſe igitur *Lucenſi Lucenſe*, *Florentinum Florentinae* Eccleſiae uſurpatum fuit, cui propterea addita ſit Decollatio S. *Johannis Baptiſtae*. Sed leviſſimae hae ſunt coniecturae.

Haec ſcripſeram, quum alterius *Capitularis* exemplum *Mutinae* a me deſcriptum, cujus pene oblitus fueram, mihi in ſchedis occurrit. Codex eſt in 4. apud Illuſtriſſimos Canonicos ſervatus, qui Evangeliarium exhibet decimo aut undecimo ſaeculo exaratum; ex veteris autem in ſacrum Evangelium reverentiae diſciplina duabus laminis argenteis coopertus eſt. In harum altera Chriſtus conſpicitur dextera ad benedicendum erecta, ſiniſtra librum geſtans, cui inſcriptum: LIBER EVANG. Altera vero eburneam circumdat tabellam, cui *Jeſus* Cruci quatuor clavis adfixus, *Maria*, ac *Johannes* inſculpti ſunt cum quatuor Evangeliſtis, duobus ſupra *Jeſu* caput, duobus infra ejus pedes prominentibus. Ex vetuſto igitur hoc Evangeliorum libro per humaniſſimum Canonicum & Comitem *Tori*, nunc principis Templi Archipresbyterum *Capitulare*, quod tertium erit, depromere mihi licuit.

I. CA-

Digitized by Google

I.

CAPITVLARE

Ex Codice 8. Saeculi XI.

CAPITVLI LVCANI

Incipiunt Capitula Evangeliorum (1) *de anni circulo*.

I*N natale Domini ad Sanctam Mariam* (2). *Secundum Lucam* Cap. III. In illo tempore exiit edictum a Caeſare Auguſto *uſque* pax hominibus bonae voluntatis.

Item ad Sanctam Anaſtaſiam ſecundum Lucam *Cap. III.* In illo tempore Paſtores loquebantur ad invicem, *uſque* ſicut dictum eſt ad illos.

Item ad S. Petrum ſecundum Johannem *Cap. I.* In principio erat verbum, *uſque* plenum gratiae & veritatis.

In Natale S. Stephani ſecundum Matthaeum *Cap. CCXL.* In illo tempore dicebat Jeſus turbis Judaeorum, & Principibus Sacerdotum. Ecce ego mitto ad vos Prophetas. *Uſque* benedictus qui venit in nomine Domini.

In Natale S. Iohannis Apoſtoli (3) ſecundum Johannem *Cap. CCXXXI.* (4). In illo tempore dixit Jeſus Petro: Sequere me, *uſque* quia verum eſt teſtimonium ejus.

In Natale Innocentum ſecundum Matthaeum *Cap. VI.* In illo tempore. Angelus Domini apparuit in ſomnis Joſeph. *uſque* Rachel plorans filios ſuos, & noluit conſolari quia non ſunt. (5)

In Natale S. Silveſtri die XXXI. Menſis Decembris ſecund. Matth. *Cap. CCLXIII.* In illo tempore dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Vigilate. *Uſque* ſuper omnia bona ſua conſtituet eum.

Dom. I. poſt Natale Domini. Secundum Lucam *Cap. III.* In illo tempore, erat Joſeph & Mater Jeſu mirantes ſuper his, *uſque* & gratia Dei erat cum illo.

In octava (6) *Domini* ſecundum Lucam *Cap. III.* In illo tempore. Cum

---

(1) Paullo diverſus titulus a Vaticani Codicis 5729. titulo quem *Thomaſius* exhibet.

(2) Addunt *Thomaſiana* exempla, & noſtrum S. Crucis infra proferendum *Majorem*.

(3) *Et Evangeliſtae*, alii Codices addunt. *Barberinus* alter a *Vezzoſio*, collatus omittit *Apoſtoli* nomen, altero *Evangeliſtae* adſcripto.

(4) *Thomaſiana* exempla caput hoc numerant CCXXXII.

(5) In paucioribus codicibus ita legi notavit *Thomaſius*; in plerisque enim, ut in noſtro *Florentino* infra exhibendo, praeſcribitur lectio *uſque* Quoniam Nazarenus vocabitur.

(6) *In octavas*, & *octabas Thomaſii* exempla; Noſtrum & *Florentinum* a primo *Barberino Vezzoſii* minime diſcrepant. *Barberinum* tamen addit: ad *Sanctam Mariam*, nempe *ad Martyres*, ut cum *Thomaſianis* habet *Florentinum* noſtrum exemplum.

Cum conſummati ſunt dies octo, *uſque* & gloriam plebis tuae Iſrael.

In Natale Sanctae Mariae (7) *Kalendis Ianuarii* ſecundum Matthaeum *Cap. CXL.* In illo tempore dixit Jeſus diſcipulis ſuis parabolam hanc. Simile eſt regnum Coelorum theſauro abſcondito. *uſque* nova, & vetera.

In vigilia Teophaniae ſecundum Matthaeum *Cap. VI.* In illo tempore defuncto Herode, *uſque* quoniam Nazaraeus vocabitur.

In Theophania ad Sanctam Petrum (8) ſecundum Matthaeum *Cap. III.* In illo tempore. Cum natus eſſet Jeſus in Bethleem Judae. *uſque* reverſi ſunt in regionem ſuam.

Poſt theophania ad S. Petrum ad vincula. ſecundum Marcum *Cap. III.* In illo tempore fuit Johannes in deſerto baptizans. *uſque* filius meus dilectus in quo mihi complacui.

Item alia poſt theophania ad Sanctam Anaſtaſiam. ſecundum Johannem *Cap. XIII.* In illo tempore. Vidit Johannes Jeſum venientem ad ſe, & ait. *uſque* quia hic eſt Filius Dei.

Item alia ad Sanctos Iohannem, & Paullum. ſecundum Matthaeum *Cap. VII.* In illo tempore. Venit Johannes Baptiſta. *uſque* Filius meus dilectus, in quo mihi complacui (9)

Dom. I. *poſt theophania* ſecundum Lucam *Cap. III.* In illo tempore cum factus eſſet Jeſus annorum duodecim. *Uſque* apud Deum & homines.

Menſe Januario die XIV. (10) Natale S. Felicis in pincis. ſecundum Lucam *Cap. CXVI.* In illo tempore dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Qui vos audit, me audit. *Uſque* ſcripta ſunt in coelo.

Die XVI. Menſis. Natale Sancti Marcelli (11). Secundum Matthaeum *CCLXVIIII.* In illo tempore dixit Jeſus diſcipulis ſuis parabolam hanc. Homo quidam peregre proficiſcens. *Uſque* intra in gaudium Domini tui.

Dominica II. poſt Theophania ſecundum Johannem *Cap. XVIII.* In illo tempore. Nuptiae factae ſunt in Chana Galileae. *Uſque* crediderunt in eum diſcipuli ejus.

Item *alia poſt Theophania* ſecundum Lucam *Cap. XVII.* In illo tempore.

---

(7) Alii habent S. *Martinae*. Confer Thomaſium *p.* 483. T. V. operum noviſſimae *Romanae* editionis. Ceterum *Frontonianum Capitulare* cum noſtro conſentit (*p.* 135. *Veron.* edit.) ſed pro *Kalendis Januarii*, quas noſtrum diſerte memorat, in eo legere eſt *die ſupraſcripto*.

(8) Mirabatur non injuria *Fronto*, diem hunc Epiphaniae, ſeu Theophaniae ſtatione carere in ſuo *Capitulari*, praeſertim quum hom. X. S. *Gregorii* Magni hoc die ſtationem deſignet ad S. *Petrum*. Etiam *Mutinenſis* Codex apud *Thomaſium* ſtationem omittit. Sed noſter cum aliis pluribus rectius ſtationem memorat ad S. *Petrum*.

(9) *Lucenſis* huic noſtro concinunt *Thomaſiani* quinque codices pervetuſti, aliis tribus Matth. cap. XIII. praeſcribentibus.

(10) Die XIII. *Thomaſiani* Codices, *Frontonianus* cum noſtro conſentit, neque ab his diſcrepat *Barberinus* primus *Venuſii*, ubi legitur XVIII. Kal. Febr. Ferias hac hebdomada omittit omnes noſter hic codex, non tamen in aliis hebdomadis, uti videbimus.

(11) *Martyris*, & *Pontificis*, alii Codices; alii *Papae*. *Barberinus* primus, & *Frontonianus* cum noſtro iſthaec omnia omittit.

Digitized by Google

pore. Regreſſus eſt Jeſus in vittute ſpiritus in Galilea. *Uſque* procedebant de ore ejus.

Feria IIII. ſecundum Marcum *Cap. XVIII.* In illo tempore. Venit ad Jeſum leproſus deprecans eum. *Uſque* praecepit Moyſes in teſtimonium illis.

Feria VI. Secundum Marcum *Cap. I.* In illo tempore. Egreſſus Jeſus venit in patriam ſuam, & ſequebantur eum. *Uſque* impoſitis manibus ſanavit eum. (12)

Vbi ſupra (13) ſecundum Lucam *Cap. XXIII.* In illo tempore deſcendit Jeſus de Capharnaum. *Uſque* in omnem locum regionis.

Feria VII (14) ſecundum Lucam *Cap. XXVI.* In illo tempore ſurgens Jeſus de Sinagoga introivit in domum Symonis. *Uſque* Evangelizare regnum Dei.

Die XVIIII. (15) *Menſis Ianuarii* natale Sanctae Priſcae ſecundum Matthaeum *Cap. CXL.* Dixit Jeſus diſcipulis ſuis parabolam hanc. Simile eſt regnum coelorum theſauro. *Uſque* nova & vetera.

Hebdomada III. poſt Theophania. Secundum Matthaeum *Cap. LXIII.* In illo tempore. Cum deſcendiſſet Jeſus de monte, ſecuti ſunt eum. *Uſque* ſanatus eſt puer ex (16) illa hora.

Feria IIII. Secundum Matthaeum *Cap. XXIII.* In illo tempore. Cum eſſet Jeſus in una Civitate, ecce vir plenus lepra. *Uſque* & curarentur ab infirmitatibus ſuis. (17)

Feria VI. (18) ſecundum Matthaeum *Cap. XXXIII.* In illo tempore. Coepit Jeſus docere ad mare. *Uſque*: qui habet aures audiendi audiat.

Hebdomada IIII. poſt Theophania ſecundum Matthaeum *Cap. LXVIIII.* In illo tempore aſcendente Jeſu in naviculam. *Uſque*: quia & (19) mare obediunt ei.

Die XX. (20) *menſis Ianuarii natale S. Fabiani* (21) ſecundum Matthae-

---

(12) Ceteri Codd. legunt *curavit eos*.

(13) Haec lectio in quodam Codice *Thomaſiano* (*p.* 437.) Sabbato adſignatur, in eoque non *deſcendit Jeſus*, ſed *deſcendit Dominus Jeſus* legitur. At cur hodie duae Miſſae? Nuſquam quid ſimile legere eſt.

(14) Etiam Codex *Vaticanus* ſaeculi XI. aut XII. *Feriam* VII. pro *Sabbata* exhibet.

(15) XVIII. *Frontonianum* Kalendarium, & ceteri *Thomaſiani* Codices; immo & Martyrologia. Quare numerum heic Amanuenſis culpa vitiatum eſſe nullus dubito.

(16) Ita & *Frontonis* Capitulare; at *Thomaſius* habet *in illa hora*.

(17) *Thomaſiani* Codices plerique ad *Feriam VI.* hoc Evangelii Capitulum reijciunt; ſed noſtro conſentit *Vaticanae* Baſilicae Evangeliarum XII. ſaeculo exaratum.

(18) Hoc Evangelium *Feria IV.* aliqui Codices exhibent; *Barberinus* primus *Vezzoſii* noſtro favet.

(19) Particulam *&* ſilent *Thomaſiani* Codices; exprimit *Capitulare Frontonis*.

(20) Ante Dominicam, ſeu hebdomadam IV. SS. *Fabiano*, & *Sebaſtiano* Sacra dies recolitur in ceteris codicibus, ſi *Barberinum* ſecundum excipias, quocum Noſtro convenit.

(21) Mirum eſt, omitti heic S. *Sebaſtianum*, quem ceteri Codices omnes celebrant.

thaeum *Cap. CCLXXIII.* In illo tempore . Dixit Jeſus Diſcipulis ſuis. Vigilate ergo (22). *Uſque* : conſtituet eum.

Die XXI. menſis Ianuarii Natale Sanctae Agnae de Paſſione (23) ſecundum Matthaeum *Cap. CCLXVIII.* In illo tempore. Dixit Jeſus diſcipulis ſuis parabolam hanc. Simile eſt regnum coelorum decem Virginibus. *Uſque* : neſcitis diem, neque horam.

Fer. IIII. ſecundum Matthaeum *Cap. LXXIIII.* In illo tempore. Loquente Jeſu ad turbas. ecce unus de principibus. *Uſque* : in univerſam terram illam.

Fer. VI. ſecundum Marcum *Cap. XLI.* In illo tempore dicebat Jeſus diſcipulis ſuis, & turbis: videte quod audio. *Uſque* : diſcipulis ſuis diſſerebat omnia.

Fer. VII. ſecundum Lucam *Cap. CLXXVIII.* In illo tempore. Dicebat Jeſus parabolam intendens, quomodo primos accubitus eligerent. *Uſque* : Beatus qui manducabit panem in regno Dei.

Hebdomada V. poſt Theophania. Secundum Matthaeum *Cap. CXXXVI.* In illo tempore dixit Jeſus diſcipulis ſuis parabolam hanc. Simile eſt regnum Coelorum homini, qui ſeminavit bonum ſemen in agro ſuo. *Uſque*: triticum autem congregate in horreum.

Die XXII. menſis Ianuarii Natale Sancti Vincentii. Statio *in Baſilica Sancti Euſebii* (24) ſecundum Johannem *Cap. CIIII.* In illo tempore. Dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Niſi granum frumenti. *Uſque* : honorificavit eum Pater meus, qui eſt in Coelis.

Feria IIII. (25) ſecundum Marcum *Cap.* XLVIIII. In illo tempore cum tranſcendiſſet Jeſus in navem, reverſus transfretavit. *Uſque*: eſto ſana a plaga tua.

Die XXVIII. menſis Januarii natale Sanctae Agnae de nativitate ſecundum Matthaeum *Cap.* CXL. In illo tempore dixit Jeſus diſcipulis ſuis parabolam hanc. Simile eſt regnum Coelorum theſauro abſcondito. *Uſque*: nova & vetera.

Fer. V. (26) ſecundum Marcum *Cap.* CVI. In illo tempore offerebant Jeſu parvulos. *Uſque* : imponens manus ſuper illos benedicebat eos.

Fer. VI. ſecundum Marcum *Cap.* XLVII. In illo tempore: Venit Jeſus trans fretum in regionem Geraſenorum. *Uſque* : & miſeratus eſt ei. (27)

Feria VII. ſecundum Lucam *Cap.* LXVII. In illo tempore factus eſt

(22) Vnus hic Codex particulam *ergo* addit a ceteris praetermiſſam.

(23) Duo nimirum dies *Agnetis* (quae *heic* Agna dicitur ex latinorum more, quibus *agnes agnam ſignificat*, *Auguſtino* teſte *Serm.* 273. *ol. de diverſ.* 101. *cap.* 6.) memoriae ſacri ſunt; hic vero paſſioni illius eſt dedicatus; alter mox de *nativitate* praenotabitur. Qua de re aliquid addemus in notis ad Capitulare *Florentinum*.

(24) *juxta Merulana*, ex *Thomaſio*. Stationem praeterit *Frontonis Capitulare*.

(25) Hanc *Feriam* nonnulli Codices omittunt; nonnulli aliud illi Evangelium adſignant. Confer *Thomaſium* (*p.* 441.)

(26) *Feriam* V. plerique Codices omittunt.

(27) *ei* eſt in *Thomaſianis* Codd.

deinceps ibat Jeſus in civitatem: *Uſque*: Deus viſitavit plebem ſuam.

Hebdomada VI. poſt Theophania ſecundum Marcum *Cap.* LXVII. (28). In illo tempore. Cum ſero eſſet factus, erat navis. *Uſque*: quotquot tangebant eum, ſalvi fiebant.

Fer. IIII. ſecundum Marcum *Cap.* L. In illo tempore venit in patriam ſuam: *uſque*: & mirabantur propter incredulitatem.

Fer. VI. ſecundum Lucam *Cap.* LXXIIII. In illo tempore. Rogabat Jeſum quidam Phariſaeus, ut cum illo manducaret: *uſque*: dilexit multum.

Fer. VII. ſec. Marc. *Cap.* XXI. In illo tempore. Egreſſus ad mare omniſque turba: *uſque*: non veni vocare juſtos, ſed peccatores.

Hebdomada VII. poſt Theophania ſec. Matth. *Cap.* CCXXVII. In illo tempore. Cum veniſſet Jeſus in templum, acceſſerunt ad eum Principes: *uſque*: qui habet aures audiendi, audiat (29).

MENSE FEBRVARII.

Die II. Purificatio Sanctae Mariae (30). Sec Luc. *Cap.* III. In illo tempore. Poſtquam impleti ſunt dies purgationis Matris Jeſu: *uſque*: gloriam plebis tuae Iſrael.

Item alia ut ſupra (31). Sec. Luc. *Cap.* III. In illo tempore. Accepit Simeon Jeſum in ulnas ſuas. Benedixit Domino (32), & dixit: *uſque*: gratia Dei erat cum illo.

Die V. menſis Februarii, natale Sanctae Agathae. Sec. Matth. *Cap.* CCLXVIII. In illo tempore dixit Jeſus diſcipulis ſuis parabolam hanc. Simile eſt regnum Coelorum decem Virginibus: *uſque*: neſcitis diem, neque horam.

Fer. IV. Sec. Matth. *Cap.* LXIII. In illo tempore. Exiens Jeſus de nave vidit turbam multam: *uſque*: & cum dimiſiſſet eos, abiit in montem orare.

Feria VI. ſec. Matth. *Cap.* CLXVII. (33) In illo tempore. Veſpere autem facto acceſſerunt ad Jeſum: *uſque*: fuit numerus quinque millia hominum.

Hebdomada VIII. poſt Theophania. Sec. Luc. *Cap.* LXXXVI. In illo tempore convocatis Jeſus diſcipulis ſuis: *uſque*: Evangelizantes, & curantes ubique.

Feria IIII. Sec. Matth. *Cap.* CLIIII. In illo tempore acceſſerunt ad Jeſum ab Hieroſolimis Scribae: *uſque*: Non lotis autem manibus manducare non coinquinat hominem.

Die XIIII. menſis Februarii, Sancti Valentini. Sec. Luc. *Cap.* XCVI.

In

---

(28) LXX. *Thomaſius* legit; Noſter *Frontoniano* codici conſonat.

(29) Aliud Evangelium *Thomaſianis* Codicibus hac die inſcriptum legitur.

(30) In hunc modum praenotatur hic dies etiam in Codice Evangeliorum Reginae *Sueciae* apud *Thomaſium* (p. 442.)

(31) etiam apud *Thomaſium* duplex occurrit Miſſa, qualis heic ſtatuitur.

(32) *Dominum*, alii Codices.

(33) CXLVII. apud *Thomaſium*.

In illo tempore dixit (34) Jeſus diſcipulis ſuis: Si quis vult poſt me venire: *uſque*: donec videant regnum Dei.

Fer. VI. Sec. Luc. *Cap.* LXXXIII. In illo tempore factum eſt in unam dierum, aſcendit Jeſus in naviculam: *uſque*: quanta illis feciſſet Jeſus. (35)

Fer. VII. Secundum Marcum *Cap.* LXXII. In illo tempore ſurgens Jeſus abiit in fines Tyri, & Sydonis: *uſque*: daemonium exiſſet ab ea.

Hebdomada VIIII. poſt Theophania. Secundum Matth. *Cap.* CCXXI. In illo tempore, dixit Jeſus diſcipulis ſuis (36) ſimile eſt regnum Coelorum homini regi, qui fecit nuptias filiò ſuo: *uſque*: multi ſunt vocati, pauci vero electi.

Fer. IIII. Sec. Matth. *Cap.* CLXXIII. In illo tempore interrogaverunt Jeſum Diſcipuli dicentes: quid ergo Scribae dicunt? *uſque*: & curatus eſt puer ex illa hora.

Hebdomada X. poſt Theophania. Sec. Matth. *Cap.* CLVII. In illo tempore, Egreſſus Jeſus ſeceſſit in partes Tyri, & Sydonis. *uſque*: & ſanata eſt filia (37)

Die XXV. menſis Martii. Adnunciatio Domini. Sec. Lucam. *Cap.* III. In illo tempore. Miſſus eſt Gabrihel Angelus a Deo: *uſque*: fiat mihi ſecundum Verbum tuum.

Dominica in Septuageſima ad Sanctum Laurentium. Sec. Matth. *Cap.* CC. In illo tempore. Dixit Jeſus diſcipulis ſuis parabolam hanc: ſimile eſt regnum coelorum hominis patrisfamilias, qui exiit primo mane. *uſque*: multi enim ſunt vocati, pauci vero electi.

Feria IIII. (38) Sec. Marc. *Cap.* XLVIIII. In illo tempore. Cum tranſcendiſſet Jeſus in nave. *uſque*: & eſto ſana a plaga tua.

Feria VI. Sec. Luc. *Cap.* CIIII. In illo tempore. Factum eſt dum complerentur dies adſumptionis ejus: *uſque*: & abierunt in aliud caſtellum.

Dominica in Sexageſima ad S. Paullum. Sec. Luc. *Cap.* LXXVI. In illo tempore cum turba plurima convenirent. *uſque*: fructum adfert in pacientia.

Feria IIII. Sec. Matth. *Cap.* CXXIII. In illo tempore dixit Jeſus diſcipulis ſuis: qui non eſt mecum, contra me eſt: *uſque*: Ex verbis tuis condempnaveris. (39)

Feria VI. Sec. Luc. *Cap.* CCII. In illo tempore interrogatus Jeſus a Phariſaeis, quando venit regnum Dei. *uſque*: congregabantur aquilae.

Dominica in Quinquageſima ad Sanctum Petrum. Sec. Luc. *Cap.* CCXXXII. In illo tempore aſſumpſit Jeſus duodecim: *uſque*: omnis plebs, ut vidit, dedit laudem Deo.

(34) al. *dicebat*.

(35) al. *Jeſus feciſſet*.

(36) al. addunt *parabolam hanc*. Noſtro Codici convenit heic cum *Frontoniano*.

(37) addunt alii: *ejus ex illa hora*. Cathedra S. *Petri* heic a noſtro omittitur, uti etiam in vetuſtioribus codicibus *Thomaſianis*.

(38) Ferias omittunt Codices paullo vetuſtiores apud *Thomaſium*.

(39) Inter Codices, qui Feriam hanc IV. celebrant, eique notatum Evangelium deſcribunt, eſt *Barberinus* primus P. *Vezzoſii*.

Feria IIII. *Ad Sanctam Savinam* (40) . Sec. Matth. *Cap.* XLV. In illo tempore dixit Jeſus diſcipulis ſnis: cum jejunatis : *uſque* : ubi eſt theſaurus tuus, ibi eſt & cor suum.

Feria V. *Ad S. Georgium*. Sec. Matth. *Cap.* LXIIII. In illo tempore cum iutroiſſet Jeſns Capharnaum: *uſque* : & ſanatus eſt puer ex illa hora.

Feria VI. *In Pamachis* (41) Sec. Matth. *Cap.* XL. (42). In illo tempore dixit Jeſus diſcipulis ſuis: Audiſtis, qnia dictum eſt : *uſque* : & pater tuus, qui videt in abſcondito, reddet tibi.

Feria VII. Sec. Marc. *Cap.* LXVII. In illo tempore. Cum ſero eſſet factum, erat navis in medio mare. *uſque* : quotquot tangebant eum ſalvi fiebant.

Dominica in Quadrageſima. *Ad Lateranis*. Secundum Matthaeum *Cap.* XV. In illo tempore ductus eſt Jeſus in deſerto ab Spiritu: *uſque* : & ecce Angeli acceſſerunt, & miniſtrabant ei.

Feria II. *Ad Vincula* (43) . Sec. Matth. *Cap.* CCLXXIII. In illo tempore. Dixit Jeſus diſcipnlis ſuis : Cum venerit Filius hominis. *uſque*: juſti autem in vitam aeternam.

Feria III. *Ad Sanctam Anaſtaſiam*. Sec. Matth. *Cap.* CCX. In illo tempore cum intraſſet Jeſus Hieroſolimam : *uſque* : ibi manſit & docebat eos de regno Dei.

Feria IIII. *Ad S. Mariam*. Sec. Matth. *Cap.* CXXVII. In illo tempore acceſſerunt ad Jeſum Scribae, & Phariſaei : *uſque* : & Soror, & Mater eſt.

Feria V. *Ad S. Laurentium* (44) Sec. Matth. *Cap.* CLVI. In illo tempore. Egreſſus Jeſus inde ſeceſſit in partes Tyri: *uſque* : ſanata eſt filia ejns ex illa hora.

Feria VI. *Ad Apoſtolos*. Secundnm Johannem *Cap.* XXXVIII. In illo tempore. Erat dies feſtus Judaeorum : *uſque* : Jeſus eſt, qui fecit eum ſanum.

Sabbato In XII. *Lect.* (45) *Ad Sanctum Petrum*. Sec. Matth *Cap.* CLXXII. In illo tempore aſſnmpſit Jeſns Petrum, & Jacobum : *uſque* : donec Filius hominis a mortuis reſurgat.

Hebdomada II. Die Dominico (46) Sec. Marc. *Cap.* XVIII. In illo tem-

---

(40) *Savina* etiam *Frontonis* Capitulari, *Sabina* ceteris, litterae B in V celebri permutatione.

(41) *in Pamachi*, Front. ; alii *in Pammachii*, nempe ad SS. *Johannem*, & *Paullum*, quae Eccleſia a *Pammachio Byzantii* Senatoris filio conſtructa eſt. Confer *Frontonem* (*pag.* 149.) & *Thomaſium* (*pag.* 446.) *Clericus ad Sanctos Johannem, & Paullum* fuiſſe S. *Agapitus* Pontifex dicitur in libro Pontificali *Vignolianae* editionis (*T. I. p.* 201.) De S. *Hadriano* vero Pontifice idem liber haec narrat: *Sed & in titulo* Pammachii *Sanctorum* Johannis, *&* Paulli, *quae per elapſos marcuerant annos, omnia ſarta tecta ejuſdem tituli renovavit*.

(42) XXXIX. eſt apud *Thomaſium*, & *Frontonem*.

(43) nempe *ad S. Petrum ad vincula*, ut alii codices conceptis verbis habent.

(44) *ad Formonſum*, ſeu *in Formonſo*, nunc in *Paniſperna*.

(45) Confer heic *Thomaſium*, & *Frontonem*.

(46) Olim vacabat haec Dominica; qua de re vide *Frontonem* (*p.* 152.) Ceterum ipſum hoc Evangelium huic Dominicae adſignat Vaticanus Codex ſaeculi XI. aut XII. apud *Thomaſium* (*p.* 448.)

tempore venit ad Jeſum Leproſus deprecans eum : *uſque* : dicentes, quia numquam ſic vidimus.

Feria II. *Ad Sanctum Clementem*. Secundum Johannem. *Cap.* LXXXVIIII. In illo tempore dixit Jeſus turbis Judaeorum. Ego vado : *uſque* : quia quae placita ſunt ei, facio ſemper.

Fer. III. *Ad Sanctam Balbinam*. Sec. Matth. *Cap.* CCXXVII. In illo tempore locutus eſt Jeſus ad turbas : *uſque* : qui ſe humiliaverit (47), exaltabitur.

Fer. IIII. *Ad S. Caeciliam*. Sec. Matth. *Cap.* CCI. In illo tempore aſcendit Jeſus Hieroſolimam : *uſque* : redemptionem pro multis.

Fer. V. *ad S Mariam* (48). Secundum Lucam *Cap.* CXCVI. In illo tempore dixit Jeſus turbis Judaeorum & Phariſaeorum. Homo quidam erat dives, & induebatur : *uſque* : Neque ſiquis ex mortuis reſurrexerit, credent.

Fer. VI. *in Veſtinae* (49) Sec. Matth. *Cap.* CCXVIII. In illo tempore dixit Jeſus diſcipulis ſuis, & turbis Judaeorum parabolam hanc. Homo erat paterfamilias, qui plantavit vineam : *uſque* : quia ſicut prophetam eum habebant.

Sabbato ad Sanctos Marcellinum, & Petrum (50). Sec. Luc. *Cap.* CXC. In illo tempore dixit Jeſus diſcipulis ſuis parabolam hanc. Homo quidam habuit duos filios. *uſque* : perierat, & inventus eſt.

Hebdomada III. ad S. Laurentium. Secundum Lucam *Cap.* CXXVI. In illo tempore erat Jeſus ejiciens daemonium : *uſque* : qui audiunt verbum Dei, & cuſtodiunt illud.

Fer. II. *ad S. Marcum*. Sec. Luc. *Cap.* XX. In illo tempore dixerunt Phariſaei ad Jeſum, quanta audivimus facta : *uſque* : in medio illorum ibat.

Fer. III. *ad Sanctam Potentianam* (51) Sec. Matth. *Cap.* CLXXXIII. In illo tempore reſpiciens Jeſus diſcipulos ſuos dixit Symoni Petro. Si peccaverit in te frater tuus. *uſque* : ſeptuagies ſepties.

Fer. IIII. *ad S. Sixtum*. Sec. Matth. *Cap.* CLIIII. In illo tempore. Acceſſerunt ad Jeſum ab Hieroſolymis. *uſque* : non coinquinat hominem.

Fer. V. *ad Sanctum Coſmam* (52). Sec. Lucam *Cap.* XXVI. In illo tempore ſurgens Jeſus de Sinagoga introivit. *uſque* : erat praedicans in ſinagoga Galileae.

Feria VI. *ad S. Laurentium in Lucinae* (53). Sec. Joh. *Cap.* XXXIII. In illo tempore Jeſus fatigatus ex itinere ſedebat ſuper fontem : *uſque* : hic eſt vere Salvator mundi.

Feria VII. *ad Sanctam Suſannam*. Sec. Joh. *Cap.* LXXXVI. In illo tempore perrexit Jeſus in montem Oliveti : *uſque* : Vade, & amplius noli peccare.

Hebdo-

(47) al. *humiliat*.

(48) addunt alii *Trans Tyberim titulo Calliſti*.

(49) nempe ad S. *Vitalem*. Adiſis *Frontonem*, & *Thomaſium*.

(50) Sanctorum *Marcellini*, & *Petri* tumulum carminibus exornavit S. *Damaſus*. Vide etiam *Fleetwood* in *Inſcriptionum Antiquarum* Sylloge (pag. 449.)

(51) Ita etiam *Florentinus* libellus infra edendus, & *Frontonianus*; ſed *Pudentianam* leges.

(52) Ceteri *ad* SS. *Coſmam*, & *Damianum*.

(53) antiquiore formula, qua nomen *tituli* omittebatur. Sic ſupra *in Veſtinae*, quod aliis in *titulo Veſtinae*.

Hebdomada IIII. *in ſuſurio* (54) Sec. Joh. *Cap.* XLVI. In illo tempore abiit Jeſus trans mare Galileae: *uſque:* qui venturus eſt in mundum.

Fer. II. *ad Sanctos quatuor Coronatos*. Sec. Ioh. *Cap.* XX. In illo tempore. Prope erat paſcha Iudaeorum: *uſque*: quid eſſet in homine.

Fer. III. *in Damaſum* (55) Sec. Ioh. *Cap.* LXXVI. In illo tempore. Iam die feſto mediante: *uſque:* multi autem crediderunt in eum.

Fer. IIII *ad S. Paullum*. Sec. Ioh. *Cap.* LXXXVIIII. In illo tempore praeteriens Ieſus vidit hominem coecum: *uſque*: adoravit eum.

Fer. V. *ad S. Silveſtrum* Sec. Luc. *Cap.* LXVII. In illo tempore. Ibat Ieſus in civitatem ,. quae vocatur Naim : *uſque* : quia Deus viſitavit plebem ſuam.

Fer. VI. *ad S. Euſebium*. Sec. Ioh. *Cap.* XCIIII. In illo tempore erat quidem languens Lazarus: *uſque*: quae fecit Ieſus, crediderunt in eum.

Fer. VII. *ad S. Laurentium* Sec. Ioh. *Cap.* LXXXVI. In illo tempore dicebat Ieſus turbis. Ego ſum lux mundi: *uſque:* quia nondum venerat hora ejus.

Hebdomada V. *ad S. Petrum*. Sec. Ioh. *Cap.* LXXXVIIII. In illo tempore dicebat Ieſus turbis Iudaeorum , & principibus Sacerdotum. Quis ex vobis arguet me de peccato? *uſque*: Ieſus autem abſcondit ſe, & exivit de templo.

Fer. II. *ad S. Griſogonum*. Sec. Ioh. *Cap.* LXXVIII. (56.). In illo tempore miſerunt Principes, & Phariſaei: *uſque*: credentes in eum.

Fer. III. *ad Sanctum Cyriacum*. Sec. Ioh. *Cap.* LXXV. In illo tempore ambulabat Ieſus in Galilaeam: *uſque*: loquebatur de illo propter metum Iudaeorum.

Fer. IIII. *ad S. Marcellum*. Sec. Ioh. *Cap.* XCII. In illo tempore facta ſunt Encenia in Hieroſolymis: *uſque*: quia in me eſt pater, & ego in patre.

Item alia. Sec. Marcum *Cap.* CLX. In illo tempore Iudas Scarioth: *uſque*: paraverunt paſcha (57).

Feria V. *ad Sanctum Apollenarem*. Sec. Luc. *Cap.* LXXIIII. In illo tempore rogabat Ieſum quidam Phariſaeus, ut manducaret cum illo: *uſque*: (recentiori manu) vade in pace.

Feria VI. *ad S. Stephanum*. Sec. Ioh. *Cap.* XCIIII.. In illo tempore collegerunt Pontifices & Phariſaei Conſilium adverſus Ieſum: *uſque*: & ibi morabatur cum diſcipulis ſuis.

Feria VII. *Vacat*. Eleemoſina datur. (58) Sec. Iohan. *Cap.* CLIII. In

(54) Mirum eſt, quot efferatur modis, iiſque barbaris hocce nomen pro *Jeſſorio*. Vide *Thomaſium* (p. 451.) Ceterum eadem eſt Baſilica, quae *Heleniana*, ſeu, ut habent duo vetuſti Codices, *ad Hieruſalem*.

(55) barbarus loquendi modus, quo titulus *S. Laurentii in Damaſo* denotatur.

(56) al. LXXIX.

(57) Haec lectio in nullo *Thomaſiano* Codice invenitur.

(58) De hoc Sabbato ante Palmas *Amalarius* (*lib. I. de Eccleſ. offic. cap. IX.*) *praetitulatur*, inquit *in Sacramentario Noſtro*, *& in Antiphonario* Sabbato vacat, Dominus Papa eleemoſynam dat. Haec porro eleemoſyna fiebat ad Eccleſiam B. *Petri* Apoſtoli, ut diſcimus ex vita S. *Hadriani* Papae; in *balneo* autem ju-

In illo tempore ſublevatis Ieſus oculis in Coelum: *uſque*: & ecce ego ad te venio.

Aba (59) Sec. Iohann. *Cap.* LXXXIV. In illo tempore diſſenſio itaque: *uſque*: in domum ſuam.

Hebdomada VI. *Indulgentia ad Lateranis* (60). Legitur Paſſio Domini N. I. C. ſec. Matth. *Cap.* CCLXXIIII. Scitis quia poſt biduum paſcha fiet: *uſque*: ſignantes lapidem cum cuſtodibus.

Feria II. *ad Sanctam Praxidem* (61) Sec. Ioh. *Cap.* XCVII. In illo tempore ante ſex dies paſchae venit Ieſus. *uſque*: & abiit & abſcondit ſe ab eis.

Feria III. *ad Sanctam Priſcam*. Sec. Iohan. *Cap.* CXIII. (62). In illo tempore ante diem feſtum paſchae, ſciens Ieſus: *uſque*: & Deus continuo clarificavit eum.

Feria IIII. *ad Sanctam Mariam*. (63) Sec. Luc. *Cap.* CCLX. In illo tempore adpropinquabat autem dies azimorum: *uſque*: nondum quiſquam poſitus fuerat.

Feria V. *in Coena Domini ad Lateranis, quando* (64) *Chriſma conficitur*. Sec. Ioh. *Cap.* CXII. In illo tempore. Ante diem feſtum Paſchae ſciens Ieſus: *uſque*: quemadmodum ego feci vobis, ita & vos faciatis.

Fer. VI. *ad Hieruſalem*. Paſſio Domini ſecundum Iohan. *Cap.* CLVI. In

---

juxta eandem Eccleſiam ſito .... Fratres noſtri Chriſti pauperes, qui ad accipiendam eleemoſynam in Paſchalem feſtivitatem annue occurrunt, & lavari ſolebant, uti ibidem dicitur (*T. II. Vignol. edit. p.* 207.) Forma porro illa, per quam decurrebat aqua per centenarium in atrium Eccleſiae, *Sabbatina* vocabatur, non a die Sabbati, quo eleemoſyna dabatur, ut ridicule ſatis a *Frontone* cetera viro docto notatum reperio (*pag.* 161.) ſed a lacu *Sabbatino* nunc di *Bracciano*, a quo per viam *Aureliam* aquaeductibus deducebatur. At his, quae de eleemoſyna in *Capitulari* noſtro deſignata diximus, unum illud obſtat, quod idem *Fronto* animadvertit, ſtationem nempe hoc die in *Lateranis* fuiſſe; eleemoſynam vero factam ad S. *Petrum*. Verum ex vetuſtiſſimo Vaticano Evangeliario animadvertit *Thomaſius*, Stationem *Romae* hoc die fuiſſe duplicem, ad S. *Petrum* aliam cum eleemoſynae largitione, aliam in Conſiſtorio *Lateranenſi*, ubi fermentum diſtribuebatur. Quamobrem ut ut eſt de re hoc fermenti nomine denotata (confer inter alios *P. Bericcdii* in libro de *oblationibus ad altare p.* 36. *ſeqq.*) nae ille a veritate plurimum aberraret, qui eo nomine eleemoſynam intelligi arbitraretur.

(59) Vel hoc indicat duplicem illam ſtationem, de qua nuper dicebamus. Ceterum animadverte, Evangelium heic adſcriptum ſtationi ad S. *Petrum* apud *Thomaſium* adligari, prius illud *ſublevatis* &c. Stationi in Conſiſtorio *Lateranenſi*. Quamquam hac in re fortaſſis non una ſemper conſuetudo obtinuit. Nam ſtationi *Lateranenſi* aliqui Codices unum, aliud alii ex citatis Evangelii Capitulis adſignant.

(60) Sunt & alia monumenta, unde diſcas *Palmarum* Dominicam dictam fuiſſe *Dominicam Indulgentiae*. *Vezzoſius* vir eruditus, qui illa indicat (*n.* 454. *T. I. oper. Thomaſ.*) de cauſſis quoque hujus nominis diſputat. Qua de re conſuleſis hiſtoriam noſtram litterariam *Italiae* (*T. III. pag.* 161. *ſeqq.*)

(61) Olim ſtatio erat hoc die ad SS. *Nereum*, & *Achilleum*.

(62) al. CXII.

(63) *Majorem*.

(64) adverbium *quando* omittunt Codices *Thomaſiani*.

In illo tempore egreſſus eſt Ieſus cum diſcipulis ſuis trans torrentem Cedron; *uſque*: monumento ubi poſuerunt eum (65).

In Sabbato Sancto ad Lateranis. Sec. Matth. *Cap.* CCCLII. In illo tempore (66). Veſpere autem Sabbati: *uſque*: ibi eum videbitis, ſicut dixit vobis (67).

Dominica Paſchae ad S. Mariam. Secundum Marcum *Cap.* CCXXX. In illo tempore Maria Magdalene, & Maria Iacobi, & Salome: *uſque*: Ibi eum videbitis, ſicut dixi (68) vobis.

Feria II. *ad S. Petrum*, Sec. Luc. *Cap.* CCCXXXVIII. (69) In illo tempore exeuntes (70) duo ex diſcipulis Ieſu: *uſque*: quomodo cognoverunt eum in fractione panis.

Fer. III. *ad S. Paullum.* Sec. Luc. *Cap.* CCCXL. In illo tempore ſtetit Ieſus in medio diſcipulorum ſuorum: *uſque*: remiſſionem peccatorum in omnes gentes.

Feria IIII. *ad Sanctum Laurentium*. (71). Sec. Ioh. *Cap.* CCXVIIII. In illo tempore manifeſtavit ſe Ieſus diſcipulis ſuis ad mare Tyberiadis: *uſque*: cum reſurrexiſſet a mortuis.

Feria V. *ad Apoſtolos*. Sec. Iohan. *Cap.* CCXI. In illo tempore Maria ſtabat ad monumentum plorans: *uſque*: quia vidi Dominum, & haec dixit mihi.

Feria VI. *ad Martyres*. (72) Sec. Matth. *Cap.* CCCLV. In illo tempore undecim diſcipuli abierunt in Galilaeam: *uſque*: ad conſummationem ſaeculi.

Feria VII. *ad Lateranis*. Sec. Ioh. *Cap.* CCXIII. In illo tempore cum eſſet ſero die illo una Sabbatorum: *uſque*: & quorum retinueritis, retenta ſunt (73).

Alia Sec. Ioh. *Cap.* CCVIII. Vna Sabbatorum: *uſque*: reſurgere.

Dominica octavae Paſchae. Secundum Iohannem *Cap.* CCXVI. (74) In illo tempore Thomas unus ex duodecim. *uſque*: vitam aeternam habeatis in nomine ejus.

MENSE APRILI.

Die XIIII. *Natale Sanctorum Tyburtii, & Valeriani, Maximi*. Sec. Ioh. *Cap.* CXXXIIII. In illo tempore dixit Ieſus diſcipulis ſuis, hoc eſt praeceptum meum: *uſque*: dabit (75) vobis.

In Paſcha annotina (76). Secundum Iohannem *Cap.* XXIIII. In illo tem-

---

(65) al. *Jeſum*.

(66) Codices aliquot has voces *in illo tempore* omittunt.

(67) al. *ecce praedixi vobis*.

(68) al. *dixit*.

(69) al. CCCXXXIX. al. CCCXL.

(70) hoc participium omittunt alii Codd.

(71) *foris muros*, ex Codice Vaticanae Baſilicae Saec. XII.

(72) intellige *ad S. Mariam ad Martyres*.

(73) *& quorum remiſeritis, remittuntur eis*, addunt alii Codices.

(74) al. CCXVII.

(75) al. *det*.

(76) Nempe Baptizatus quiſque anniverſarium, ideſt ipſum diem, quo baptiſmum ſuſcepiſſet, quotannis rememorari debebat, ex *Herardo* Saeculi IX. Epi-

tempore dixit Ieſus diſcipulis ſuis: erat homo ex Phariſaeis: *uſque*: ſed habeat vitam aeternam.

Die XXIII. *menſis ſexti* (77) *natale S. Georgii*. Sec. Luc. *Cap*. CCLI. In illo tempore dixit Jeſus diſcipulis ſuis: ponite in cordibus veſtris: *uſque*: poſſidebitis animas veſtras.

Die XXVI. (78) *Menſis ſexti Miſſa in letania majore*. Sec. Luc. *Cap*. CXXIIII. In illo tempore dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Quis veſtrum habebit amicum, & vadit: *uſque*: dabit ſpiritum bonum petentibus ſe.

Item alia. Sec. Luc. *Cap*. IV. In illo tempore dixit Jeſus diſcipulis ſuis: eſtote miſericordes: *uſque*: de oculo fratris tui.

Fer. IIII. Sec. Johan. *Cap*. CLIII. In illo tempore reſpiciens Jeſus diſcipulos ſuos dixit: Pater ſancte ſerva eos: *uſque*: ſed ut ſerves eos. (79)

Fer. VI. Secundum Johannem *Cap*. XXXVII. In illo tempore. Erat quidam regulus cujus filius infirmabatur: *uſque*: credidit ipſe. (80)

Die XXVIII. *Menſis Aprilis natale S. Vitalis*. Sec. Joh. *Cap* CXXXII. In illo tempore dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Ego ſum vitis vera: *uſque*: quodcumque volueritis, petetis, & fiet vobis.

Item Sabbato. Sec. Iohan. *Cap*. XLVI. In illo tempore abiit Ieſus trans mare Galileae, quod eſt Tyberiadis: *uſque*: ibi ſedebat eum diſcipulis ſuis.

Hebdomada II. poſt Paſcha ad Sanctos Coſmam, & Damianum. Sec. Iohan. *Cap*. LXXXVIIII. In illo tempore dixit Ieſus diſcipulis ſuis. Ego ſum Paſtor bonus: *uſque*: fiet unum ovile, & unus Paſtor.

Fer. IIII. Sec. Luc. *Cap*. CCCXXXVI. In illo tempore una autem Sabbati valde diluculo: *uſque*: & abiit ſecum mirans, quod factum fuerat. (81)

Epiſcopo *Turonenſi* (cap. XCIII.) Sunt qui velint, non illo ipſo die, quo baptiſmus ſuſceptus fuerat, ſed poſt Dominicam *in Albis* anni ſequentis, etſi Paſcha elapſo anno citius aut ſerius occurriſſet, *annotinum* Paſcha fuiſſe celebratum, *Menardus*, & *Macer* in *Hierolexico*; ſed illos falli oſtendunt diſerta verba *Micrologi* (c. 58.) & libelli de *officiis Bedae* tributi, quae recitant *Thomaſius* & *Fronto*. Neque vero quod in *Gelaſiano* Sacramentario, & in aliis quibuſdam Liturgicis libris Miſſa in Paſchate *annotino* poſt Dominicam *in Albis* legatur, probat, eo die Paſcha illud celebratum fuiſſe. Nam praeterquam quod non deſunt Codices, in quibus alteri diei Paſcha hoc adligatur, ut in notis *Vezzoſii* videre eſt (*p*. 459.) ratio ſatis apta, cur Miſſa illa octavae Paſchatis ſubjungeretur, eſſe potuit mobilitas ipſa, qua factum, ut quum certo diei adfigi non poſſet, ſtatim poſt Paſchae octavam collocaretur Miſſa hujus celebritatis inde ſumenda quo die uſui eſſe debebat. Sed de Paſchate annotino vide *Martenium* (*de Antiqu. Eccl. diſcipl. in divin. celebr. offic. cap*. XXVI. *num*. VI. *&* VII.) *Du Cangium in gloſſario & Chardonium* in hiſtor. Sacramentor. (*Lib*. I. *ſect*. I. *Cap*. XI. *p*. 373. *ſeqq*.)

(77) *l. ſupraſcripti*, & ſic infra.

(78) corrige XXV.

(79) a *malo*, addunt alii Codices.

(80) addunt alii Codd. *& domus ejus tota*.

(81) Paullo aliter *Thomaſianus* Codex (*pag*. 461.)

MENSE MADIO.

Kalendis, *natale Sanctorum Philippi*, *& Jacobi*. Sec. Ioh. *Cap.* CXXVII. In illo tempore dixit Ieſus diſcipulis ſuis. Non turbetur cor veſtrum: *uſque*: in nomine meo hoc faciam.

Die III. *menſis Maij*, *natale Sanctorum Alexandri*, *Eventi*. Sec. Iohan. *Cap.* CXXXVIII. In illo tempore dixit Ieſus diſcipulis ſuis, haec mando vobis: *uſque*: quia oderunt (82) me gratis.

Fer. VI. Sec. Ioh. *Cap.* CXI. In illo tempore dixit Ieſus diſcipulis ſuis. Qui credit in me: *uſque*: ſicut dixit mihi Pater, ſic loquor.

Hebdomada III. poſt Paſcha. Sec. Ioh. *Cap.* CXLVIIII. In illo tempore dixit Ieſus diſcipulis ſuis: modicum, & jam non videbitis me: *uſque*: nemo tollet a me.

Die X *menſis Maij natale S. Gordiani*. Sec. Matth. *Cap.* XCV. In illo tempore dixit Ieſus diſcipulis ſuis. Nolite arbitrare: *uſque*: non perdet mercedem ſuam.

Die XI. (83) *menſis Maij*, *natale Sanctorum Nerei*, *& Achillei*. Sec. Matth. *Cap.* CLXXXVIIII. In illo tempore acceſſerunt ad Ieſum Phariſaei temptantes eum: *uſque*: ſed quibus datum eſt.

Fer. IIII. Sec. Ioh. *Cap.* XXVII. In illo tempore factum eſt (*ſic*) queſtio ex diſcipulis Iohannis: *uſque*: ſed ira Dei manet ſuper eum.

Die XII. *menſis Maij*, *natale S. Pancrati*. Sec. Ioh. *Cap.* CXXXVIII. In illo tempore dixit Ieſus diſcipulis ſuis. Haec mando vobis: *uſque*: qui oderunt me gratis.

Fer. VI. Sec. Ioh. *Cap.* CXII. (84) In illo tempore dixit Ieſus diſcipulis ſuis: ego lux in hunc mundum veni: *uſque*: ſicut dixit mihi Pater ſic locor. (*ſic*)

Dominica IIII. poſt Paſcha. Sec. Ioh. *Cap.* CXLVIII. In Illo tempore dixit Ieſus diſcipulis ſuis: vado ad eum, qui me miſit: *uſque*: & adnunciabit vobis.

Feria IIII. Sec. Ioh. *Cap.* CLIII. In illo tempore reſpiciens Ieſus diſcipulos ſuos dixit: Pater ſancte ſerva eos: *uſque*: in ipſis ſit, & ego in ipſis. (85)

Feria VI. Sec. Ioh. *Cap.* CXXV. In illo tempore dixit Ieſus diſcipulis ſuis: Filioli adhuc modicum vobiſcum ſum: *uſque*: ſequeris autem poſtea.

Hebdomada V. poſt Paſcha. Sec. Ioh. *Cap.* CL. In illo tempore dixit Ieſus diſcipulis ſuis. Amen amen dico vobis. Si quid petieritis Patrem: *uſque*: in hoc credimus, quia a Deo exiſti.

Die XIII. *menſis Maj*, *Dedicatio Eccleſiae Beatae Mariae ad Martyres*, *legitur Evangelium*, *cui occurrerit hebdomada* (86), *eo quod ſemper in die Dominica celebratur ipſa ſolemnitas*. *Die*

(82) *odio habuerunt*; Thomaſius. P. *Venzoſi*,

(83) al. omnes Codd. *XII.* quibus conſonant Martyrologia.

(84) non idem hoc die in omnibus Codicibus Evangelium legitur. Noſtrum confirmat Codex *Barberinus* primus.

(85) Non aliter Codex citatus *Barberinus*. Ceteri codices variant.

(86) al. *cujus quo occurrerit hebdomada*, al. *cujus concurrit hebdomadae*.

Die XVIIII. *menſis Maj, natale Sanctae Pudentianae*. Sec. Matth *Cap.* XCII. In illo tempore dixit Ieſus diſcipulis ſuis, nihil opertum, quod non reveletur: *uſque*: coram Patre meo, qui eſt in Coelis. (87)

Fer. IIII. Sec. Ioh. *Cap.* XXV. (88). In illo tempore abiit Ieſus cum diſcipulis ſuis in Iudaea: *uſque*: gaudium meum impletum eſt.

Die XX. *menſis Maj, natale Sanctae Baſiliſſae* (89). Sec. Matth *Cap.* CXL. In illo tempore dixit Ieſus diſcipulis ſuis. Simile eſt regnum Coelorum theſauro: *uſque*: nova, & vetera.

Die XXV. *menſis Maj, natale S. Urbani*. Sec. Matth. *Cap.* CCLXIII. In illo tempore dixit Ieſus diſcipulis ſuis. Vigilate ergo: *uſque*: ſuper omnia bona ſua conſtituet eum.

In Vigilia de aſcenſa Domini (90) Sec. Ioh. *Cap.* CLIII. In illo tempore ſublevatis Ieſus oculis in Coelum dixit Pater: venit hora; clarifica filium tuum: *uſque*: & ego ad te venio.

Item alia. Secundum Lucam *Cap.* CCCXLII. (91). In illo tempore dixit Ieſus diſcipulis ſuis: haec ſunt verba: *uſque*: in finem.

Fer. V. *in aſcenſa Domini*. Sec. Marc. *Cap.* CCXXXIIII. In illo tempore recumbentibus duodecim diſcipulis apparuit illis Ieſus: *uſque*: & ſermone confirmante (92) ſequentibus ſignis.

Fer. VI. Sec. Luc. *Cap.* CCCXLIII. (93). In illo tempore dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Ego mittam promiſſum Patris mei in vos: *uſque*: laudantes, & benedicentes Dominum.

Hebdomada VI. Sec. Joh. *Cap.* CXLV. In illo tempore dixit Jeſus diſcipulis ſuis: cum autem venerit Paraclytus: *uſque*: quia ego dixi vobis.

Fer. IIII. Sec Ioh. *Cap.* CXXXIII. In illo tempore dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Si manſeritis in me; *uſque*: ut gaudium veſtrum impleatur.

Sabbato Pentecoſten. Sec. Ioh. *Cap.* CXXVIII. In illo tempore dixit Jeſus diſcipulis ſuis: ſi diligitis me: *uſque*: & manifeſtabo ei meipſum.

Dominica in Pentecoſten. Sec. Joh. *Cap.* CXXX. In illo tempore dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Si quis diligit me: *uſque*: ſicut dedit mihi Pater, ſic facio.

Fer. II. *ad Vincula*. Sec. Ioh. *Cap.* XXIIII. In illo tempore dixit Ieſus diſcipulis ſuis. Sic enim dilexit Deus mundum: *uſque*: quia in Deo ſunt facta.

Fer. III. *ad S. Anaſtaſiam*. Secundum Iohannem *Cap.* LXXXVIIII. In illo tempore dixit Ieſus diſcipulis ſuis. Amen dico vobis: qui non intrat per oſtium in ovile: *uſque*: & abundanter habeant.

(87) In nullo *Thomaſianorum* Codicum hoc invenies Evangelium in S. *Pudentianae* celebritate. Rogationes in noſtro omittuntur, ut in *Barberinis* duobus.

(88) al. *XXIV*.

(89) Pauci Codices hujus Sanctae meminere. Eſt tamen, qui illam recolat, Codex vetuſtus Oratorii *Romani*.

(90) Ita plane Vaticanus Codex Saeculi XII.

(91) al. CCCXL.

(92) *confirmante ſermonem*, alii

(93) CCCXLII.

MENSE IVNIO.

Feria IIII. *ad S. Mariam* Sec. Johan. *Cap.* LX. In illo tempore dixit Jeſus diſcipulis ſuis, nemo poteſt venire ad me, niſi Pater, qui miſit me: *uſque*: caro mea pro mundi vita.

Feria IIII. (94) *ad Apoſtolos*. Sec. Luc. *Cap.* XXXVI. In illo tempore factum eſt in una dierum: *uſque*: quia vidimus mirabilia hodie.

Sabbato in XII. *Lect. ad S Petrum*. Secundum Matthaeum *Cap.* CCV. In illo tempore egrediente Jeſu ab Hiericho ſecuti ſunt eum: *uſque*: & ſecuri ſunt eum.

Item alia. Secundum Lucam *Cap.* LV. In illo tempore dixit Jeſus diſcipulis ſuis: eſtote miſericordes: *uſque*: ut educas feſtucam de oculo fratris tui. (95)

Octavas Pentecoſtes. Sec. Joh. *Cap.* XXXIIII. In illo tempore erat homo ex Phariſaeis: *uſque*: ſed habeant vitam aeternam.

Die ſecunda menſis natale Sanctorum Marcellini, & Petri via Lavicana. Sec. Luc. *Cap.* CCXLVIIII. In illo tempore dixit Jeſus diſcipulis ſuis: cum audieritis praelia: *uſque*: poſſidebitis animas veſtras.

Die IX. *menſis ſexti* (96). *Natale Sanctorum Primi, & Feliciani in Baſilica Sancti Stephani*. Secundum Joannem *Cap.* CXXXIII. (97). In illo tempore dixit Jeſus diſcipulis ſuis: hoc eſt praeceptum meum. *uſque*: in nomine meo det vobis.

Die XII. *menſis natale S. Baſilidis*. Sec. Joh. *Cap.* XXIIII. In illo tempore erat homo ex Phariſaeis. *uſque*: vitam aeternam.

Hebdomada I. *poſt Pentecoſten*. Secundum Lucam. *Cap.* CXCVI. In illo tempore dixit Jeſus diſcipulis ſuis parabolam hanc: homo quidam erat dives, & induebatur: *uſque*: reſurrexerit, credent. (98)

Feria IIII. Sec. Lucam *Cap.* XCIII. In illo tempore accedentes diſcipuli ad Jeſum dixerunt illi: *uſque*: manducaverunt omnes, & ſaturati ſunt.

Feria VI. Sec. Luc. *Cap.* CLXXXVI. In illo tempore erant adpropinquantes ad Jeſum peccatores: *uſque*: ſuper uno peccatore poenitentiam agente.

Sabbatum. Sec. Luc. *Cap.* LXXXV. In illo tempore. Venit ad Jeſum quidam vir, cui nomen Zairus: *uſque*: ne alieni dicerent, quod factum fuerat. (99)

Hebdomada II. *poſt Pentecoſten*. Sec. Luc. *Cap.* CLXXXI. In illo tempore dixit Jeſus diſcipulis ſuis ſimilitudinem hanc: homo quidam fecit coenam magnam: *uſque*: guſtavit coenam meam.

Hebdomada III. *poſt Pentecoſten*. Sec. Luc. *Cap.* CLXXXVI. In illo tem-

---

(94) lege VI.

(95) In nullo codice hoc Evangelium *Thomaſius* reperit.

(96) corr. *ſupraſcripti*

(97) al. CXXXIV.

(98) Ne hoc quidem Evangelium *Thomaſius* in ullo Codice invenit, ſed ad hebdomadam III. referunt alii Codices.

(99) Variant in his extremis verbis Codices *Thomaſiani* (*p.* 469.)

(100) Evangelium eſt hebdomadae IV, apud *Thomaſium*.

tempore erant adpropinquantes ad Jeſum Publicani, & peccatores: *uſque*: ſuper uno peccatore poenitentiam agente. (100)

Hebdomada IIII. Secundum Marcum *Cap.* LXXIIII. In illo tempore acceſſerunt diſcipuli ad Ieſum dicentes: deſertus eſt locus hic: *uſque*: quinque millia hominum. (101)

Feria IIII. Secundum Matthaeum *Cap.* CLXXXI. In illo tempore dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Videte ne contempnatis unum de puſillis: *uſque*: & ſoluta eſt in coelo. (102)

Sabbato. Secundum Marcum *Cap.* XCIIII. (103) In illo tempore venit Ieſus cum diſcipulis ſuis in Capharnaum: *uſque*: non perdet mercedem ſuam.

Hebdomada V. *poſt Pentecoſten*. Sec. Luc. *Cap.* LV. In illo tempore dixit Ieſus diſcipulis ſuis: eſtote miſericordes: *uſque*: feſtucam de oculo fratris tui.

Die XVIII. *menſis*, *Nat. Sanctorum Marci*, *& Marcelliani via Ardeatina*. Sec. Ioh. *Cap.* CXXXVII. (104) In illo tempore dixit Ieſus diſcipulis ſuis: hoc eſt praeceptum meum: *uſque*: in nomine meo det vobis.

Die XVIIII. *menſis Nat. Sanctorum Protaſi*, *& Gervaſii ad S. Vitalem*. Sec. Marcum *Cap.* CXXXVI. (105). In illo tempore egrediente Ieſu de templo: *uſque*: in finem hic ſalvus erit.

Die XXIII. *menſis Vigilia Sancti Johannis Baptiſtae*. Sec. Luc. *Cap.* I. In illo tempore fuit in diebus Herodis Regis Iudeae (106): *uſque*: parare domino plebem perfectam.

Die XXIIII. *Natale Sancti Johannis Baptiſtae*. Sec. Luc. *Cap.* III. In illo tempore Eliſabeth impletum eſt tempus pariendi: *uſque*: & fecit redemptionem plebis ſuae.

Die XXVI. *menſis Nat. Sanctorum Johannis*, *& Paulli*. Sec. Luc. *Cap.* CXLIIII. In illo tempore dixit Jeſus diſcipulis ſuis: adtendite a fermento Phariſaeorum: *uſque*: & filius hominis coram Angelis Dei.

Hebdomada VI. *poſt Pentecoſten*. Sec. Luc. *Cap.* XXVIII. (107) In illo tempore cum turbae inruerent ad Ieſum, ut audirent Verbum Dei: *uſque*: ſecuti ſunt eum.

Die XXVIII. *menſis Vigilia Apoſtolorum Petri*, *& Paulli*. Sec. Johannem *Cap.* CCXXVII. In illo tempore dixit Ieſus Symoni Petro: *uſque*: qua morte clarificaturus eſſet Dominum.

Die XXIX. *Nat. Apoſtolorum Petri*, *& Paulli*. Secundum Matthaeum *Cap.* CLXVI. In illo tempore venit Ieſus in partes Caeſareae Philippi: *uſque*: erit ſolutum & in coelo.

Die XXX. *menſis ſuprascripti ad Sanctum Paullum*. Secundum Matthaeum *Cap.* CXCII. (108) In illo tempore dixit Simon Petrus ad Ieſum: ecce nos reliquimus omnia: *uſque*: vitam aeternam poſſidebitis.

Heb-

---

(101) Feria IV. alii Codices hoc Evangelium legunt.

(102) *erunt ſoluta & in coelo*, codices alii, quibus eſt Feriae VI. Evangelium.

(103) al. *XCV.*

(104) al. *CXXXIV.*

(105) al. *CXXXVII.*

(106) Inrepſit huc *Judeae* nomen, quod alii codices ſilent.

(107) al. XXIX.

(108) CXCV.

Hebdomada I. *poſt Natale Apoſtolorum*. Sec. Matthaeum *Cap.* XXXV. In illo tempore dixit Ieſus diſcipulis ſuis : niſi abundaverit juſtitia veſtra : *uſque* : donec reddas noviſſimum quadrantem. (109)

MENSE IVLIO.

Menſe Iulii die II. *Natale SS. Proceſſi* (110) *& Martiniani* . Sec. Matth. *Cap.* CCXLIII. In illo tempore ſedente Ieſu ſupra montem Oliveti : *uſque* : in finem hic ſalvus erit.

In octavas Apoſtolorum. Secundum Matthaeum *Cap.* CXLVIIII. (111). In illo tempore dixit Ieſus diſcipulis ſuis aſcendere in naviculam : *uſque* : vere filius Dei es.

Fer. IIII. Sec. Marc. *Cap.* CVII. In illo tempore, cum egreſſus Ieſus in via : *uſque* : veni, ſequere me.

Fer. VI. Sec. Marc. *Cap.* LXXVII. In illo tempore exierunt Phariſaei, & coeperunt conquirere cum Ieſu : *uſque* ; & dimiſit illum in domum ſuam.

Hebdomada II. *die Dominico*. Secundum Marcum *Cap.* LXXVI. In illo tempore cum multa turba eſſet cum Ieſu, nec haberent, quod manducarent : *uſque* : & dimiſit eos.

Die X. *menſis* VI. (112) *Natale VII. Fratrum via Appia*. Sec. Matth. *Cap.* XXIIII. In illo tempore videns Ieſus turbas aſcendit in montem : *uſque* : copioſa eſt in coelo (113).

Item via Salaria prima menſis (114) *ad Aquilonem, ſecunda ad Sanctum Alexandrum*. Sec. Luc. *Cap.* CXXXIII. In illo tempore dixit Ieſus diſcipulis ſuis : nemo accendit lucernam : *uſque* : ſicut lucerna fulgoris illuminavit.

Item ad Sanctam Felicitatem. Sec. Matth. *Cap.* CXXX. In illo tempore loquente Ieſu ad turbas : *uſque* : Soror & Mater eſt.

Die XV. *menſis ſupraſcripti, Natale Sancti Cyriaci*. Sec. Luc. *Cap.* XCVI. In illo tempore dixit Ieſus diſcipulis ſuis, qui vult poſt me venire : *uſque* : donec videant regnum Dei.

Fer. VI. Sec. Luc. *Cap.* XCVIIII. In illo tempore deſcendente Ieſu de monte cum diſcipulis ſuis : *uſque* : & reddidit illum matri ſuae. (116)

Sabbato. Sec. Matth. *Cap.* CXCIII. In illo tempore accedens ad Ieſum quidam ait illi : *uſque* : & veni, ſequere me.

Hebdomada III. *die Dominico*. Sec. Matth. *Cap.* LVI. In illo tempore dixit Ieſus diſcipulis ſuis, attendite a falſis prophetis : *uſque* : ipſe intrabit in regnum coelorum.

Die XXI. *menſis ſupraſcripti, Natale Sanctae Praxidis*. Sec. Matth. *Cap.* CXL.

---

(109) Ita aliqui Codices apud *Thomaſium*; alii uſque *offeres munum tuum*..

(110) PROCESSI nomen majoribus heic litteris in Codice ſcriptum video.

(111) al. CXLVIII.

(112) *ſupraſcripti*.

(113) al. *in Coelis*.

(114) lege *Miſſa*.

(115) nempe *illuminabit*.

(116) *patri ejus* Thomaſius.

CXL. In illo tempore dixit Ieſus diſcipulis ſuis parabolam hanc: ſimile eſt regnum Coelorum theſauro: *uſque*: nova & vetera.

Die XXIII. *menſis ſuprascripti*, *Natale Sancti Apollenaris*. Sec. Lucam *Cap*. CCLXX. In illo tempore facta eſt contentio inter diſcipulos: *uſque*: judicantes duodecim tribus Iſrahel.

Fer. IIII. Sec. Luc. *Cap*. LXXXIII. In illo tempore cum egreſſus eſſet Ieſus de nave ad terra: *uſque*: praedicans, quanta illis feciſſet Ieſus.

Fer. VI. Sec. Luc. *Cap*. CXCVI. In illo tempore dixit Jeſus diſcipulis ſuis parabolam hanc. Homo quidam erat dives: *uſque*: neque ſi quis ex mortuis reſurrexerit credent.

Die XXVIII. *Natale Sanctorum Felicis*, *Simplici*, *Fauſtini*, *& Beatricis via Portuenſe*. Sec. Luc. *Cap*. CLIII. (117) In illo tempore dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Sint lumbi veſtri: *uſque*: filius hominis veniet.

Hebdomada IIII. Sec. Luc. *Cap*. CXC. In illo tempore dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Homo quidam erat dives, qui habebat vilicum: *uſque*: recipiant vos in aeterna tabernacula.

Fer. IIII. Sec. Math. *Cap*. CXLVII. In illo tempore. Veſpere autem facto acceſſerunt ad Jeſum diſcipuli ejus: *uſque*: fuit numerus quinque millia hominum.

Hebdomada V. *die Dominico*. Sec. Luc. *Cap*. CCXXXVI. In illo tempore cum appropinquaret Jeſus Hieroſolymam, videns civitatem flevit ſuper eam: *uſque*: & erat docens cottidie in templo.

MENSE AVGVSTO.

Kal. Auguſti ad Vincula. Secundum Matthaeum *Cap*. CXLVIII. In illo tempore juſſit Jeſus diſcipulos ſuos aſcendere in navicula: *uſque*: vere Filius Dei es.

Die II. *Menſis*, *Natale Sancti Stephanis Pontificis via Latina*. Secundum Lucam *Cap*. CCXXVIII. In illo tempore dixit Jeſus diſcipulis ſuis parabolam hanc: homo nobilis: *uſque*: dabitur, & habundabit.

Hebdomada VI. Sec. Luc. *Cap*. CCXIIII. In illo tempore dixit Jeſus ad quoſdam, qui in ſe confidebant tamquam juſti, & aſpernabantur ceteros, parabolam iſtam: duo homines aſcenderunt in templum: *uſque*: qui ſe humiliat, exaltabitur.

Die VI. *Menſis ſuprascripti*, *Natale Sanctorum Sixti*, *Feliciſſimi*, *& Agapiti*. Secund. Math. *Cap*. LXXXVI. In illo tempore dixit Jeſus diſcipulis ſuis: ecce ego mitto vos ſicut oves: *uſque*: qui autem perſeveraverit uſque in finem, hic ſalvus erit.

Die VIII. *Menſis ſuprascripti Natale S. Cyriaci*. Secundum Matthaeum *Cap*. XCII. In illo tempore dixit Jeſus diſcipulis ſuis: nihil opertum, quod non reveletur: *uſque*: coram Patre meo, qui eſt in coelis.

Die VIIII *Menſis ſuprascripti Vigilia S. Laurentii*. Secundum Matthaeum *Cap*. CLXX. In illo tempore dixit Jeſus diſcipulis ſuis: ſi quis vult poſt me venire: *uſque*: Venientem in regno Dei.

Die X. *Menſis ſuprascripti ad primam Miſſam*. Secundum Matthaeum *Cap*.

(117) al. CLIV.

Cap. XCVI. In illo tempore dixit Jeſus diſcipulis ſuis : qui amat Patrem, aut Matrem pluſquam me : *uſque* : non perdet mercedem ſuam.

Item alia Miſſa. Secundum Johannem. *Cap.* CIIII. In illo tempore dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Niſi granum frumenti cadens in terra : *uſque* : honorificavit eum Pater meus, qui eſt in coelis.

Die XI. *Menſis ſupraſcripti Natale Sancti Tiburtii*. Secundum Johannem *Cap.* CXXXIIII. In illo tempore dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Hoc eſt praeceptum meum : *uſque* : in nomine meo det vobis.

Die VI. (118) *Nat. Sanctae Suſannae*. Secundum Mattheaum *Cap.* CXL. In illo tempore dixit Jeſus diſcipulis ſuis parabolam hanc. Simile eſt regnum Coelorum theſauro abſcondito : *uſque* : nova & vetera.

Die XII. *Natale S. Eupli*. Secundum Johannem *Cap.* CXLVIIII. In illo tempore dixit Ieſus diſcipulis ſuis : Amen amen dico vobis, quia plorabitis, & flebitis vos : *uſque* : in nomine meo dabit vobis.

Fer. IIII. Secundum Lucam *Cap.* LXXIII. In illo tempore rogabat Ieſum quidam Phariſaeus, ut manducaret cum illo : *uſque* : quoniam dilexit multum.

Die XIII. *Menſis ſupraſcripti, Natale S. Yppoliti*. Secundum Lucam *Cap.* CXLIIII. In illo tempore dixit Jeſus diſcipulis ſuis : attendite a fermento Phariſaeorum : *uſque* : coram Angelis Dei.

Fer. VI. Secundum Lucam *Cap.* XXVI. In illo tempore ſurgens Ieſus de Synagoga introivit in domum Symonis : *uſque* : oportet evangelizare regnum Dei.

Die XIV. *Menſis ſupraſcripti Natale S. Euſebii*. Secundum Matthaeum *Cap.* CCLXIII. In illo tempore dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Vigilate, quia neſcitis : *uſque* : ſuper omnia bona ſua conſtituet eum.

Die XV. *Menſis ſupraſcripti Solemnia de Paſſione* (119) *S. Mariae*. Sec. Luc. *Cap.* CXXI. (120). In illo tempore intravit Ieſus in quoddam Caſtellum, & mulier quaedam : *uſque* : quae non auferetur ab ea.

Die XVIII. *Natale S. Agapiti*. Sec. Luc. *Cap.* CLIIII. In illo tempore dixit Ieſus diſcipulis ſuis : ſint lumbi veſtri praecincti : *uſque* : filius hominis veniet.

Hebdomada I. *poſt Sancti Laurentii*. Sec. Marc. *Cap.* LXXIIII. In illo tempore exiens Ieſus de finibus Tyri venit per Synodem : *uſque* : & ſurdos fecit audire, & mutos loqui.

Die XXII. *Menſis ſupraſcripti*, *Natale S. Timothei ad S. Paullum*. Sec. Luc. *Cap.* CLXXXII. In illo tempore dixit Ieſus diſcipulis ſuis : ſi quis venit ad me : *uſque* : qui habet audiendi, audiat.

Die XXV. *Menſis ſupraſcripti Natale S. Geneſi*. Secundum Marcum *Cap.* CXXXVIII. In illo tempore dixit Ieſus diſcipulis ſuis : nemo vos ſeducat : *uſque* : in finem hic ſalvus erit.

Fer. IIII. Sec. Luc. *Cap.* CLXVIIII. In illo tempore dum iret Ieſus per Civitates, & Caſtella : *uſque* : & accumbent in regno Dei.

Die XXVIII. *Menſis ſupraſcripti, Natale S. Hermen*. Sec. Luc. *Cap.* XLV. In

---

(118) *ſupraſcripto*.
(119) lege *pauſatione*.
(120) al. CXXII.
(121) alias monui, *Savinam* pro *Sabinam* heic poni.

In illo tempore deſcendens Ieſus de Monte ſtetit in loco campeſtri : *uſque* : merces veſtra copioſa eſt in coelis.

Die XXVIIII. *Menſis ſupraſcripti, Natale Sanctae Savinae* . (121) Sec. Matth. *Cap.* CXL. In illo tempore dixit Ieſus diſcipulis ſuis parabolam hanc : Simile eſt regnum Coelorum theſauro : *uſque* : nova , & vetera .

Die XXX. *Menſis ſupraſcripti Natale Sanctorum Felicis , & Audacti , & Decollatio S. Johannis Baptiſtae* . Sec. Marc. *Cap.* LVIIII. In illo tempore miſit Herodes, & tenuit Iohannem : *uſque* : & poſuerunt illud in monumento .

Hebdomada II. *poſt Sancti Laurentii* (122) Sec. Luc. *Cap.* CXX. In illo tempore dixit Ieſus diſcipulis ſuis : Beati oculi , qui vident , quae vos videtis : *uſque* : unde & tu fac ſimiliter .

Fer. IIII. Sec. Matth. *Cap.* CXVII . In illo tempore . Abieuntes (*ſic*) Phariſaei conſilium faciebant : *uſque* : & in nomine ejus gentes ſperabunt .

Fer. VI. Sec. Luc. *Cap.* CXLVIIII. In illo tempore . Ait ad Ieſum quidam de turba : *uſque* : & Deus paſcit illos .

Hebdomada III. Sec. Luc. *Cap.* CCI In illo tempore dum iret Ieſus in Hieruſalem , tranſiebat : *uſque* : fides tua te ſalvum fecit .

Fer. IIII. Sec. Marc. *Cap.* CXX. In illo tempore introivit Ieſus Hieroſolimam in templum : *uſque* : admirabantur ſuper doctrina ejus .

MENSE SEPTEMBRIO.

Menſis ſeptimi die VIII. *Nativitas S. Mariae* . Sec. Luc. *Cap* IIII. (123) exrgens Maria abiit in montana : *uſque* : & exultavit ſpiritus meus in Deo ſalutari meo .

Die ſupraſcripto , natale S. Adriani . Sec. Johan. *Cap.* CXXXII. In illo tempore dixit Jeſus diſcipulis ſuis : Ego ſum vitis vera : *uſque* : gaudium veſtrum impleatur .

Die XI. *menſis ſupraſcripti , natale Sanctorum Prothi , & Jacincti* . Sec. Matth. *Cap.* LXXXVIIII. In illo tempore dixit Jeſus diſcipulis ſuis : cum perſequentur vos in civitate , fugite in aliam : *uſque* : confitebor & ego eum coram Patre meo , qui eſt in coelis.

Hebdomada IIII. Sec. Matth. *Cap.* XLIIII. (124) In illo tempore dixit Jeſus diſcipulis ſuis : nemo poteſt duobus Dominis ſervire : *uſque* : & haec omnia adiicientur vobis .

Fer. IIII. Sec. Marc. *Cap.* XXXVIIII. In illo tempore dixit Jeſus diſcipulis ſuis : audiſtis quia dictum eſt : (*ſic*) diligis proximum tuum : *uſque* : qui videt in abſcondito , reddet tibi .

Fer. VI. Sec. Luc. *Cap.* CCXL. In illo tempore docente Jeſu populum in templum : *uſque* : & ego dico vobis , in qua poteſtate haec facio .

Die XIIII. *menſis ſupraſcripti , natale S. Cornelii Pontificis* . Sec. Luc. *Cap.* CXL. In illo tempore dicebat Jeſus turbis Phariſaeorum , & principibus Sacerdotum : vae vobis, qui aedificatis : *uſque* : ex ore ejus, ut caperent eum .

Die ſupraſcripto , exaltatio Sanctae Crucis . Sec. Ioh. *Cap.* XXIIII. In

(122) ſubintellige *Natale*.
(123) al. III.
(124) al. XLVIII.

illo tempore erat homo ex Phariſaeis: *uſque*: ſed habeat vitam aeternam.

Hebdomada V. Sec. Lucam. *Cap.* LXVII. In illo tempore: ibat Jeſus in civitatem, quae vocatur Naim: *uſque*: quia Deus viſitavit plebem ſuam.

Die XV. *menſis ſuprascripti, natale S. Nicomedis*. Sec. Luc. *Cap* XCVI. In illo tempore dixit Jeſus diſcipulis ſuis: ſi quis vult poſt me venire: *uſque*: donec videant regnum Dei.

Die XVI. *menſis ſuprascripti, natale SS. Luciae, & Euphemiae*. Secund. Matth *Cap.* CXL. In illo tempore dixit Jeſus diſcipulis ſuis parabolam hanc: ſimile eſt regnum Coelorum theſauro: *uſque*: nova & vetera.

Die XX. *menſis ſuprascripti, natale S. Digni* (125). Sec. Matth. *Cap.* CXL. In illo tempore dixit Jeſus diſcipulis ſuis parabolam hanc. Simile eſt regnum Coelorum theſauro: *uſque*: nova & vetera.

Fer. IIII. Sec. Luc. *Cap.* XXXVIII. Vidit Jeſus publicanum nomine Levi: *uſque*: In penitent.

Hebdomada I. *poſt S. Cypriani*. Sec. Luc. *Cap.* CLXXVI. In illo tempore cum intraret Jeſus in domum cujuſdam: *uſque*: & qui ſe humiliat, exaltabitur.

Feria IIII. *menſis ſeptimi ad S. Mariam*. Secundum Marcum *Cap.* XCI. In illo tempore reſpondens unus de turba, dixit: *uſque*: hoc genus non eicitur, niſi in oratione & jejunio.

Feria VI. *ad Apoſtolos*. Sec. Luc. *Cap.* XXXVI. In illo tempore ſedebat Ieſus docens, & erant Phariſaei ſedentes: *uſque*: vidimus mirabilia hodie.

Sabbato ad Sanctum Petrum in XII. Lectionum. Sec. Luc. *Cap.* CLXIIII. In illo tempore erat Ieſus docens in Synagogis Iudaeorum: *uſque*: quae glorioſe fiebant ab eo.

Hebdomada II. *poſt Sancti Cypriani*. Secundum Matth. *Cap.* CCXXIII. In illo tempore aeceſſerunt ad Ieſum: *uſque*: audientes turbae mirabantur in doctrina ejus.

Feria IIII. Sec. Marcum *Cap.* CXXXI. In illo tempore interrogavit Ieſum unus de Seribis, quod eſſet primum omnium mandatum: *uſque*: non es longe a regno Dei.

Fer. VI. Sec. Matth. *Cap.* CXXXVI. In illo tempore dixit Ieſus diſcipulis ſuis parabolam hanc: ſimile eſt regnum coelorum homini, qui ſeminavit: *uſque*: congregate in horreum meum.

Die XXVII. *menſis ſuprascripti, natale SS. Coſmae, & Damiani*. Sec. Ioh. *Cap.* CXXXVIII. In illo tempore dixit Ieſus diſcipulis ſuis. Haec mando vobis, ut diligatis: *uſque*: qui oderunt me gratis.

Die XXVIIII. *Dedicatio Eccleſiae S. Angeli* (126). Sec. Matth. *Cap.* CLXXVIII. In illo tempore acceſſerunt diſcipuli ad Ieſum: *uſque*: faciem Patris mei, qui in Coelis eſt.

Hebdomada III. *poſt Sancti Cypriani*. Sec. Matth. *Cap.* LXX. In illo tempore aſcendens Ieſus in navicula, transfretavit: *uſque*: poteſtatem talem hominibus.

MEN-

(125) Nihil in Codicibus *Thomaſianis* de S. *Digno* hoc die. Sequenti agunt hi de Sancta *Digna*, atque hanc puto intelligendam ex praeſcripta Evangelii lectione.

(126) Al. *Archangeli Michaelis*.

MENSE OCTOBRI.

Die VII. *natale S. Marci* (127) Sec. Matth. *Cap.* CCLXVIIII In illo tempore dixit Ieſus diſcipulis ſuis: homo quidam peregre: *uſque*: intra in gaudium Domini tui.

Die ſupraſcripto, natale SS. Sergi, & Bacchi. Sec. Luc. *Cap.* CCLI. In illo tempore dixit Ieſus diſcipulis ſuis: ponite in cordibus veſtris: *uſque*: poſſidebitis animas veſtras.

Die VIII. *menſis ſupraſcripti. Translatio Corporis Sanctae Petronillae*. Sec. Matth. *Cap.* CCLXVIII. In illo tempore dixit Jeſus diſcipulis ſuis parabolam hanc. Simile eſt regnum coelorum decem Virginibus: *uſque*: qua hora Dominus veſter venturus ſit.

Die XIIII. *natale S. Caliſti*. Sec. Matth. *Cap.* CCLXIII. In illo tempore dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Vigilate: *uſque*: conſtituet eum.

Die XXV. *natale SS. Chryſanthi, & Dariae*. Sec. Matth. *Cap.* CCXLIII. In illo tempore dixit Jeſus diſcipulis ſuis, videte, ne quis vos ſeducat: *uſque*: in finem hic ſalvus erit.

MENSE NOVEMBRI.

Kal. Novemb. Natale S. Caeſarii. Sec. Joh. *Cap.* CIIII. In illo tempore dixit Jeſus diſcipulis ſuis, amen, amen dico vobis: niſi granum frumenti: *uſque*: Pater meus, qui eſt in coelis.

Die VIII. *menſis ſupraſcripti, natale SS. quatuor Coronatorum*. Sec. Luc. *Cap.* XLV. In illo tempore deſcendens Jeſus de monte ſtetit in loco campeſtri: *uſque*: merces veſtra copioſa eſt in coelis.

Die VIIII. *menſis ſupraſcripti Natale S. Theodori*. Sec. Luc. *Cap.* CCLI. In illo tempore dixit Ieſus diſcipulis ſuis: ponite in cordibus veſtris: *uſque*: in pacientia veſtra poſſidebitis animas veſtras.

Hebdomada IIII. *poſt S. Cypriani*. Sec. Matth. *Cap.* CCXXI. In illo tempore loquebatur Jeſus cum diſcipulis ſuis in parabolis dicens. Simile factum eſt: *uſque*: pauci vero electi.

Hebdomada V. *poſt S. Cypriani*. Sec. Ioh. *Cap.* XXXVII. In illo tempore, Erat quidem Regulus, cujus filius Infirmabatur Capharnaum: *uſque*: & domus ejus tota.

Hebdomada VI. *poſt S. Cypriani*. Sec. Matth. *Cap.* CLXXXVIII. In illo tempore dixit Jeſus diſcipulis ſuis parabolam hanc. Simile eſt regnum Coelorum homini Regi, qui voluit rationem ponere: *uſque*: unuſquiſque fratri ſuo de cordibus veſtris.

Die XI. *menſis ſupraſcripti, natale Sancti Mennae* (128) Sec. Luc. *Cap.* CLIIII. In illo tempore dixit Ieſus diſcipulis ſuis: ſint lumbi veſtri praecincti: *uſque*: filius hominis venit.

Fer. IIII. Sec. Luc. *Cap.* CLXXXVI. In illo tempore erant adpropinquantes ad Ieſum Publicani: *uſque* poenitentiam agente.

Pp 2 *Heb-*

(127) Papae.

(128) heic Amanuenſis Miſſae S. *Mennae* Miſſam S. *Martini* ex oſcitantia ſubſtituit.

Digitized by Google

Hebdomada VII. *poſt S. Cypriani*. Sec. Matth. *Cap.* CCXXIII. In illo tempore abeuntes Phariſaei conſilium inierunt: *uſque*: & quae ſunt Dei, Deo.

Die XXII. *menſis ſupraſcripti, natale S. Caeciliae*. Sec. Matth. *Cap.* CCLXVIII. In illo tempore dixit Ieſus diſcipulis ſuis: parabolam hanc. Simile eſt regnum Coelorum decem Virginibus: *uſque*: venturus ſit.

Die XXIII. *menſis ſupraſcripti, natale S. Clementis*. Sec. Matth. *Cap.* CCLXVIIII. In illo tempore dixit Ieſus diſcipulis ſuis: homo quidam peregre: *uſque*: intra in gaudium domini tui.

Die ſupraſcripto, natale Sanctae Felicitatis. Sec. Matt. *Cap.* CXXVIIII. (129). In illo tempore loquente Ieſu ad turbas: ecce Mater ejus & Fratres: *uſque*: Soror & Mater eſt.

Die XXIIII. *menſis ſupraſcripti, natale S. Griſogoni*. Sec. Iohan. *Cap.* CXXXVIII. In illo tempore dixit Ieſus diſcipulis ſuis. Haec mando vobis: *uſque*: qui oderunt me gratis.

Hebdomada VIII. *poſt S. Cypriani*. Secundum Matth. *Cap.* LXXIIII. Loquente Ieſu ad turbas ecce princeps unus: *uſque*: exiit fama haec in univerſam terram illam.

Fer. IIII. Sec. Luc. *Cap.* XXXIII. Cum eſſet Ieſus in una civitatum: *uſque*: ab infirmitatibus ſuis.

Die XXVIIII. *menſis ſupraſcripti, natale S. Saturnini*. Sec. Lucam *Cap.* CXXXVIII. In illo tempore dixit Ieſus diſcipulis ſuis: videte, ne quis vos ſeducat: *uſque*: in finem hic ſalvus erit.

Die ſupraſcripto, Vigilia Sancti Andreae. Sec. Iohann. *Cap.* XVI. Stabat Iohannes, & diſcipuli ejus: *uſque*: & deſcendentes ſuper filium hominis.

Die XXX. *menſis ſupraſcripti, natale S. Andreae*. Sec. Matth. *Cap.* XX. In illo tempore ambulans Ieſus juxta mare Galileae. *uſque*: & Patre ſecuti ſunt eum.

Hebdomada VIIII. *poſt S. Cypriani*. Sec. Ioh. *Cap.* XLVIIII. Cum ſublevaſſet oculos Ieſus, & vidiſſet: *uſque*: qui venturus eſt in mundum.

Fer. IIII. Sec. Matt. *Cap.* LXVII. In illo tempore. Cum veniſſet Ieſus in domum Symonis Petri: *uſque*: ſine mortuos, ut ſepeliant mortuos ſuos.

Fer. VI. Sec Luc. *Cap.* CXLVIIII. In illo tempore dixit ad Ieſum quidam de turba: Magiſter: *uſque*: & haec omnia adicientur vobis.

MENSE DECEMBRI.

Menſis Decembris die XIII. natale S. Luciae. Secundum Matthaeum *Cap.* CXL. In illo tempore dixit Ieſus diſcipulis ſuis: ſimile eſt regnum Coelorum theſauro: *uſque*: nova & vetera.

Feria IIII. (130) Secundum Marcum *Cap.* LXXVIIII. In illo tempore dixit Ieſus diſcipulis ſuis: videte, & cavete a fermento Phariſaeorum: *uſque*: & dimiſit illum in domum ſuam.

Heb-

(129) al. CXXX.

(130) Sic etiam apud *Thomaſium* (p.509.) ſed forte legendum Feria VII.; ut Vaticanus Codex habet in *Sabbato*.

Hebdomada IIII. *ante Natale Domini*. Sec. Matth. *Cap.* CCVI. In illo tempore cum adpropinquaret Ieſus Hieroſolimis: *uſque*: benedictus, qui venit in nomine Domini.

Hebdomada III. *ante Natale Domini*. Secundum Lucam *Cap.* CCLVII. In illo tempore dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Erunt ſigna: *uſque*: verba autem mea non tranſient. (131)

Hebdomada II. *ante Natale Domini*. Sec. Matth. *Cap.* CII. In illo tempore cum audiſſet Johannes in vinculis opera Chriſti: *uſque*: viam tuam ante te.

Hebdomada I. *ante Natale Domini*. Secundum Iohannem *Cap.* VIIII, Miſerunt Judaei ab Hieroſolimis: *uſque*: ubi erat Johannes baptizans.

Feria IIII. *ad S. Mariam*. Sec. Luc. *Cap.* III. Miſſus eſt Gabriel Angelus a Deo in Civitatem David: *uſque*: fiat mihi ſecundum verbum tuum.

Feria VI. *ad Apoſtolos*. Sec. Luc. *Cap.* III. Exurgens Maria cum feſtinatione: *uſque*: & exultavit Spiritus meus in Deo ſalutari meo.

Sabbato in XII. Lect. ad S. Petrum. Secundum Lucam *Cap.* VI. Anno quinto decimo Imperii Tiberii: *uſque*: ſalutare Dei.

Die XXIIII. *menſis ſupraſcripti, Vigilia Domini*. Sec. Matth. *Cap.* III. Cum eſſet deſponſata Mater Jeſu. *uſque*: ſalvum faciet populum ſuum a peccatis eorum.

Pro ubertate pluviae. Sec. Luc. *Cap.* LXXXIII. factum eſt in una dierum. *Uſque*: quia & venti & mare obediunt ei.

Pro ſterelitate pluviae. Sec. Matth. *Cap.* CLX. In illo tempore dixit Jeſus diſcipulis ſuis: miſereor ſuper turbam: *Uſque*: aſcendit in navicula, & diſcipuli ejus cum eo.

In commotione gentium. Sec. Luc. *Cap.* CL. In illo tempore dixit Jeſus diſcipulis ſuis: nolite ſoliciti eſſe, quid manducetis: *Uſque*: & haec omnia adicientur vobis.

In die belli. Sec. Matth. *Cap.* CCXLIII. Sedente Jeſu ſuper montem Oliveti acceſſerunt ad eum diſcipuli: *uſque*: in finem hic ſalvus erit.

In natali Papae. Sec. Matth. *Cap.* CCLXX. facta eſt contentio inter diſcipulos Jeſu: *uſque*: judicantes duodecim tribus Iſrael.

Item alia. Sec. Lucam *Cap.* CCXXVIII. In illo tempore dixit Jeſus diſcipulis ſuis parabolam hanc. Homo quidam nobilis abiit in regionem longinquam: *uſque*: dabitur, & habundabitur.

Item ubi ſupra. Sec. Matth. *Cap.* CLXVI. In illo tempore egreſſus Jeſus perambulabat Hierico: *uſque*: ſalvum facere quod perierat.

In Ordinatione Presbyterorum. Secundum Matthaeum *Cap.* CCLXIII. In illo tempore dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Vigilate: *uſque*: conſtituet eum.

In ordinatione Diaconorum. Sec. Iohan. *Cap.* CIIII. In illo tempore dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Amen dico vobis: niſi granum frumenti: *uſque*: Pater meus qui eſt in coelis.

Pro

---

(131) *tranſibunt* al.

Pro ordinantibus. Sec. Johannem *Cap.* LXXXVIII. In illo tempore loquente Jeſu ad turbas: *uſque*: opera Abrahae facite.

In ordinatione Epiſcoporum. Secundum Marcum *Cap.* LII. circuibat Jeſus in circuitu docens: *uſque*: aegrotos, & ſanabantur.

Item ubi ſupra. Secundum Lucam *Cap.* LXXXVI. Convocatis Jeſus diſcipulis ſuis: *uſque*: & curantur ubique.

Item ubi ſupra. Sec. Matth. *Cap.* LXXXVI. (132.) Circuibat Jeſus civitates: *uſque*: infirmitatem.

In dedicatione Baſilicae, ſive Oratorii. Secundum Lucam *Cap.* LX. non eſt arbor bona: *uſque*: fundata enim erat ſuper petram.

Item alia. Sec. Luc. *Cap.* CCXXV. Egreſſus Jeſus perambulabat: *uſque*: facere quod perierat.

Pro velatione Ancillarum Dei. Sec. Matth. *Cap.* CCXXI. Loquebatur Jeſus cum diſcipulis ſuis: *uſque*: pauci vero electi.

Ad velandum maritatam. Secundum Johannem *Cap.* XXVI. Reſpondit Johannes, & dixit: non poteſt homo: *uſque*: gaudium meum impletum eſt.

Item alia. Sec. Marc. *Cap.* CLXXXVIIII. Venit Jeſus in fines Judeae: *uſque*: non ſeparet.

In vigilia unius Apoſtoli. Secund. Joh. (133). Ego ſum vitis vera: *Uſque*: & gaudium veſtrum impleatur.

In Natali unius Apoſtoli. Sec. Joh. CXXXIIII. In illo tempore dixit Jeſus diſcipulis ſuis: hoc eſt praeceptum: *Uſque*: det vobis.

Item alia. Secundum Johannem *Cap.* CXXXVIII. In illo tempore dixit Jeſus diſcipulis ſuis: haec mando vobis: *uſque*: qui oderunt me gratis.

In Vigilia unius Sacerdotis. Secundum Matthaeum *Cap* CCLXXIII: In illo tempore dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Vigilate: *uſque*: conſtituet.

In Natale unde ſupra. Sec. Matth. *Cap.* CCLXVIIII. In illo tempore dixit Jeſus diſcipulis ſuis: homo quidam peregre: *Uſque*: intra in gaudium domini tui.

Item alia. Secundum Lucam. *Cap.* CXXXIII. In illo tempore dixit Jeſus diſcipulis ſuis: nemo accendit: *Uſque*: inluminabit te.

In vigilia unius Martyris, ſive Confeſſoris. Sec. Matth. *Cap.* XCV. In illo tempore dixit Jeſus diſcipulis ſuis: nolite arbitrari. *Uſque*: non perdet mercedem ſuam.

In natali unde ſupra. Secundum Matthaeum *Cap.* XCIII. In illo tempore dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Nihil opertum: quod non revelabitur. *Uſque*: coram Patre meo, qui eſt in Coelis.

Item alia. Sec. Luc. *Cap.* CLXXXII. In illo tempore dixit Jeſus diſcipulis ſuis: ſi quis venit ad me. *Uſque*: audiendi audiat.

In natali plurimorum Sanctorum. *Item* Sec Luc. *Cap.* CLIIII. In illo tempore dixit Jeſus diſcipulis ſuis: ſint lumbi veſtri. *Uſque* conſtituet eum.

Item alia. Sec. Matth. *Cap.* XXIIII. In illo tempore videns Ieſus turbas. *uſque*: copioſa eſt in coelis.

In

---

(132) al. LXXVI.

(133) *Cap.* CXXXII.

In natale plurimorum Martyrum. Sec. Matth. *Cap.* LXXXVI. In illo tempore dixit Jeſus diſcipulis ſuis: Ecce ego mitto vos ſicut oves: *uſque*: in finem hic ſalvus erit.

Item alia. Sec. Lucam *Cap.* CCXLVIIII. In illo tempore dixit Ieſus diſcipulis ſuis. Cum audieritis praelia: *uſque*: animas veſtras.

Item alia. Sec. Matth. *Cap.* CXXXVIIII. In illo tempore: acceſſerunt ad Ieſum Phariſaei temptantes eum, & dicentes: *uſque*: ſed quibus datum eſt.

Item alia. Secundum Marcum *Cap.* CXXXVII. Egrediente Ieſu de templo ait illi unus de diſcipulis ſuis: *uſque*: in finem hic ſalvus erit.

Item alia. Sec. Luc. *Cap.* CXLIIII. In illo tempore dixit Jeſus diſcipulis ſuis: attendite a fermento: *uſque*: coram Angelis Dei.

Item alia. Sec. Ioh. *Cap.* CXLVIIII.. In illo tempore dixit Ieſus diſcipulis ſuis: amen amen dico vobis, quia plorabitis & flebitis vos: *uſque*: & gaudium veſtrum nemo tollet a vobis.

Item alia. Sec. Matth. *Cap* LXXXVIIII. In illo tempore dixit Ieſus diſcipulis ſuis: cum autem perſequentur vos in civitate iſta: *uſque*: coram Patre meo, qui eſt in Coelis.

In natale Virginum. Sec. Matth. *Cap.* CCLXVIII. In illo tempore dixit Ieſus diſcipulis ſuis parabolam hanc: Simile eſt regnum coelorum decem Virginibus: *uſque*: neſcitis diem neque horam.

Item alia. Sec. Matth. *Cap.* CXL. In illo tempore dixit Jeſus diſcipulis ſuis parabolam hanc: Simile eſt regnum Coelorum theſauro abſcondito: *uſque*: nova, & vetera.

In agenda mortuorum. Sec. Ioh. *Cap.* XCIIII. Dixit Martha ad Ieſum, Domine ſi fuiſſes hic: *uſque*: qui in hunc mundum veniſti.

II.

CAPITVLARE

Ex MS. Codice Florentino S. Crucis.

Incipit Capitulare Evangeliorum de circulo anni (1)

MENSE DECEMBR.

Die 24. *menſe Decembr. Vigilia Domini*. Secundum Matth. *Cap.* III. Cum eſſet deſponſata Mater Jeſu Maria Joſeph: *Uſque*: a peccatis eorum. (2)

In natale Domini ad S. Mariam Majorem. Sec. Luc. *Cap.* III. (3) Exiit edictum a Caeſare Auguſto: *uſque*: pax hominibus bonae voluntatis.

Item ad S. Anaſtaſium. Sec. Luc. *Cap.* III. Paſtores loquebantur. *Uſque*: dictum eſt ad illos.

Item ad S. Petrum. Sec. Iohann. K. I. In principio erat verbum: *Uſque*: plenum gratiae & veritatis.

In natal. Sancti Stephani. Sec. Matth. *Cap.* CCXL. Dicebat Jeſus turbis Iudaeorum. Ecce ego mitto ad vos Prophetas, & ſapientes. *Uſque*: benedictus, qui venit in nomine Domini.

In natal. Sancti Johan. (4) K. CCXXXI. Dixit Jeſus Petro. Sequere me: *Uſque*: quia verum eſt teſtimonium ejus.

In natal Innocent. Sec. Matth. *Cap.* VI. Ecce Angelus Domini apparuit in ſomniis Joſeph dicens: *Uſque*: quoniam nazareus vocabitur.

In natal. S. Silveſtri. (5) Sec. Matth. *Cap.* CCLXII. (6) dixit Jeſus diſcipulis ſuis: vigilate ergo quia neſcitis: *Uſque*: ſuper omnia bona ſua conſtituet eum.

MEN-

---

(1) *Lucenſe* ſupra deſcriptum, exemplum, & alia *Thomaſiano* exempla habent *de anni circulo*.

(2) *Thomaſiana* exempla omnia cum noſtro *Lucenſi* ab ipſo Natali Domini initium ſumunt. Noſter hic Codex *Hieronymi Comiti*, ſive *Lectionario Thomaſianae* editionis, *Gregoriano Menardi* Sacramentario, & *Adonis* Martyrologio, qui annum inchoant ab ipſa Dominicae Nativitatis Vigilia, conſentit.

(3) Cur heic omittitur formula *in illo tempore*, quam cetera hactenus divulgata Capitularia exhibent? an amanuenſis vitio? an quod revera in ea, cui uſui fuit *Florentinus* hic Codex, Eccleſia praetermitteretur?

(4) *Apoſtoli & Evangeliſtae* pleraque exempla. Noſtro convenit cum *Eatherino I. Vezzoſii*, immo & cum *Frontoniano* Kalendario, quod in notulis a *Thomaſio* minime heic eſt obſervatum.

(5) Addunt alii Codices, quos inter *Lucenſis* noſter, *die* XXXI. *menſis Decembris*. Sed hic *Florentinus* ſibi conſentientem habet *Frontonis* editionem.

(6) Caput eſt CCLXIII. *Thomaſianis* exemplis, & noſtro *Lucenſi*. In *Frontonis* editionem *Veronenſes* typi errorem intulerunt ejuſmodi CCXLIII.

Digitized by Google

MENSE IANVARIO.

In Octava Domini ad S. Mariam ad Martyres. (7) Secundum Lucam *K.* III. Poſtquam conſummati ſunt dies octo: *uſque*: in utero conciperetur (8).

Dominica I. *poſt natal. Domini*. Sec. Luc. *Cap.* III. Erat (9) Pater Ieſu & Mater: *uſque*: gratia Dei erat in illo.

Fer. IV. Sec. Matth. *Cap.* IV. Factum eſt ut adimplèretur: *uſque*: & vocabitur nomen ejus Ieſus.

In Vig. Epiphan. (10) *in Eccl. S. Petri*. Sec. Matth. *Cap.* VI. Defuncto Erode: *uſque*: nazaraeus vocabitur.

In Epiphania. Sec. Matth. *Cap.* IV. Cum natus eſſet Ieſus in Bethleem Judae: *uſque*: regionem ſuam.

Dominica I. *poſt Epiphan. In Eccl. S. Johan. & Paulli*. Secund. Luc. *K.* III. Cum factus eſſet Ieſus annorum duodecim: *uſque*: apud Deum, & homines.

Fer. IV. Secundum Matthaeum *K.* XIV. Venit Ieſus a Galilaea; *uſque*: in quo mihi complacui (12)

Fer. VI. Sec. Matth. *K.* XVIII. Cum audiſſet Ieſus: *uſque*: regnum coelorum (13).

Sabb. Secundum Johannem *K.* XXIV. Venit Ieſus, & diſcipuli ejus: *uſque*: in carcerem (14).

In Octava Epiphan. Sec. Luc. *K.* XIV. Factum eſt autem cum baptizaretur omnis populus: *uſque*: regreſſus eſt ab Iordane. *In die ad Miſſam*. Sec. Iohan. *K.* XIII. Vidit Iohannes Ieſum venientem ad ſe: *uſque*: quia hic eſt Filius Dei (15).

Dominica II. *poſt Epiph.* Sec. Ioh. K. XVIII. Nuptiae factae ſunt in Cana Galilaeae: *uſque*: & crediderunt in eum diſcipuli ejus.

Feria IV. Sec. Luc. K. XVII. Regreſſus & Jeſus in virtute Spiritus

---

(7) Haec Miſſa in *Thomaſianis* libris, ac *Lucenſi* Codice legitur poſt officium Dominicae; habet tamen noſter Codex ſibi conſentientem *Barberinum* *J. Vezzoſii* V. Cl.

(8) *Uſque gloriam plebis tuae Iſrael*, cetera *Thomaſii* MSS. exempla; quibuſcum convenit noſtro *Lucenſi*.

(9) Ita aliqui MSS. Codices apud *Thomaſium*; ceteri *Erat Joſeph*.

(10) Vetuſtiores Codices, ut *Lucenſis*, *Theophaniae* nomen libentius uſurpant.

(11) Vides heic quoque omiſſam Stationem. Vide adnot. VIII. ad *Lucenſe* Capitulare.

(12) Idem hoc die Evangelium praeſcribitur in Vaticanae Baſilicae Evangeliario apud *Thomaſium* (*p.* 435.) Alii Codices ab eodem *Thomaſio* citati (*p.* 434.) aliis octavae hujus diebus illud adſignant.

(13) Nuſquam apud *Thomaſium* occurrit haec Evangelii Lectio.

(14) Et haec Evangelii Lectio abeſt ab omnibus *Thomaſianis* exemplis.

(15) Ita plane Codices *Palatinus* & *Mutinenſis* ab eodem *Thomaſio* laudati duas videntur hoc die Miſſas praeſcribere, alteram fortaſſe mane, alteram, ut ajunt, in *die*. Noſtrum porro hoc Capitulare Dominicas diligenter ſejungit a Sanctorum feſtis diebus, quos alia Capitularia una ſerie cum Dominicis, ac feriis repraeſentant.

in Galilaeam : *uſque* : quae procedebant de ore ejus (16).

Fer. VI. Sec. Marc. K. L. Egreſſus Ieſus venit in patriam ſuam : *uſque*: impoſitis manibus curavit eos.

Sabb. Sec. Luc. Deſcendit Ieſus Capharnaum Civitatem Galilaeae : *uſque*: in omnem locum regionis (17).

Dominic. III. Secund. Matth. *Cap.* LXIII. Cum deſcendiſſet Ieſus de monte, ſecutae ſunt eum turbae multae : *uſque* : ſanatus eſt puer in illa hora.

Feria IV. Sec. Ioh. *Cap.* XVIII. Venit Jeſus in Galileam, & invenit Philippum : *uſque* : filium hominis.

Fer. V. Secundum Matthaeum *Cap.* XXIII. Circuibat Jeſus totam Galilaeam : *uſque* : ſecutae ſunt eum turbae multae (18).

Fer. VI. Sec. Marc. *Cap.* XXVI. Exeuntes Phariſaei cum Herodianis : *uſque* : ejiciendi demonia (19).

Sabb. Secundum Lucam *Cap.* XXXIII. Cum eſſet Jeſus in una civitate : *uſque* : ab infirmitatibus ſuis.

Dominica IV. *poſt Theoph.* (20). Secundum Matthaeum *Cap.* LXIX. Aſcendente Ieſu in naviculam : *uſque* : venti, & mare obediunt ei.

Fer. IV. Sec. Luc. *Cap.* CV. Factum eſt ambulante Ieſu cum diſcipulis in via : *uſque* : aptus eſt regno Dei.

Fer. VI. Sec. Marc. *Cap.* CVI. Offerebant Ieſu parvulos : *uſque* : benedicebat eos (21).

Dominic. V. Secundum Matthaeum *Cap.* CX. Perſpiciens Ieſus dixit. Confiteor tibi domine pater Coeli, & terrae : *uſque* : & onus meum leve (22).

Fer. IV. Sec. Marc. *Cap.* XVIII. Venit ad Ieſum Leproſus deprecans eum : *uſque* : in teſtimonium illis.

Fer. VI. Sec. Marc. *Cap.* XXV. Introivit Ieſus in Sinagogam, & erat ibi homo manum habens aridam : *uſque* : reſtituta eſt manus illius.

Sabb. Sec. Luc. *Cap.* XXXIII. Cum eſſet Ieſus in una civitate : *uſque* : ab infirmitatibus ſuis (23).

Die XIV. *menſe ſuprascripto. Natal. Sancti Felicis in pincis*. Sec. Luc. *Cap.* CXVI. Dixit Ieſus diſcipulis ſuis : qui vos audit me audit : *uſque* : nomina veſtra ſcripta ſunt in coelis.

Die XV. *menſe ſupraſcript. Natale S. Marcelli Papae*. Secundum Matth. *Cap.*

---

(16) Etiam *Palatinus*, & *Mutinenſis* Codices Feria IV. hoc Evangelii Capitulum praeſcribunt, quod in aliis Feria II. inſcribitur.

(17) Ita apud *Thomaſium* (p. 437.) recentior Codex, in quo pro *deſcendit Jeſus* ſcribitur : *deſcendit Dominus Jeſus*.

(18) in nullo *Thomaſiano* Codice legitur Miſſa *Feriae V. poſt Epiphaniam*. Hoc autem Evangelium alii Feriae IV. alii VI. adſcribunt.

(19) Evangelium iſtud nullus ex *Thomaſianis* Codicibus Feriae huic adſignat.

(20) Ita & praeclarus Vaticanus Codex apud *Thomaſium*.

(21) Sabbatum deſideratur, amanuenſis, ut videtur, vitio.

(22) *Palatinus*, & *Mutinenſis* Codex idem hoc die Evangelium praeſcribunt; his accedit *Barberinus* primus *Vezzoſii*, qui tamen ab his exorditur : *Reſpondens Jeſus*.

(23) Adde hoc Evangelii Capitulum *Thomaſianis* codicibus, qui illud hoc die ignorant.

Cap. CCLXIII. Dixit Ieſus diſcipulis ſuis: Vigilate, quia neſcitis: *uſque*: ſuper omnia bona ſua conſtituet eum (24).

Die XVIII. *menſ. ſupraſcript. Natal. S. Priſcae*. Sec. Matth. *Cap.* CXL. Dixit Jeſus diſcipulis ſuis: ſimile eſt regnum Coelorum theſauro: *uſque*: nova, & vetera.

Die XX. *menſe ſupraſcript. Natal. SS. Fabiani, & Sebaſtiani*. (25) Sec. Luc. *Cap.* XLV. Deſcendens Ieſus de monte ſtetit in loco campeſtri: *uſque*: merces veſtra multa eſt in coelo.

Die XXI. *menſe ſupraſcripto, S. Agne de Paſſione*. Sec. Matth. *Cap.* CCLXVIII. Simile eſt regnum Coelorum decem Virginibus: *uſque*: quia neſcitis diem, neque horam.

Die XXII. *menſe ſupraſcript. Natal. S. Vincenti*. (26) Sec. Iohan *Cap.* CIV. Dixit Jeſus diſcipulis ſuis: niſi granum frumenti: *uſque*: pater meus, qui eſt in Coelis.

Die XXVIII. *menſe ſupraſcripto. Natal. Sanctae Agne ſecunde*. (27) Sec. Matth. *Cap.* CXL. Simile eſt regnum Coelorum theſauro: *uſque*: nova & vetera.

MENSE FEBRVARIO.

Die ſecundo menſe ſupraſcripto Ypapanti Domini. Sec. Lucam *Cap.* III. impleti ſunt dies purgationis Mariae: *uſque*: gloriam plebis tuae Iſrael.

Q q 2 *Die*

(24) Aliud Evangelium vidimus ſupra in *Lucenſi* noſtro recitatum in Miſſa S. *Marcelli* Papae. Sunt tamen alii Codices, qui noſtro *Florentino* conſentiant, ut *Barberinum* primum *Vexoſi*.

(25) Antiquiores Codices utriuſque Sancti Martyris celebritatem ſejungunt, atque aliam pro *Fabiano*, aliam pro *Sebaſtiano* Miſſam ſtatuunt. Vtrumque tamen conjungunt codices aliqui, ut *Vaticanus*, & *Mutinenſis*.

(26) Sunt & alii Codices, qui ſtationem, uti noſter, omittunt.

(27) Monet *Thomaſius*, in Sacramentario MS. antiquae Baſilicae S. *Mariae Majoris* haec legi *V. Kal. Februarii Nat. S. Agnae Secundae in Agonem*. Ceterum *Vſuardus* rectius hoc die: *Romae, Natale S. Agnetis Secundo*. Duos, ut alibi obſervavimus, habuit egregia virgo, & Martyr dies ſacros, alterum XXI. hujus menſis, qui de *paſſione* inſcribitur in noſtro hoc Capitulari, uti & in *Lucenſi*, aliiſque compluribus antiquis monumentis, quae *Fronto, Thomaſius*, & *Sollerius* in notis ad Martyrologium *Vſuardi* p. 66. adferunt; alterum hoc die, qui de *nativitate* praenotatur etiam in *Gelaſiano* Sacramentario, in pervetuſto vero Kalendario *Paderbonenſis* Eccleſiae *octava Sanctae Agnetis*. Cur autem dictus alter hic dies a *nativitate* ſit, diſquirunt auctores, quos citat idem *Sollerius*, ac nuper Cl. *Stephanus Evodius Aſſemanus* (*parte II.* Actorum SS. *MM. Orientalium, & Occidentalium pag.* 153.) His adde P. *Politum* in notis ad Martyrologium, qui contra quam ſentit *Aſſemanus*, pluribus contendit, vere ipſum Nativitatis diem, quo *Agnes* terris nata eſt, fuiſſe celebratum. Idem *Aſſemanus* Acta neſcio quae *chaldaica S. Agnetis* primus eruit, quae genuina eſſe depraedicat; ſed malim cum S. *Ambroſio*, *Prudentio* & ceteris *latinis* Scriptoribus errare, quam *Chaldaicis* hiſce narratiunculis fidem habere. Quis enim Acta Martyris *latinae* toto late *occidente* celeberrimae ipſo IV. ſeculo apud nos corrupta jam fuiſſe ſibi perſuadeat; genuina vero in *oriente* delituiſſe? Mitto alia, quae hujus loci non ſunt.

Die V. *menſe ſupraſcript. Natal. Sanctae Agathae*. Sec. Matth. *Cap.* CCLXVIII. Simile eſt regnum Coelorum decem Virginibus: *uſque*: neſcitis diem neque horam.

Die XIV. *menſe ſupraſcripto. Natal. Sancti Valentini*. Sec. Luc. *Cap.* XCVI. Si quis vult poſt me venire, abneget ſemetipſum: *uſque*: donec videant regnum Dei.

Die XXII. *menſe ſupraſcript. Cathedra S. Petri*. Secund. Matth. *Cap.* CLXVI. Venit Ieſus in partes Caeſareae Philippi: *uſque*: erit ſolutum & in Coelis.

MENSE MARTIO.

Die XII. *menſe ſupraſcripto. Natal. Sancti Gregori Papae*. Sec. Matth. *Cap.* CCLXIII. Dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Vigilate ergo: *uſque*: ſupra omnia bona ſua conſtituet eum.

Die XXI. *menſ. ſupraſc. Natal. S. Benedicti*. Sec. Matth. *Cap.* CXCV. Dixit Simon Petrus ad Ieſum: *uſque*: Vitam aeternam poſſidebitis.

Die XXV. *menſe ſupraſcr. Annuntiatio Domini* (28). Sec. Luc. *Cap.* III. Miſſus eſt Gabriel Angelus: *uſque*: fiat mihi ſecundum verbum tuum.

Incipiunt Lectiones a Septuageſima uſque in Paſcha.

Dominic. in Septuageſima ad S. Laurentium foris mur. (29) Sec. Matth. *Cap.* CC. Dixit Ieſus diſcipulis ſuis parabolam hanc. Simile eſt regnum Coelorum homini patrifamilias, qui exiit primo mane: *uſque*: pauci vero electi.

Fer. IV. Sec. Marc. *Cap.* XCIII. Praetergrediebatur Jeſus Galil. *uſque*: ſed eum, qui me miſit (30).

Fer. V. Secundum Lucam *Cap.* CIV. Factum eſt autem, dum complerentur dies Ieſu: *uſque*: ſed ſalvare.

Fer. VI. Secundum Marcum *Cap.* XLIX. cum tranſcendiſſet in navi trans fretum: *uſque*: eſto ſana a plaga tua.

Sabb. Sec. Marc. *Cap.* XXXVI. Coepit Jeſus docere ad mare: *uſque*: aures audiendi audiat.

Dominic. in Sexageſima ad S. Paullum. Sec. Luc. *Cap.* LXXVI. Cum turba plurima convenirent, & de civitatibus: *uſque*: dum fructum afferunt in patientia.

Fer. IV. Sec. Matthaeum *Cap.* CXXIII. Dixit Jeſus Phariſaeis, qui non eſt mecum, contra me eſt: *uſque*: ex verbis tuis condempnaberis.

Fer. VI. Sec. Luc. *Cap.* CCII. Interrogatus Jeſus a Phariſaeis quando ve-

(28) aliis *Sanctae Mariae*.

(29) Nullum ex hactenus editis Capitularibus, quaenam inter multas, quae *Romae* fuere S. *Laurentio* dicatae, Eccleſias heic intelligatur, diſertis verbis declarat. *Fronto* tamen docuerat, Eccleſiam denotari S. Laurentii *foris muros*. En Capitulare, quod idipſum exprimit.

(30) al. *miſit me*.

venit regnum Dei: *uſque*: illuc congregabuntur aquilae (31).

Sabb. Sec. Luc. *Cap.* CCLIX. Dixit Ieſus diſcipulis ſuis, ne forte graventur corda veſtra: *uſque*: ſtare ante filium hominis.

Dominic. in Quinquageſima ad S. Petrum. Sec. Luc. *Cap.* CCXIII. Aſſumpſit Jeſus duodecim diſcipulos ſuos ſecreto: *uſque*: omnis plebs ut vidit, dedit laudem Deo.

Fer. IV. *Caput jejunii* (32) *ad S. Suſannam* (33). Sec. Matth. *Cap.* XLV. Cum jejunatis: *uſque*: ibi eſt cor tuum.

Fer. V. *ad S. Gregorium* (34). Sec. Matth. *Cap.* LXIV. Cum introiſſet Ieſus Capharnaum: *uſque*: & ſanatus eſt puer ex illa hora.

Fer. VI. *ad S. Iohan. & Paullum* (35). Secundum Matthaeum *Cap.* XL. Dixit Ieſus diſcipulis ſuis, audiſtis, quia dictum eſt antiquis: *uſque*: in abſcondito reddet tibi.

Sabb. ad S. Paullum. Sec. Marc. *Cap.* LXVII. Cum ſero eſſet factum, erat navis in medio mari: *uſque*: ſalvi fiebant.

Dominica prima in Quadrageſ. ad Lateran. Sec. Matth. *Cap.* XV. Ductus eſt Ieſus in deſertum a Spiritu: *uſque*: & Angeli miniſtrabant ei.

Feria II. *ad S. Petrum ad Vincula.* Sec. Matth. *Cap.* CCLXXIII. Dixit Ieſus diſcipulis ſuis: cum venerit Filius hominis: *uſque*: Iuſti autem in vitam aeternam.

Fer. III. *ad S. Anaſtaſiam.* Sec. Matth. *Cap.* CCX. cum intraſſet Ieſus Hieroſolimam commota eſt: *uſque*: ibique manſit (36).

MENSE PRIMO (37)

Fer. IV. *ad S. Mariam.* Secundum Matth. *Cap.* XXVII. Acceſſerunt ad Jeſum Scribae, & Phariſaei dicentes: *uſque*: ipſe meus frater, & ſoror, & mater eſt.

Fer. V. *ad S. Laurentium ad foras mur.* (38) Sec. Joh. *Cap.* LXXXIX. Dicebat Jeſus ad eos, qui crediderunt ei, Judaeos: Si manſeritis: *uſque*: Verba Dei audit.

Fer. VI. *ad SS.* (39) *Apoſtolos.* Secundum Johannem *Cap.* XXXVIII. Erat dies feſtus Iudaeorum: *uſque*: quia Jeſus eſſet, qui fecit eum ſanum.

Sabb. in XII. Lect. ad S. Petrum. Secundum Matthaeum *Cap.* CLXXII. Aſſumpſit Jeſus Petrum, & Jacobum, & Johannem: *uſque*: donec filius hominis a mortuis reſurgat.

Dominic. vacat. Secundum Matthaeum. *Cap.* CLVII. Seceſſit Jeſus in

(31) al. *& aquilae.* Sed etiam Lucenſe particulam *&* omittit.

(32) Ita tres Codices apud *Thomaſium.* Cur autem Feria haec IV. *Caput Jejunii* diceretur, notatum a viris eruditis jam pridem fuit.

(33) lege *Sabinam.*

(34) immo ad S. *Georgium.*

(35) Vide ſupra adnotata ad Capitulare *Lucenſe.*

(36) alii addunt: *& docebat eos de regno Dei*: ſed duo antiqui Codices *Vallicellanus*, & *Palatinus* haec cum noſtro ſilent.

(37) i. e. primo jejunio IV. temporum.

(38) *foris murum* alii Codd. ſed vetuſtiores, & ii quidem recte *ad Formonſum* habent, ut alias monui.

(39) Alii codices hoc adiectivum tacent.

in partes Tiri & Sidonis: *uſque*: ſanata eſt filia illius ex illa hora (40).

Feria II. *ad S. Clementem*. Sec. Johannem *Cap*. XXXIX. Dixit Jeſus turbis Judaeorum: ego vado, & quaereris: *uſque*: quae placita ſunt ei, facio ſemper.

Feria III. *ad S. Balbinam*. Sec. Matthaeum *Cap*. CCXXVII. Locutus eſt Jeſus ad turbas, & diſcipulos: *uſque*: qui ſe humiliat, exaltabitur.

Feria IV. *ad S. Caeciliam*. Secundum Matthaeum *Cap*. CCI. Aſcendit Jeſus Hieroſolimam, aſſumpſit 12. diſcipulos: *uſque*: & daret animam ſuam redemptionem pro multis.

Feria V. *ad S. Mariam Trans Tiberim*. Sec. Ioh. *Cap*. XLI. Dixit Jeſus turbis Judaeorum. Non poſſum ego a me ipſo facere quicquam: *uſque*: de me enim ille ſcripſit (41).

Feria VI. *ad S. Vitalem* (42). Sec. Math. *Cap*. CCXIX. Dixit Jeſus diſcipulis ſuis, & turbis Judaeorum. Homo erat pater familias, qui plantavit vineam: *uſque*: quem ſicut propheta eum habebunt.

Sabb. ad S. Marcellinum, & Petrum. Sec. Luc. *Cap* CXC. Dixit Jeſus Scribis, & Phariſaeis. Homo quidam habuit duos filios: *uſque*: perierat & inventus eſt.

Dominic. III. *in Quadrageſ. ad S. Lauren*. Sec. Luc. *Cap*. CXXVI. Erat Ieſus eiiciens daemonium, & illud erat mutum: *uſque*: qui audiunt verbum Dei, & cuſtodiunt illud.

Feria II. *ad S. Marcum*. Secundum Lucam. *Cap*. XX. Dixerunt Phariſaei ad Ieſum: Quanta audivimus facta in Capharnaum: *uſque*: ipſe autem tranſiens per medium illorum ibat.

Fer. III. *ad S. Potentianam* (43). Secund. Math. *Cap*. CLXXXIII. Reſpiciens Ieſus diſcipulos ſuos, dixit Symoni Petro. Si peccaverit in te frater tuus: *uſque*: ſeptuagies ſepties.

Fer. IV. *ad S. Xiſtum*. Sec. Matth. *Cap* CLIV. Acceſſerunt ad Ieſum ab Hieroſolimis: *uſque*: non lotis (44) manibus manducare non coinquinat hominem.

Fer. V. *ad SS. Coſmam, & Damianum*. Sec. Joh. *Cap*. LII. Dixit Ieſus turbis. Operamini non cibum, qui perit: *uſque*: non ſitiet unquam. (45).

Fer. VI. *ad S. Laurentium in Lucinae*. Sec. Joh. *Cap*. XXXIII. Ieſus fatigatus ex itinere ſedebat ſuper fontem: *uſque*: quia hic eſt Salvator mundi.

Sabb. ad Sanctam Suſannam. Sec. Johan. *Cap*. LXXXVI. Perrexit Ieſus

---

(40) Hoc ipſum Evangelium in vetuſtiſſimo *Vaticano* Codice, & alio Reginae *Sueciae* reperit *Thomaſius*, et ſi in illis, quemadmodum in noſtro, Dominica VACAT inſcribitur, ea de cauſſa, quam idem doctiſſ. Cardin. adfert.

(41) Alii Codices aliud Evangelium huic diei adſignant, quibus & *Lucenſis* noſter adcedit, ut vidimus. At hic *Florentinus* cum primo *Barberino Vercoſi* conſentit.

(42) *In Veſtinae*, ajebat Capitulars *Lucenſe*. Sunt tamen alii Codices, qui pro antiquiore illo nomine cum noſtro S. *Vitalem* deſignant, ut *Vaticanae* Baſilicae Evangeliarium, & aliud *Vallicellanum*.

(43) lege *Pudentianam*.

(44) *non lotis autem*, alii.

(45) Varia hoc die fuit in Evangelii praeſcribenda lectione diſciplina. Adiſis *Thomaſium* (p. 450.). *Barberinus* primus Codex noſtro adhaeret.

ſus in montem Oliveti & diluculo : *uſque* : vade, & amplius jam (46) noli peccare.

Dominic. media Quadrag. (47) *ad Jeruſalem*. Sec. Ioh. *Cap.* XLVI. Abiit Ieſus trans mare Galilaeae : *uſque* : quia hic eſt vere Propheta, qui venturus eſt in mundum.

Fer. II. ad SS. quatuor Coronatos. Sec. Ioh. *Cap.* XX. Prope erat Paſcha Iudaeorum, & aſcendit : *uſque* : enim ſciebat quid eſſet in homine.

Fer. III. ad S. Laurentium in titulo Damaſi. Sec. Iohan. *Cap.* LXXV. Iam die feſto mediante aſcendit Ieſus : *uſque* : de turba autem multi crediderunt in eum.

Fer. IV. ad S. Paullum. Sec. Iohan. LXXXIX. Praeteriens Ieſus vidit hominem coecum : *uſque* : & procidens adoravit eum :

Fer. V. ad S. Silveſtrum. Sec. Iohan. *Cap.* XXXIX. Dixit Ieſus turbis Iudaeorum : Pater meus : *uſque* : modo operatur (48).

Fer. VI. ad S. Euſebium. Sec. Iohan. *Cap.* XCIV. Erat quidam languens Lazarus a Bethania : *uſque* : & crediderunt in eum.

Sabb. ad S. Laurentium in Mediana. Sec. Joannem *Cap.* LXXXVI. Dicebat Ieſus turbis Phariſaeorum. Ego ſum lux mundi : *uſque* : quia nondum venerat hora ejus.

Dominica de Paſſione ad S. Petrum. Sec. Ioh. *Cap.* LXXXIX. Dicebat Ieſus turbis Iudaeorum, & principibus Sacerdotum. Quis ex vobis arguet me de peccato ? *uſque* : Ieſus autem abſcondit ſe, & exivit de templo.

Fer. II. ad S. Griſogonum. Sec. Iohan. *Cap.* LXXIX. Miſerunt principes, & Phariſaei miniſtros : *uſque* : quem accepturi erant credentes in eum.

Fer. III. ad S. Ciriacum. Sec. Iohan. *Cap.* LXXV. Ambulans Ieſus in Galilaea : *uſque* : propter metum Iudaeorum.

Fer. IV. ad S. Marcellum. Sec. Ioh. *Cap.* XCII. Facta ſunt encaenia in Hieroſolimis : *uſque* : quia in me eſt pater, & ego in patre.

Fer. V. ad S. Apolinarem. Sec. Iohan. *Cap.* LXXII. Cum audiſſet quidam de turba ſermones Ieſu : *uſque* : reverſi ſunt unuſquiſque in domum ſuam.

Fer. VI. ad Sanctum Stephanum. Sec. Iohan. *Cap.* XCIV. collegerunt Pontifices, & Phariſaei conſilium : *uſque* : & ibi morabatur cum diſcipulis ſuis.

Sabb. Vacat, quando eleemoſina datur. Sec. Iohan. *Cap.* LXVI. Dixit Ieſus turbis Iudaeorum : amen amen dico vobis, niſi manducaveritis carnem filii hominis : *uſque* : hic enim erat traditurus eum, cum eſſet unus ex duodecim.

Dominic. in palma. Statio ad Lateranum. Legitur Paſſio Domini Sec. Matth. *Cap.* CCLXXIV. Dixit Ieſus diſcipulis ſuis : Scitis, quia poſt biduum Paſcha fiet : *uſque* : ſignantes lapidem cum cuſtodibus.

Fer.

(46) redundat particula *jam*. Alii ſaltem Codices illam ſilent.

(47) Etiam Codex *Palatinus mediam* vocat hancce dominicam.

(48) Error hic Amanuenſis eſt: lege uſque *in reſurrectionem judicii*. Hoc ipſum Evangelium, aliis aliud praeſcribentibus Codicibus, exhibet primus ex duobus *Barberinis Vaticanis*.

Fer. II. *ad SS. Nereum, & Achilleum*. Sec. Iohan. *Cap*. XCVII. Ante ſex dies Paſchae venit Ieſus Bethaniam: *uſque*: & abiit, & abſcondit ſe ab eis.

Fer. III. *ad Sanctam Priſcam legitur Paſſio Domini* ſecundum Marcum *Cap*. CLVI. Erat autem Paſcha, & azyma poſt biduum: *uſque*: & advolvit lapidem ad oſtium monumenti (49). *Eodem die Evangelio* Secund. Iohan. *Cap*. CXVIII. Dixit Ieſus diſcipulis ſuis: amen amen dico vobis: non eſt ſervus major domino ſuo: *uſque*: & continuo glorificabit eum.

Fer. IV. *ad Sanctam Mariam. Legitur Paſſio Domini*. Sec. Luc. *Cap*. CCLX. appropinquabat autem dies feſtus azymorum: *uſque*: in quo nondum quiſquam poſitus fuerat.

Fer. V. *in Coena Domini ad Lateran. ubi chriſma conficitur*. Sec. Ioh. *Cap*. CXII. Sciens Ieſus, quia venit ejus hora: *uſque*: quemadmodum feci vobis, ita & vos faciatis.

Feria VI. *in Paraſceven in Baſilica Jeruſalem. Legitur Paſſio Domini* Sec. Iohan. *Cap*. CLVI. Egreſſus eſt Jeſus cum diſcipulis ſuis trans torrentem cedron: *uſque*: quia juxta erat monumentum, ubi poſuerunt eum.

Sabb. Sancto ad Lateran. Sec. Matth. *Cap*. CCCLII. Veſpere autem Sabbati, quae luceſcit in prima Sabbati: *uſque*: ibi eum videbitis; ecce praedixi vobis.

Dominica Sancta. Statio ad Sanctam Mariam Majorem in Praeſepe. Sec. Marc. *Cap*. CCXXX. Maria Magdalene, & Maria Iacobi, & Salome emerunt aromata: *uſque*: ibi eum videbitis, ſicut dixi (50) vobis.

Feria II. *ad S. Petrum*. Sec. Luc. *Cap*. CCCXXXIX. Exeuntes duo ex diſcipulis Jeſu: *uſque*: & quomodo cognoverunt eum in fractione panis.

Feria III. *ad S. Paullum*. Secundum Lucam *Cap*. CCCXL. Stetit Ieſus in medio diſcipulorum ſuorum: *uſque*: & remiſſionem peccatorum in omnes gentes.

Feria IV. *ad S. Laurentium*. Sec. Iohan. *Cap*. CCXIX. manifeſtavit ſe Ieſus ad mare Tiberiadis: *uſque*: eum ſurrexiſſe a mortuis.

Feria V. *ad Apoſtolos*. Sec. Iohan. *Cap*. CCXI. Maria ſtabat ad monumentum foris plorans: *uſque*: quia vidi Dominum, & haec dixit mihi.

Fer. VI. *ad S. Mariam ad Martyres*. Secundum Mattheaum *Cap*. CCCLV. undecim diſcipuli abierunt in Galilaeam: *uſque*: ad conſummationem Saeculi.

Sabb. ad Lateran. Secundum Johannem *Cap*. CCIX. Una Sabbati Maria Magdalene venit mane, cum adhuc tenebrae: *uſque*: a mortuis reſurgere.

Dominica octava Paſchae. Secundum Johannem *Cap*. CCXIII. Cum eſſet ſero die illo una Sabbatorum: *uſque*: & ut credentes vitam habeatis in nomine ejus.

Feria IV. Secundum Marcum *Cap*. CCXXXIII. Exurgens (51) au-

(49) Vetuſtiora Capitularia Paſſionem S. *Marci* praetereunt. Noſter & heic *Barberino* primo conſonat.

(50) al. *dixit*.

(51) al. *ſurgens*.

autem mane prima Sabbati: *uſque*: & illi euntes nuntiaverunt caeteris.

Feria VI. Sec. Matth. *Cap.* CCCLIV. Exierunt mulieres de monumento cum timore: *uſque*: in hodiernum diem.

In Paſcha annotina. Sec. Joh. *Cap.* XXIV. Erat homo ex phariſaeis Nicodemus nomine: *uſque*: qui credit in ipſo, non pereat, ſed habeat vitam aeternam.

Dominica poſt oct. Paſchae (52). Sec. Iohan. *Cap.* LXXXIX. Dixit Jeſus diſcipulis ſuis, ego ſum paſtor bonus: *uſque*: & fiet unum ovile, & unus paſtor.

Feria IV. Sec. Luc. *Cap.* CCCXXXVI. Una Sabbati valde diluculo: *uſque*: quo factum fuerat.

Feria VI. Sec. Matth. *Cap.* LXXIII. Acceſſerunt ad Ieſum diſcipuli Iohannis dicentes, quare nos & Phariſaei jejunamus: *uſque*: & ambo conſervabuntur.

Dominica II. poſt oct. Paſchae. Sec. Iohan. *Cap.* CXLIX. Dixit Ieſus diſcipulis ſuis modicum, & jam non videbitis me: *uſque*: & gaudium veſtrum nemo tollat a vobis.

Fer. IV. Sec. Iohan. *Cap.* XXVII. facta eſt quaeſtio ex diſcipulis Iohannis cum Iudaeis: *uſque*: ira Dei manet ſuper eum (53).

Fer. VI. Sec. Iohan. *Cap.* CXII. Dixit Jeſus turbis Iudaeorum: ego lux mundi: *uſque*: ſicut dixit mihi Pater, ſic loquor.

Dominica III. poſt oct. Paſchae. Sec. Iohan. *Cap.* CXLVII. Dixit Jeſus diſcipulis ſuis: vado ad eum, qui me miſit: *uſque*: quia de meo accipiet, & adnuntiabit vobis.

Fer. IV. Sec. Iohan. *Cap.* CLIII. Reſpiciens Jeſus in diſcipulos ſuos dicens: Pater Sancte ſerva eos nomine tuo: *uſque*: ſicut & ego non ſum de mundo (54).

Fer. VI. Sec. Iohan. *Cap.* CXXV. Dixit diſcipulis ſuis: filioli adhuc modicum vobiſcum ſum: *uſque*: ſequeris autem poſtea (55).

Dominica IV. *poſt oct. Paſchae*. Sec. Ioh. *Cap.* CL. Dixit Ieſus diſcipulis ſuis: amen amen dico vobis, ſi quid petieritis patrem in nomine meo, dabit vobis: *uſque*: qui in hoc credimus, quia a Deo exiſti.

MENSE APRILI.

Die XIV. *Menſe ſupraſcripto natale SS. Tiburtii, Valeriani, & Maximi*. Sec. Iohan. *Cap.* CXXXIV. Dixit Jeſus diſcipulis ſuis: hoc eſt praeceptum meum, ut diligatis: *uſque*: petieritis patrem in nomine meo, det vobis.

Die XXIV. *menſe ſupraſcripto Natale S. Georgii*. Sec. Luc. *Cap.* CCLI. Dixit Jeſus diſcipulis ſuis: ponite in cordibus veſtris: *uſque*: poſſidebitis animas veſtras.

(52) Al. II., nempe poſt Paſcha.

(53) in hujus, & ſequentis Feriae lectione noſter *Barberino* primo Codici inhaeret.

(54) *Barberino* primo heic etiam concinit; ſed quod ad extrema verba adtinet, ab eo diſſentit, cum *Palatino* autem conſonat.

(55) Heic iterum ad *Barberinum* illum Codicem adcedit.

Die XXV. *ſuprascripto Letania majore*. Sec. Luc. *Cap.* CXXIV. Dixit Ieſus diſcipulis ſuis, quis veſtrum habebit amicum: *uſque*: dabit ſpiritum bonum petentibus ſe.

Fer. III. Sec. Iohan. *Cap.* CLIII. Reſpiciens Ieſus diſcipulis ſuis dixit, Pater S. ſerva eos: *uſque*: ſed ut ſerves a malo.

Die XXIX. (56) *menſe ſuprascripto. Natale S. Vitalis*. Sec. Iohan. *Cap.* XXXII. dixit Jeſus diſcipulis ſuis: ego ſum vitis vera, & pater meus agricola: *uſque*: quodcumque volueritis, petetis, & fiet vobis.

MENSE MAIO.

Kal. Maj. Natale Apoſtol. Philippi, & Jacobi. Sec. Iohan. *Cap.* CXXVII. Dixit Jeſus diſcipulis ſuis: non turbetur cor veſtrum: *uſque*: quodcumque petieritis in nomine meo, hoc faciam.

Die III. *menſe ſuprascripto. Natale SS. Alexandri, Eventi, & Iuvenalis* (57). Sec. Iohan. Cap. CXXXVIII. Dixit Jeſus diſcipulis ſuis: haec mando vobis, ut diligatis invicem: *uſque*: qui oderunt me gratis.

Feria VI. Sec. Iohan. *Cap.* CXI. Dixit Ieſus diſcipulis ſuis: qui credit in me: *uſque*: ſicut dixit mihi Pater, ſic loquor.

Die X *menſe ſuprascripto. Nat. SS. Gordiani, & Epimachi*. Sec. Matth. XCV. Dixit Jeſus diſcipulis ſuis: nolite arbitrari, quia veni pacem mittere: *uſque*: non perdet mercedem ſuam.

Die XII. *menſe ſuprascr. Nat. SS. Nerei, & Achillei, & Pancratii*. Sec. Matth. *Cap.* CLXXXIX. Acceſſerunt ad Jeſum Phariſaei temptantes: *uſque*: non omnes capiunt verbum iſtud, ſed quibus datum eſt.

Die XIII. *menſ. ſuprascr. Dedic. Eccleſiae Sanctae Mariae ad Martyres*. Sec. Luc. *Cap.* LX. Dixit Ieſus diſcipulis ſuis: non eſt enim arbor bona, quae facit fructus malos: *uſque*: fundata enim erat ſuper petram.

Die XIX. *menſe ſuprascr. Nat. Sanctae Pudentianae*. Sec. Matth. *Cap.* CXL. Dixit Ieſus diſcipulis ſuis parabolam hanc: Simile eſt regnum coelorum theſauro abſcondito: *uſque*: nova & vetera.

Die XXV. *menſe ſuprascr. Natal. S. Urbani Conf. Pontif. via Appia*. Secundum Matth. *Cap.* CCLXIII. Dixit Ieſus diſcipulis ſuis. Vigilate ergo: *uſque*: ſuper omnia bona ſua conſtituet eum.

In Vigil. de Aſcenſione Domini. Sec. Iohan. *Cap.* CLIII. Sublevatis oculis Ieſus in coelum dixit: *uſque*: ii in mundo ſunt, & ego ad te venio.

In die Aſcenſionis Domini ad S. Petrum Sec. Marcum *Cap.* CCXXXIV. Noviſſime recumbentibus undecim diſcipulis: *uſque*: ſequentibus ſignis.

Fer. VI. Sec. Lucam *Cap.* CCCXLII. Dixit Ieſus diſcipulis ſuis: Ecce ego mitto promiſſum Patris mei: *uſque*: benedicentes, & laudantes Deum.

Dominica I. *poſt Aſcenſ. Domini*. Sec. Iohan. *Cap.* CXLV. Dixit Ieſus diſcipulis ſuis, cum venerit Paraclitus: *uſque*: quia ego dixi vobis.

Fer. IV. Sec. Iohan. *Cap.* CXXXIII. Dixit Ieſus diſcipulis ſuis, ſi man-

---

(56) al. *die* XXVIII., ſed tamen *Barberinus* noſtrum codicem ſua tuetur vetuſtate, atque auctoritate.

(57) *Juvenalem* alii Codices tacent; *Palatinus* nominat.

manſeritis in me: *uſque*: & gaudium veſtrum impletum eſt.

Feria VI. Sec. Iohan. *Cap.* CLI. Dixit Ieſus diſcipulis ſuis: qui credit in me, non credit in me, ſed in eum, qui miſit me; *uſque*: ſicut dixit mihi Pater, ſic loquor.

Sabb. in Vigilia Pentecoſten. Sec. Iohan. *Cap.* CXXVIII. Si diligitis me, mandata: *uſque*: & manifeſtabo ei me ipſum.

In die Sancto Pentecoſten ad S. Petrum. Sec. Iohan *Cap.* CXXX. Si quis diligit me, ſermonem meum ſervabit: *uſque*: ſicut mandatum dedit mihi Pater, ſic faciam.

Fer. II. *ad S. Petrum ad vincula*. Sec. Iohan. *Cap.* XXIV. Dixit Ieſus diſcipulis ſuis: Sic enim dilexit Deus mundum, ut filium: *uſque*: opera ejus, quia in Deo ſunt facta.

Feria III. *ad S. Anaſtaſiam*. Sec. Iohan. *Cap.* LXXXIX Dixit Ieſus diſcipulis ſuis: amen amen dico vobis, qui non intrat per oſtium: *uſque*: & abundantius habeant.

Fer. IV. *ad S. Mariam*. Sec. Iohan. *Cap.* LX. Dixit Ieſus turbis Iudaeorum: nemo poteſt venire ad me: *uſque*: caro mea eſt pro mundi vita.

Fer. V. Sec. Luc. *Cap.* LXXXVI. Convocatis Ieſus duodecim Apoſtolis & dedit: *uſque*: evangelizantes & curantes ubique.

Fer. VI. *ad Apoſtolos.* Sec. Luc. factum eſt in una dierum, & ipſe Ieſus: *uſque*: quia vidimus mirabilia hodie.

Sabb. in XII. Lect. ad S. Petrum. Sec. Matth. *Cap.* CCV. Egrediente Ieſu ab Hierico, & ſecuta eſt eum turba multa: *uſque*: ſecuti ſunt eum.

In oct. Pentecoſten. Sec. Iohan. *Cap* CLIII. Subievatis Ieſus oculis in coelum (58) dixit: Pater ſanctifica eos. *Eodem die* (59). Erat homo ex Phariſaeis Nicodemus nomine: *uſque*: ſed habeat vitam aeternam.

Fer. IV. Sec. Luc. *Cap.* XLVIII. Dixit Ieſus diſcipulis ſuis: cum inducent vos in ſynagogas: *uſque*: ſic eſt, qui ſibi theſaurizat, & non eſt in Deum dives (60).

Fer. VI. Sec. Luc. *Cap.* CCXLIII. Acceſſerunt ad Ieſum quidam Sadducaeorum, qui negant eſſe: *uſque*: & non audebant eum quicquam interrogare.

MENSE JVNIO.

Die II. *menſe ſupraſcr. Nat. SS. Marcellini, & Petri*. Sec. Luc. *Cap.* CCXLIX. Dixit Ieſus diſcipulis ſuis: cum audieritis praelia: *uſque*: in patientia veſtra poſſidebitis animas veſtras.

Die VIII. (61) *menſe ſupraſcr. Nat. SS. Primi, & Feliciani*. Sec. Ioh. *Cap.* CXXXIV. Hoc eſt praeceptum meum, ut diligatis: *uſque*: det vobis.

Rr 2 *Die*

(58) *Barberinus* Codex, & alii: *Reſpiciens Jeſus diſcipulos ſuos*.

(59) Singularis heic eſt noſter Codex, duas Miſſas exhibens hoc die.

(60) octo omnino varias Evangelii lectiones hoc die in Codicibus legimus. *Barberinus* primus noſtri lectionem exhibet, quemadmodum & Feria VI. imo cum noſtro nullam *Sabbati* mentionem facit.

(61) al. IX.

Die XIV. *menſe ſupraſcrip. Nat. S. Feliculae*. Sec. Matth. *Cap*. CXL. Dixit Ieſus diſcipulis ſuis parabolam hanc: Simile eſt regnum coelorum theſauro: *uſque*: nova & vetera.

Die XIX. *Menſe ſupraſcrip. Nat. SS. Gervaſii, & Prothaſii*: Sec. Marc. *Cap*. CXXXVII. Egrediente Ieſu de templo: *uſque*: in finem hic ſalvus erit.

Die XXIII. *menſe ſupraſcr. Vig. S. Johan. Baptiſtae*. Sec. Luc. *Cap*. I. Fuit in diebus Herodis regis: *uſque*: parare Domino plebem perfectam.

Die XXIV. *menſe ſupraſcripto. Natale Sancti Johannis Baptiſtae. In prima miſſa*. Sec. Luc. *Cap*. III. In illo tempore dixit Zacharias ad Angelum: unde hoc ſciam? *uſque*: auferre obbrobrium meum inter homines. *Item in eodem die ad Miſſam majorem*. Sec. Luc. *Cap*. III. Heliſabet impletum eſt tempus pariendi: *uſque*: redemptionem plebis ſuae.

Die XXVI. *Menſis ſupraſcript. Natale Sanctorum Johan. & Paulli*. Sec. Lucam. *Cap*. CXLIV. Dixit Ieſus diſcipulis ſuis, attendite a fermento phariſaeorum: *uſque*: coram Angelis Dei, qui eſt in coelis.

Die XXVIII. *menſis ſupraſcript. Vigilia Apoſt. Petri, & Paulli*. Secundum Iohannem. *Cap*. CCXXVI. Dixit Ieſus Petro. Simon Iohannis diligis me plus his? *uſque*: clarificaturus eſſet Deum.

Die XXIX. *Natale Sanctorum ſupradictorum*. Sec. Matth. *Cap*. CLXVI. Venit Ieſus in partes Caeſaraeae Philippi: *uſque*: erit ſolutum & in coelis.

Die XXX *menſis ſupraſcript. ad Sanctum Paullum*. Sec. Matth. *Cap*. CXCV. Dixit Simon Petrus ad Ieſum: *uſque*: vitam aeternam poſſidebit.

MENSE JULIO.

Die II. *menſis Iulii. Natale Sanctorum Proceſſi, & Martiniani*. Sec. Matth. *Cap*. CCXLIII. Sedente Ieſu ſupra montem Oliveti: *uſque*: hic ſalvus erit.

In octava Apoſtolorum. Sec. Matthaeum. *Cap*. CXLVIII. Iuſſit Ieſus diſcipulos ſuos adſcendere in naviculam. *uſque*: vere filius Dei es.

Die X. *Menſ. ſupraſcrip. natale Sanct. Septem Fratrum*. Sec. Matth. *Cap*. XXIV. Videns turbas Ieſus adſcendit in montem: *uſque*: copioſa eſt in coelis.

Prima Miſſa ad Aquilone, ſecunda ad Sanct. Alexandrum. Sec. Lucam. *Cap*. CXXXIII. Dixit Ieſus diſcipulis ſuis nemo accendit lucernam, & in abſconditum ponit: *uſque*: ſicut lucerna fulgoris illuminabit te.

Item ad Sanctam Felicitatem. Sec. Matthaeum. *Cap*. CXXX. Loquente Ieſu ad turbas, ecce Mater ejus, & Fratres: *uſque*: meus Frater, Soror, & Mater eſt.

Die XV. *menſ. Iulii*. Nat. Sanct. Cyriaci (62).

Die XXI. *menſ. Iulii Sanctae Praxedis*. Sec. Matth. *Cap*. CXL. Dixit Ieſus diſcipulis ſuis parabolam hanc, Simile eſt regnum coelorum theſauro: *uſque*: nova & vetera.

Die

(62) Cetera Amanuenſis omiſit ſatis oſcitanter.

Die XXIII. *menſ. Iulii. Nat. S. Apolenaris*. Sec. Luc. *Cap.* CCLXX. Facta eſt contentio inter diſcipulos: *uſque*: tribus Iſdrael.

Die XXX. *menſ. Iulii. Natal. SS. Abdon, & Sennes*. Sec. Iohann. *Cap.* CXXXIV. Hoc eſt praeceptum meum, ut diligatis invicem: *uſque*: oderunt me gratis.

Die XXIX. (63) *menſ. Iulii. Nat. SS. Felicis, Simplicii, Fauſtini, & Beatricis*. Sec. Luc. *Cap.* CLIV. Dixit Ieſus diſcipulis ſuis: ſint lumbi veſtri praecincti, & lucernae: *uſque*: filius hominis venit.

MENSE AVGVSTI.

Menſe Auguſti ad Vincula. Sec. Matth. *Cap.* CXLVIII. Juſſit Ieſus diſcipulos ſuos adſcendere: *uſque*: vere filius Dei es.

Die II. *menſis Aug. Nat. S. Stephani Pontificis*. Sec. Luc. *Cap.* CCXXVIII. Dixit Ieſus diſcipulis ſuis parabolam hanc: homo quidam nobilis abiit in regionem longinquam: *uſque*: omni habenti dabitur, & abundabit.

Die V. *menſ. Aug. Nat. SS. Xiſti, Feliciſſimi, & Agapiti*. Sec. Matth. *Cap.* LXXXVI. Dixit Ieſus diſcipulis ſuis: ego mitto vos ſicut oves in medio luporum: *uſque*: in finem hic ſalvus erit.

Die VIII. *menſ. Aug. Nat. S. Ciriaci*. Sec. Matth. *Cap.* XCII. Dixit Ieſus diſcipulis ſuis: nihil opertum, quod non reveletur (64): *uſque*: coram Patre meo, qui eſt in coelis.

Die IX. *menſ. Aug. Vig. S. Laurentii*. Sec. Matth. *Cap.* CLXX. Dixit Ieſus diſcipulis ſuis. Si quis vult venire poſt me, abneget: *uſque*: filium hominis venientem in regno ſuo.

Die X. *menſ. Aug. Nat. S. Laurentii ad 1. Miſſam*. Secund. Matth. *Cap.* XCVI. Dixit Ieſus diſcipulis ſuis: qui amat patrem, aut matrem: *uſque*: non perdet mercedem ſuam.

Die ſupraſcripto ad Miſſam majorem. Sec. Iohan. *Cap.* CIV. Dixit Ieſus diſcipulis ſuis, niſi granum frumenti: *uſque*: Pater meus, qui eſt in Coelis.

Die XI. *menſ. Aug. Nat. Sancti Tiburtii*. Sec. Iohan. *Cap.* CCXXXIV. Dixit Ieſus diſcipulis ſuis, hoc eſt praeceptum meum, ut diligatis: *uſque*: in nomine meo det vobis.

Die ſupraſcr. Nat. S. Suſannae. Secundum Matthaeum *Cap.* CXL. Dixit Ieſus diſcipulis ſuis parabolam hanc: Simile eſt regnum Coelorum theſauro abſcondito: *uſque*: nova & vetera.

Die XII. *menſ. Aug. Nat. S. Epuli* (65). Sec. Johan. *Cap.* CXLIX. Dixit Ieſus diſcipulis ſuis: amen amen dico vobis, quia plorabitis: *uſque*: in nomine meo dabit vobis.

Die XIII. *menſ. Aug. Nat. S. Ipoliti* (ſic). Sec. Luc. *Cap.* CXLIV. Dixit Ieſus diſcipulis ſuis: attendite a fermento phariſaeorum: *uſque*: coram Angelis Dei.

Die

(63) aliud oſcitantiae argumentum: Nam hoſce Sanctos praeponere debuerat Scriptor SS. *Abdon* & *Sennen*.

(64) al. *revelabitur*.

(65) L. *Eupli*.

Die XIV. *menſ. Aug. Nat. S. Euſebii* . Sec. Matth. *Cap.* CCLXIII. Dixit Ieſus diſcipulis ſuis: vigilate, quia neſcitis: *uſque* : ſuper omnia bona ſua conſtituet eum.

Die XV. *menſ. Aug. Aſſumptio Sanctae Mariae* . Sec. Luc. *Cap.* CXXII. Introivit Ieſus in quoddam Caſtellum: *uſque* : non auferetur ab ea.

Die XXII. *menſ. Aug Nat. S. Timothei ad Beatum Paullum Apoſtolum*. Sec. Lucam. *Cap* CLXXXII. Dixit Ieſus diſcipulis ſuis. Si quis venit ad me: *uſque*: qui habet aures audiendi audiat.

Die XXV. *menſ. Aug. Nat. S. Geneſii* . Sec. Marc. *Cap.* CXXXVIII. Dixit Ieſus diſcipulis ſuis: videte, ne quis vos ſeducat: *uſque*: in finem hic ſalvus erit.

Die XXIX. *menſis Aug. Nat. S. Hermetis* . Sec. Lucam. *Cap.* XLV. Deſcendens Ieſus de Monte ſtetit in loco campeſtri: *uſque*: enim merces veſtra copioſa eſt in coelis.

Die XXIX. *Menſis Aug. Nat. Sanctae Savinae* . Sec. Matth. *Cap.* CXL. Dixit Ieſus diſcipulis ſuis parabolam hanc: Simile eſt regnum Coelorum theſauro: *uſque*: nova, & vetera.

Die XXIX. *Menſ. Aug. Decollatio S. Johannis Baptiſtae* . Sec. Marcum *Cap.* LIX. Miſit Herodes, & tenuit Iohannem: *uſque* : & poſuerunt illud in monumento.

MENSE SEPTEMBRIS.

Die VIII. *Menſis ſupraſcripti . Nativitas S. Mariae* . Sec. Matth. *Cap.* I. Liber Generationis Ieſu Chriſti: *uſque* : Ieſus qui vocatur Chriſtus.

Eodem die . Exurgens Maria abiit in montana: *uſque*: in Deo ſalutari meo (66).

Die ſupraſcripto . Natale S. Adriani . Sec. Johan. *Cap.* CXXXII. Dixit Jeſus diſcipulis ſuis: Ego ſum vitis vera: *uſque*: gaudium veſtrum impleatur.

Die XI. *menſis ſupraſcripti. Natale Sanctorum Prothi, & Jacincti* . (67) Sec. Matth. *Cap.* LXXXIX. Dixit Jeſus diſcipulis ſuis: cum perſequentur vos in civitate iſta: *uſque*: confitebor eum coram Patre meo.

Die XIV. *menſis ſupraſcripti. Natale S. Cornelii, & Cypriani* . Sec. Luc. *Cap.* CXL. Dicebat Jeſus turbis Phariſaeorum, & principibus Iudaeorum: vae vobis, qui aedificatis: *uſque*: accuſarent eum.

Die ſupraſcripto. Exaltatio Sanctae Crucis . Sec. Ioh. *Cap.* XXIV. Erat homo ex Phariſaeis: *uſque*: ſed habeat vitam aeternam.

Die XV. *menſ. Sept. Nat. S. Nicomedis* . Sec. Luc. *Cap.* XCVI. Dixit Jeſus diſcipulis ſuis: ſi quis vult poſt me venire: *uſque*: donec videant regnum Dei.

Die XVI. *menſ. Sept. Natale SS. Luciae, & Euphemiae* . Secund. Matth. *Cap.* GXL. Dixit Jeſus diſcipulis ſuis: ſimile eſt regnum Coelorum theſauro: *uſque*: nova & vetera.

Die XX. *menſ. Sept. S. Euſtachii* . Sec. Luc. *Cap.* CLIV. Dixit Ieſus diſcipulis ſuis: ſint lumbi veſtri praecincti: *uſque*: filius hominis venit.

Die

---

(66) Quid hoc? duplexne Miſſa hoc die?

(67) Secundum Matthaeum.

Die XXVII. *menſ. Sept. Natale SS. Coſmae, & Damiani*. Sec. Iohann. *Cap.* CXXXVIII. Dixit Ieſus diſcipulis ſuis. Haec mando vobis, ut diligatis invicem: *uſque*: qui oderunt me gratis.

Die XXIX. *menſ. Sept. Dedicatio Eccleſiae S. Michaelis Archangeli*. Sec. Matth. *Cap.* CLXXXVIII. Acceſſerunt diſcipuli ad Ieſum: dicentes, quis putas major eſt in regno: *uſque*: ſemper vident faciem Patris mei, qui in Coelis eſt.

MENSE OCTOBRI.

Die VII. *menſ. Oct. Nat. S. Marci Papae*. Sec. Matth. *Cap.* CCLXIX. Dixit Ieſus diſcipulis ſuis parabolam hanc: homo quidam peregre proficiſcens: *uſque*: intra in gaudium Domini tui.

Die XIV. *menſe Oct. Natale S. Caliſti Pontificis*. Sec. Matthaeum *Cap.* CCLXII. Dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Vigilate, quia neſcitis: *uſque*: conſtituet eum.

Die XXV. *menſ. Oct. Nat. SS. Chryſanthi*, & *Dariae*. Sec. Matth. *Cap.* CCXLIII. Dixit Jeſus diſcipulis ſuis, videte, ne quis vos ſeducat: *uſque*: in finem hic ſalvus erit.

MENSE NOVEMBRI.

Kal. Novemb. Natale S. Caeſarii, & omnium SS. Sec. Matth. *Cap.* XXIV. Videns Ieſus turbas adſcendit in montem: *uſque*: quoniam merces veſtra copioſa eſt in coelis.

Eodem die. (68) Dixit Jeſus diſcipulis ſuis, amen, amen dico vobis: niſi granum frumenti: *uſque*: Pater meus, qui eſt in coelis.

Die VIII. *menſis Nov. Natale SS. quatuor Coronatorum*. Sec. Luc. *Cap.* XLV. Deſcendens Jeſus de monte: *uſque*: copioſa eſt in coelis.

Die IX. *menſis Nov. Natale S. Theodori*. Sec. Luc. *Cap.* CCLIII. Dixit Ieſus diſcipulis ſuis: ponite in cordibus veſtris: *uſque*: poſſidebitis animas veſtras.

Die XI. *menſis Nov. Natale Sancti Mennae*. Sec. Luc. *Cap.* XCVII. Dixit Ieſus diſcipulis ſuis: ſi quis vult poſt me venire: *uſque*: donec videant regnum Dei.

Die XI. *menſ. Nov. Nat. S. Martini*. Sec. Luc. *Cap.* CLIV. Dixit Ieſus diſcipulis ſuis, ſint lumbi veſtri praecincti: *uſque*: filius hominis venit.

Die XXII. *menſis Nov. Nat. S. Caeciliae*. Sec. Matth. *Cap.* CCLXVIII. Dixit Ieſus diſcipulis ſuis parabolam hanc. Simile eſt regnum Coelorum decem Virginibus: *uſque*: quia neſcitis diem, neque horam.

Die XXIII. *menſis Nov. Natale S. Clementis*. Sec. Matth. *Cap.* CCLXIX. Dixit Jeſus diſcipulis ſuis: homo quidam peregre: *uſque*: intra in gaudium domini tui.

Die ſuprascripto. Natale Sanctae Felicitatis. Sec. Matt. *Cap.* CXXX. Loquente Ieſu ad turbas: *uſque*: Soror & Mater eſt.

Item alia. Sec. Luc. *Cap.* LXX. Dum perambularet Dominus, intravit in quoddam: *uſque*: non auferetur ab ea. Die

(68) Secundum Johannem.

Die XXIV. *menſis Nov. Natale S. Griſogoni*. Sec. Iohan. *Cap.* CXXXVIII. Dixit Ieſus diſcipulis ſuis. Haec mando vobis, ut diligatis invicem: *uſque*: qui oderunt me gratis.

Die XXIX. *menſis Nov. Natale S. Saturnini*. Sec. Marc. *Cap.* CXXXVIII. Dixit Ieſus diſcipulis ſuis: videte, ne quis vos ſeducat: *uſque*: hic ſalvus erit.

Eodem die Vigilia Sancti Andreae. Sec. Iohann. *Cap.* XVI. Stabat Iohannes, & diſcipuli ejus duo: *uſque*: deſcendentes ſuper filium hominis.

Die XXX. *menſis Nov. Natale S. Andreae*. Sec. Matth. *Cap.* XX. Ambulans Ieſus juxta mare Galilaeae: *uſque*: ſecuti ſunt eum.

Dominica VI. *poſt nat. S. Cypriani*. Sec. Ioh. *Cap.* XLIX. Cum ſublevaſſet Ieſus oculos, & vidiſſet: *uſque*: qui venturus eſt in mundo.

Fer. IV. Sec. Matt. *Cap.* LXVII. Cum veniſſet Ieſus in domum Symonis Petri: *uſque*: ſine mortuos ſepelire mortuos ſuos.

Fer. VI. Sec Luc. *Cap.* CXLIX. Dixit ad Ieſum quidam de turba: Magiſter: *uſque*: adicientur vobis.

DOMINICALES EVANGEL.

Dominica I. poſt octavam Pentecoſten. (69) Sec. Luc. *Cap* CXCVI. Dixit Ieſus Phariſaeis: homo quidam erat dives, & induebatur purpura: *uſque*: neque ſi quis ex mortuis reſurrexerit.

Fer. IV. Sec. Matth. *Cap.* XXXIII. Dixit Ieſus diſcipulis ſuis: nolite putare, quoniam veni ſolvere legem: *uſque*: regnum coelorum.

Fer. VI. Sec. Luc. *Cap.* CXCVII. Dixit Ieſus diſcipulis ſuis, ut inveniant ſcandala: *uſque*: quod debuimus facere, fecimus.

Dominica II. poſt octavam Pentecoſten. Sec. Luc. *Cap.* CLXXXI. Dixit Ieſus ſimilitudinem hanc: homo quidam fecit coenam magnam: *uſque*: guſtabunt coenam meam.

Fer. IV. *ad Sanctam Mariam*. Sec. Luc. *Cap.* XCIII. Accedentes ad Ieſum diſcipuli dixerunt illi, dimitte turbam: *uſque*: ſatiati (70) ſunt.

Fer. VI. *ad Apoſtolos*. Sec. Luc. *Cap.* LXXXV. Venit ad Ieſum, cui nomen Iairus: *uſque*: quo factum fuerat.

Sabb. in XII. Lection. ad S. Petrum. Sec. Matth. *Cap.* CCV. Egrediente Ieſu ab Ierico ſecuta eſt eum turba multa: *uſque*: ſecuti ſunt eum.

Dominica III. poſt oct. Pentecoſt. Sec. Luc. *Cap.* CLXXXVI. Erant appropinquantes ad Ieſum publicani, & peccatores: *uſque*: poenitentiam agente.

Fer. IV. Sec. Matth. *Cap.* XXXVI. Dixit Ieſus diſcipulis ſuis. Eſto conſentiens adverſario tuo; *uſque*: quia totum corpus tuum eat in geenna.

Fer. VI. Sec. Marc. *Cap.* CXV. Cum introiſſet Ieſus Ieroſolimam in templum: *uſque*: quia quodcumque dixerit fiat, fiet ei.

Dominica IV. poſt oct. Pentec. Sec. Luc. *Cap.* LV. Dixit Ieſus diſcipulis ſuis, eſtote miſericordes, ſicut & Pater veſter: *uſque*: de oculo fratris tui.

Fer.

(69) Ita inſcribitur haec Dominica etiam in duobus Codicibus *Vallicellano*, & *Mutinenſi*.

(70) *Saturati* al.

Digitized by Google

Fer. IV. Sec. Matth. *Cap.* CCXVII. Cum veniſſet Jeſus in templum: *uſque*: in qua poteſtate haec facio.

Fer. VI. Sec. Matth. *Cap.* CLXXIII. Interrogaverunt Jeſum diſcipuli dicentes, quid ergo Scribae dicunt, quod Heliam: *uſque*: & curatus eſt puer ex illa hora.

Dominica V. poſt oct. Pentec. Sec. Luc *Cap.* XXIX. Cum turbae irruerent in Ieſum, ut audirent verbum Dei: *uſque*: relictis omnibus ſecuti ſunt eum.

Fer. IV. Sec. Marc. *Cap.* CVII. Cum egreſſus eſſet Ieſus in viam: *uſque*: veni ſequere me.

Feria VI. Sec. Luc. *Cap.* XXVI. Surgens Ieſus de Synagoga intravit in domum Simonis Petri: *uſque*: evangelizare regnum Dei.

Dom. VI. poſt oct. Pentec. Sec. Matt. *Cap.* XXV. Dixit Ieſus diſcipulis ſuis: amen dico vobis, quia niſi abundaverit juſtitia veſtra: *uſque*: & tunc veniens offeres munus tuum.

Fer. IV. Sec. Marc. *Cap.* LXXVII. Exierunt Phariſaei, & coeperunt conquirere cum eo: *uſque*: & miſit illum in domum ſuam.

Fer. VI. Sec. Marc. *Cap.* CVII. Cum egreſſus eſſet Ieſus in via, procurrens quidam genuflexo: *uſque*: ſequere me.

Sabb. Sec. Marc. *Cap.* LXVII. Venis Ieſus in regionem Gereſanorum: *uſque*: & mirabantur.

Dom. VII. poſt oct. Pentec. Sec. Marc. *Cap.* LXXVI. Cum multa turba eſſet (*cum*) Ieſu, nec haberent, quod manducarent: *uſque*: quaſi quatuor millia, & dimiſit eos.

Fer. IV. Sec. Matth. *Cap.* CLXI. Acceſſerunt ad Ieſum Phariſaei, & Sadducaei tentantes, ut ſig.: *uſque*: a doctrina Phariſaeorum, & Iudaeorum (Sadducaeorum.)

Fer. VI. Sec. Marc. (immo Matthaeum) *Cap.* CXIV. Abiit Ieſus per ſata Sabbato, diſcipuli autem: *uſque*: condempnaviſſetis innocentes.

Sabbato Sec. Luc. *Cap.* XCVIII. Deſcendente Ieſu de monte cum diſcipulis occurrerunt: *uſque*: reddidit illum patri ejus.

Dom. VIII. poſt oct. Pentec. Sec. Matth. *Cap.* LVI. Dixit Ieſus diſcipulis ſuis: attendite a falſis Prophetis, qui veniunt ad vos: *uſque*: intrabit in regnum coelorum.

Fer. IV. Sec. Marc. *Cap.* XCVII. Dixit Iohannes ad Ieſum: Magiſter vidimus quemdam in nomine tuo daemonia eiicere: *uſque*: & ignis non extinguetur.

Fer. VI. Sec. Matth. *Cap.* CCXXII. Dixit Jeſus turbis Iudaeorum, & Principibus Sacerdotum: vae vobis: *uſque*: illa non omittere.

Dom. IX. poſt oct. Pentec. Sec. Luc. *Cap.* CXC. Dixit Jeſus diſcipulis ſuis, homo quidam erat dives, qui habebat villicum: *uſque*: in aeterna tabernacula.

Fer. IV. Sec. Luc. *Cap.* CXC. Dixit Ieſus diſcipulis ſuis: qui fidelis eſt in minimo, & in majori fidelis: *uſque*: de lege unum apicem cadere.

Fer. VI. Sec. Luc. *Cap.* CXXXV. Rogabat Ieſum Phariſaeus, ut cum: *uſque*: ſarcinas ipſas.

Dom. X. poſt oct. Pentec. Sec. Luc. *Cap.* CCXXXVI. Cum appropinquaret Ieſus Ieruſalem, vidit civitatem, flevit: *uſque*: & erat docens quotidie in templo.

S s *Fer.*

Fer. IV. Sec. Luc. *Cap.* CCLII. Reſpondens Jeſus diſcipulis ſuis dixit: cum autem videritis: *uſque*: quae ſupervenient univerſo orbi.

Fer. VI. Sec. Luc. *Cap.* CCLIX. Dixit Ieſus diſcipulis ſuis, attendite autem vobis, ne forte graventur corda veſtra: *uſque*: ad eum in templo audire illum.

Dom. XI. poſt oct. Pentec. Sec. Luc. *Cap.* CCLXIV. Dixit Ieſus ad quoſdam, qui in ſe confidebant tamquam in juſtos: *uſque*: qui ſe humiliat, exaltabitur.

Fer. IV. Sec. Matthaeum *Cap.* CXXIII. Dixit Ieſus diſcipulis: qui non eſt meenm: *uſque*: & ex verbis tuis condempnaberis.

Dom. XII. Sec. Marc. *Cap.* LXXIV. Exiens Ieſus de finibus Tiri: *uſque*: & mutos loqui.

Fer. IV. Secund. Matth. *Cap.* LXXV. Tranſeunte Ieſu: *uſque*: & curans omnem infirmitatem.

Fer. VI. Sec. Matth. *Cap.* CVIII. Coepit Ieſus exprobrare civitatibus: *uſque*: quam tibi.

Dom. XIII. Sec. Luc. *Cap.* CXX. Dixit Jeſus diſcipulis ſuis: Beati oculi, qui vident, quod videtis: *uſque*: & tu fac ſimiliter.

Fer. IV. Sec. Matth. *Cap.* CXXVII. Abeuntes Phariſaei: *uſque*: & in nomine ejus gentes ſperabunt.

Feria VI. Sec. Luc. *Cap.* CXLIX. Ait ad Ieſum quidam de turba: Magiſter dic fratri meo, ut dividat: *uſque*: & Deus paſcit illos.

Dom. XIV. Sec. Lucam. *Cap.* CCI. Dum iret Ieſus in Ieruſalem, tranſiebat per mediam Samariam: *uſque*: quia fides tua te ſalvum fecit.

Feria IV. Sec. Marc. *Cap.* XVIII. Venit ad Ieſum Leproſus: *uſque*: conveniebant ad eum undique.

Dom. XV. Sec. Matth. *Cap.* LVIII. Dixit Ieſus diſcipulis ſuis: nemo poteſt duobus dominis ſervire: : *uſque*: omnia haec adiicientur vobis.

Fer. IV. Sec. Matth. *Cap.* XXXVII. Dixit Jeſus diſcipulis ſuis: audiſtis, quia dictum eſt antiquis, non periurabis: *uſque*: volenti mutuari a te ne avertaris.

Fer. VI. Sec. Luc. *Cap.* XXIV. Docente Jeſu populum in Templum: *uſque*: in qua poteſtate haec facio.

Dom. XVI. Sec. Luc. *Cap.* LXVII. Ibat in civitatem, quae vocatur Naim: *uſque*: quia Deus viſitavit plebem ſuam.

Fer. IV. Sec. Marcum. *Cap.* LXXXI. Venit Ieſus Bethſaidam, & adducunt: *uſque*: nemini dixeris.

Fer. VI. Sec. Lucam. *Cap.* XXXVIII. Vidit Ieſus publicanum nomine Levi: *uſque*: ſed peccatores in poenitentiam.

Dom. XVII. Sec. Luc. *Cap.* CLXXVI. Cum intraret Ieſus in domum cujuſdam: *uſque*: qui ſe humiliat, exaltabitur.

Menſe ſeptimo Fer. IV. Sec. Marc. *Cap.* XCI. Reſpondens unus de turba dixit ad Ieſum: Magiſter attuli filium: *uſque*: in oratione, & jejunio.

Fer. VI. Sec. Luc. *Cap.* LXXIV. Rogabat Ieſum quidam de Phariſaeis: *uſque*: vade in pace.

Sabb. in XII. lect. ad S. Petrum. Sec. Luc. *Cap.* CLXIV. Dixit Ieſus turbae ſimilitudinem hanc: arborem fici: *uſque*: glorioſe fiebant ab eo.

Dom.

Dom. XVIII. Sec. Matth. *Cap.* CCXXIV. Phariſaei audientes, quod ſilentium impoſuiſſet Ieſus Sadducaeis: *uſque*: qui ſe humiliat, exaltabitur.

Fer. IV. Sec. Matth. *Cap.* CXXXVI. Dixit Ieſus diſcipulis ſuis parabolam hanc: ſimile factum eſt regnum Coelorum homini, qui ſeminavit bonum ſemen: *uſque*: in horreum meum.

Fer. VI. Sec. Matth. CXXXVII. Dixit Jeſus diſcipulis ſuis: ſimile eſt regnum Coelorum grano ſinapis: *uſque*: ad conſtitutionem mundi.

Dom. XVIII. Sec. Matth. *Cap.* LXX. Adſcendens Ieſus in naviculam transfretavit: *uſque*: qui dedit poteſtatem talem hominibus.

Fer. IV. Sec. Matth. *Cap.* CXL. Acceſſerunt ad Ieſum diſcipuli ejus dicentes, ediſſere nobis parabolam tritici: *uſque*: qui habet aures audiendi, audiat.

Fer. VI. Sec. Marc. *Cap.* CXLII. Interrogatus Jeſus a diſcipulis de conſummatione ſaeculi: *uſque*: ecce praedixi vobis omnia.

Dom. XX. Sec. Matth. *Cap.* CCXXI. Simile factum eſt regnum Coelorum homini regi, qui fecit nuptias: *uſque*: multi autem ſunt vocati: pauci vero electi.

Fer. IV. Sec. Luc. *Cap.* LXXX. Dicebat Jeſus cujuſdam principis Phariſaeorum. Cum facis: *uſque*: beatus, qui manducabit panem in regno Dei.

Fer. VI. Sec. Luc. *Cap.* XLIX. Dixit Ieſus diſcipulis ſuis: beati eritis, cum vos oderint homines: *uſque*: merces veſtra multa eſt in coelis.

Dom. XXI. Sec. Johan. *Cap.* XXXVII. Erat quidem regulus: *uſque*: & credidit ipſe, & domus ejus tota.

Fer. IV. Sec. Luc. *Cap* XLII. Factum eſt autem, ut intraret Ieſus in ſinagoga: *uſque*: quidnam facerent de Ieſu.

Fer. VI. Sec. Matth. *Cap.* LXVII. Cum veniſſet Ieſus in domum Petri, vidit Socrum ejus: *uſque*: & aegrotationes portavit.

Dom. XXII. Sec. Matth. *Cap.* CLXXXVIII. Dixit Ieſus diſcipulis ſuis: Simile eſt regnum Coelorum homini regi, qui voluit rationem ponere cum ſuis: *uſque*: ſi non remiſeritis unuſquiſque fratri ſuo de cordibus veſtris.

Fer. IV. Sec. Marc. *Cap.* CXXIV. Dixit Jeſus diſcipulis ſuis: amen dico vobis, quia ſiquis dixerit huic monti: *uſque*: dimittet vobis peccata veſtra.

Fer. VI. Sec. Marc. *Cap.* XLI. Dixit Ieſus diſcipulis ſuis: videte, quid audiatis: *uſque*: quam adeſt tempus meſſis.

Dom. XXIII. Sec. Matth. *Cap.* CCXXVII. Abeuntes phariſaei conſilium inierunt: *uſque*: quae ſunt Dei Deo.

Fer. IV. Sec. Luc. *Cap.* CLXIX. Dum iret Jeſus per civitates: *uſque*: ſunt primi, qui erant noviſſimi.

Fer. VI. Sec. Marc. *Cap.* LXX. Convenerunt ad Jeſum phariſaei: *uſque*: tentantes traditionem hominum.

Dom. XXIV. Sec. Matth. *Cap.* LXXIV. Loquente Jeſu ad turbas, ecce princeps unus acceſſit: *uſque*: univerſam terram illam.

Fer. IV. Sec. Marc. *Cap.* CXXXI. Interrogavit Jeſum unus de Scribis, quod eſſet primum omnium mandatum: *uſque*: non eſt longe a regno Dei.

Fer. VI. Sec. Matthaeum *Cap.* CLXXVII. Cum veniſſet Ieſus, & diſcipuli ejus Capharnaum: *uſque*: ſumens & da eis pro me & te.

Sab Secundum Marcum *Cap.* LXX. Convenerunt ad Jeſum Phariſaei, & quidam de ſcribis: *uſque*: tenentes traditionem hominum.

Dom. V. *ante Natat. Domini* Sec. Iohan. *Cap.* CXLV. (*ſic*)

Fer. IV. Sec. Luc. *Cap.* CIX. Dixit Ieſus diſcipulis ſuis: ſicut enim fulgur erit ab oriente: *uſque*: quia neſcitis, qua hora Dominus noſter venturus ſit.

Fer. VI. Secundum Matth. *Cap.* CCLVI. Dixit Ieſus diſcipulis ſuis: erunt ſigna in ſole: *uſque*: verba autem mea non tranſibunt.

MENSE DECEMBRI.

Feria VII. Secundum Marcum *Cap.* LXXIX. Dixit Ieſus diſcipulis ſuis: videte, & cavete a fermento Phariſaeorum: *uſque*: & dimiſit illum in domum ſuam.

Dom. IV. *ante Nat. Domini* Sec. Matth. *Cap.* CCVI. Cum appropinquaret Jeſus hieroſolimam: *uſque*: benedictus qui venit in nomine Domini.

Dom. III. *ante Natal. Domini* Sec. Luc. *Cap.* CCLVII. dixit Ieſus diſcipulis ſuis, cum audiſſet Johannes in vinculis opera Chriſti: *uſque*: qui praeparabit viam tuam ante te.

Die XIV. Menſis Decembris Natale S. Luciae. Secundum Matthaeum *Cap.* CXL. In illo tempore dixit Ieſus diſcipulis ſuis parabolam hanc: ſimile eſt regnum Coelorum theſauro: *uſque*: nova & vetera.

Dom. II. *ante Nat. Domini Cap.* CII. Miſerunt Judaei ab jeroſolimis Sacerdotes, & Levitas: *uſque*: ubi erat Johannes baptizans.

Fer. IV. Sec. Luc. *Cap.* VIII. Dicebat Johannes ad turbas: *uſque*: evangelizabat populo.

Fer. VI. Secund. Matth. *Cap* CIV. Dixit Jeſus turbis. Amen dico vobis non ſurrexit inter natos mulierum: *uſque*: qui habet audiendi, audiat.

Fer. IV. (*ſic*) Sec. Matth. *Cap.* VII. Venit Johannes Baptiſta baptizans, & praedicans: *uſque*: confitentes peccata ſua.

Fer. VI Secundum Lucam *Cap.* CCXXXII. Factum eſt, cum appropinquaſſet Betphage: *uſque*: pax in coelo, & gloria in excelſis.

Dom. IV. *Vacat*.

Fer. IV. *ad Sanctam Mariam* Sec. Luc. *Cap.* III. Miſſus eſt Gabriel Angelus: *uſque*: fiat mihi verbum tuum.

Fer. VI. *ad Apoſtolos* Sec. Luc. *Cap.* III. Exurgens Maria: *uſque*: in Deo ſalutari meo.

Sabb. ad S. Petrum in XII. lect. Sec. Luc. *Cap.* VI Anno XV. imperii Tiberii Caeſaris: *uſque*: & in debitis omnis caro ſalutare Dei.

Die XXIV. *menſe Decembr. Vigilia Domini.* Secundum Matth. *Cap.* III. Cum eſſet deſponſata Mater Jeſu Maria Joſeph: *Uſque*: a peccatis eorum.

Inci-

Incipiunt lectiones Evan. de diverſis cauſis.

Pro ubertate pluviae. Sec. Luc. *Cap.* XXXIII. Factum eſt in una dierum adſcendit Ieſus: *Uſque*: & mare obediunt ei.

Pro ſterilitate pluviae. Sec. Matth. *Cap.* CLX. Dixit Ieſus diſcipulis ſuis: miſereor turbis: *uſque*: & diſcipuli ejus cum eo.

In commotione gentium. Sec. Luc. *Cap* CL. Dixit Jeſus diſcipulis ſuis: nolite ſoliciti eſſe, quid manducetis: *Uſque*: & haec omnia adicientur vobis.

In natale Papae. Sec. Matth *Cap.* CCLXX. Facta eſt contentio inter diſcipulos Jeſu: *uſque*: judicantes duodecim tribus Iſrael.

Item alia ubi ſupra Sec. Lucam *Cap.* CCXXVI. Dixit Jeſus diſcipulis ſuis parabolam hanc: homo quidam nobilis erat hic, & abiit: *uſque*: omnia habenti dabitur, & habendi.

In Ordinatione Presbyterorum. Sec. Matth. *Cap.* CCLXII. Dixit Jeſus diſcipulis ſuis: Vigilate ergo, quia neſcitis: *uſque*: ſuper omnia bona ſua conſtituet eum.

Item alia Sec. Matth. *Cap.* CCLXV. Dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Quis putas eſt? (*ſic*)

In ordinatione Diaconorum. Sec. Iohan. *Cap.* CIV. Dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Amen amen dico vobis, niſi granum frumenti: *uſque*: Pater meus, qui eſt in coelis.

Item in natali Papae. Sec. Matth. *Cap.* CLXVI. Venit Jeſus in partes Caeſaraeae Philippi: *uſque*: ſolutum & in coelis.

Item alia. Sec. Luc. *Cap.* CCXXV. Egreſſus Jeſus perambulabat Hierico: *uſque*: & ſalvum faceret, quod perierat.

In dedicatione Baſilicae, ſive Oratorii. Sec. Luc. *Cap.* LX. Dixit Jeſus diſcipulis ſuis: non eſt arbor bona, quae facit fructus malos: *uſque*: fundata enim erat ſuper petram.

Item alia. Sec. Luc. *Cap.* CCXXV. Egreſſus Jeſus perambulabat Hierico: *uſque*: ſalus domui huic facta eſt.

Pro velatione Ancillae mundi, (*l. Domini*) Sec. Matth. *Cap.* CCXXI. Loquebatur Jeſus cum diſcipulis ſuis: *uſque*: pauci autem electi.

Ad velandam maritatam. Sec. Johan. *Cap.* XXIV. Reſpondit Johannes, & dixit: non poteſt homo: *uſque*: hoc ergo gaudium meum impletum eſt.

Item alia. Sec. Marc. *Cap.* CLXXXIX. Venit Jeſus in fines Judaeae extra Jordanem: *uſque*: quod ergo Deus coniunxit, homo non ſeparet.

Pro ordinantibus. Sec. Johan. *Cap.* LXXXV. Loquente Jeſu ad turbas, multi crediderunt in eum: *uſque*: opera Abrahae facite.

Pro ordinantibus Epiſcopis. Secundum Marcum *Cap.* LII. Circuibat in circuitu docens; *uſque*: & ungueb ant oleo multos aegrotos, & ſanabantur.

Item alia. Secundum Lucam *Cap.* LXXXVI. Convocatis Jeſus XII. Apoſtolis: *uſque*: evangelizantes, & curantes ubique.

Item alia. Sec. Matth. *Cap.* LXXVI. Circuibat omnes civitates: *uſque*: & cu-

& curarent omnem languorem & omnem infirmitatem.

In agenda mortuorum. Sec. Ioh. *Cap.* XCIV. Dixit Martha ad Ieſum, Domine ſi fuiſſes hic, frater meus non fuiſſet: *uſque*: in mundum veniſti.

Item alia. Sec. Iohann. *Cap.* XXXIX. Dixit Jeſus diſcipulis ſuis, & turbis Judaeorum: Sicut enim pater ſuſcitat mortuos, & vivificat: *uſque*: ſed tranſiens de morte in vita.

Item alia. Sec. Iohan. *Cap.* LVI. Dixit Jeſus diſcipulis ſuis, & turbis Judaeorum; Omne, quod dat mihi Pater, ad me veniet: *uſque*: ſed reſuſcitem illum in noviſſimo die.

Item alia. Sec. Joh. *Cap.* LXV. Dixit Jeſus diſcipulis ſuis, & turbis Iudaeorum: Ego ſum panis vivus, qui de coelo deſcendi: *uſque*: & ego reſuſcitabo eum in noviſſimo die.

III.

CAPITVLARE

Ex MS. Codice principis Eccleſiae Mutinenſis.

DUO praeſcribuntur ſtatim initio Evangelia, non addito die quo uſui erant, certe tamen in Vig. Nativitatis; nempe *cum eſſet deſponſata*: uſque: *a peccatis eorum*: tum *liber generationis Ieſu Chriſti*: uſque: *qui vocatur Chriſtus*.

Sequitur. *In nocte* Evang. Sec. Lucam. Exiit edictum: *Uſque*: bonae voluntatis.

In luce. Evang. Sec. Luc. Factum eſt, ut diceſſerunt (*ſic*) a paſtoribus: *uſque*: dictum eſt ad illos.

In die. Initium Sancti Evang. Sec. Johannem. In principio: *uſque*: & veritatis.

In S. Stephani. Evang. Sec. Matt. Dicebat Ieſus turbis: *uſque*: qui venit in nomine Domini.

In S. Johannis Evangeliſtae. Evang. Sec. Johan. Dicebat Ieſus Simoni Petro: *uſque*: teſtimonium ejus.

In Natali Innocentorum (ſic) Evang. Sec. Mat Angelus Domini apparuit: *uſque*: quia non ſunt.

Dominica prima poſt octavam Domini. Evang. Sec. Luc. Erat Joſeph: *uſque*: erat in illo.

In octava Domini. Evang. Sec. Luc. Et poſtquam: *uſque*: conciperetur.

In Vig. Epiphaniae: Evang. Sec. Matt. Defuncto: *uſque*: vocabitur.

In die Epiphaniae ad *Matutinum* Evang ſec. Luc. Factum eſt autem: *uſque*: regreſſus eſt ab Jordane. Hymnus *Te Deum*. *In die Epiphaniae* Evang. ſec. Matt. Cum natus eſſet: *uſque*: in regionem ſuam.

Dominica I. *poſt Epiphaniam*. Evang. Sec. Luc. Ibant Parentes: *uſque*: apud Deum & homines.

Feria IV. Evang. Sec. Matt. Venit Dominus Jeſus a Galilea: *uſque*: complacui.

Fe-

Feria VI. Evang ſec. Mat. Cum audiſſet : *uſque* : appropinquabit enim Regnum Coelorum.

In octava Epiphaniae. Evang. Sec. Iohan. Vidit Iohannes : *uſque* : filius Dei.

Dominica ſecunda poſt Theophaniam. Evang. Sec. Iohan. Nuptiae factae ſunt : *uſque* : diſcipuli ejus.

Feria IV. Evang. Sec. Luc. Regreſſus : *uſque* : de ore ipſius.

Feria VI. Evang. Sec. Luc. Egreſſus Dominus Ieſus venit : *uſque* : incredulitatem illorum.

Sabbato Evang. Sec. Luc. Deſcendit Dominus Ieſu : *uſque* : locum regionis.

Dominica III. *poſt Theophaniam* Evang. Sec. Mat. Cum deſcendiſſet Dominus Ieſus : *uſque* : ſanatus eſt puer ex illa hora.

Feria IV. Evang. Sec. Johan. Egrediens Dominus Jeſus : *uſque* : ſupra filium hominis.

Fer. VI. Evang. Sec. Matth. Circuibat Dominus Ieſus totam Galileam : *uſque* : turbae multae :

Feria VII. Evang. Sec. Matt. (ſic) Exeuntes : *uſque* : daemonia.

Dominica IV. *poſt Theophaniam* Evang. Sec. Mat. Aſcendente Domino Ieſu : *uſque* : obediunt ei.

Feria IV. Evang. Sec. Luc. Factum eſt autem : *uſque* : Regno Dei.

Feria VI. Evang. Sec. Marc. Offerebant quidam Domino Ieſu parvulos : *uſque* : Benedicebat eos.

Sabbato Evang. Sec. Johan. Dixit Dominus Ieſus turbis : *uſque* : non ſitiet umquam.

IV. *Nonas Februarii Purificatio Sanctae Mariae*. Evang. Sec. Lucam Poſtquam impleti : *uſque* : tunc Iſrael.

Dominica V. *poſt Theophaniam* Evang. Sec. Mat. Reſpondens Dominus Jeſus dixit, confiteor : *uſque* : meum leve.

Dominica in Septuageſima Evang. Sec. Mat. Locutus eſt Dominus Ieſus : *uſque* : pauci vero electi.

Feria IV. Evang. Sec. Marc. Egreſſus Dominus Jeſus : *uſque* : audiet :

Fer. VI. Evang. Sec. Luc. Factum eſt, dum complerentur : *uſque* : ſed ſalvare.

Dominica in Sexageſima Evang. Sec. Luc. Cum turba : *uſque* : in paeentia.

Feria II. Evang. Sec. Matth. Locutus eſt Dominus Ieſus : *uſque* : triceſimum.

Feria IV. Evang. Sec. Matth. Dixit Dominus Ieſus Phariſaeis : *uſque* : condemnaberis.

Fer. VI. Evang. Sec. Luc. Interrogatus Dominus Jeſu : *uſque* : congregabuntur (*ſic*) Aquilae.

Feria VII. Evang. Sec. Luc. Dixit Dominus Jeſus diſcipulis : *uſque* : filium hominis.

Dominica in Quinquageſima Evang. Sec. Luc. Aſſumpſit Dominus Jeſus : *uſque* : laudem Deo.

Feria IV. *Caput Jejunii*. Evang. Sec. Matth. Dixit Dominus Jeſus : *uſque* : & cor tuum.

Fer.

Digitized by Google

Fer. V. Evang. Sec. Matth. Cum introiſſet Dominus Ieſus: *uſque*: in (*ſic*) illa hora.

Feria VI. Evang. ſecund. Matthaeum. Dixit Dominus Ieſus: *uſque*: reddet tibi.

Feria VII. Cum ſero *ut apud* Thomaſium, *quem ſemper intelligimus. ubi Evangelium non adnotamus.*

Dominica I. *in Quadrageſima*. Ductus.

Feria II. Dixit.

Feria III. Cum intraſſet.

Feria IV. Acceſſerunt.

Feria V. Evang. Secundum Johannem. Dicebat Dominus Ieſus *uſque*: audit.

Feria VI. Erat Dies.

Sabbato Aſſumpſit:

Dominica II. *Quadrageſimae*. Egreſſus.

Feria II. Dixit. R.

Feria III. Locutus.

Feria IV. Evang. Secundum Matthaeum. Aſcendens Dominus Jeſus: *uſque*: pro multis.

Fer. V. Evang. Secundum Johannem. Dixit Dominus Ieſus turbis Judaeorum: non poſſum: *uſque*: credetis.

Feria VI. Dixit.

Sabbato Evang. Sec. Luc. Dixit Dominus Ieſus diſcipulis ſuis: homo quidam: *uſque*: inventus eſt.

Dominica III. *in Quadrageſima*. Erat Dominus Ieſus.

Feria II. Dixerunt Phariſaei.

Feria III. Evang. Secundum Matthaeum. Dicebat Dominus Jeſus: *uſque*: ſeptuagies ſepties.

Feria IV. Acceſſerunt ad Dominum.

Feria V. Surgens Ieſus: *uſque*: Galileae.

Feria VI. Venit Jeſus.

Sabbato. Perrexit Ieſus.

Dominica III. (*ſic*) *in Quadrageſima*. Abiit Ieſus.

Feria II. Prope.

Feria III. Iam die.

Feria IV. Preteriens.

Feria V. Ibat Ieſus.

Feria VI. Erat quidam.

Sabbato: Dicebat Ieſus.

Dominica de Paſſione. Dicebat Ieſus.

Feria II. Miſerunt.

Feria III. Ambulabat.

Feria IV. Facta ſunt.

Feria V. Evang. Sec. Joh. Cum audiſſent quidam de turba: *uſque*: ſuam.

Feria VI. Collegerunt.

Sabbato. Sublevatis Ieſus: *uſque*: abſcondit ſe ab eis.

Dominica de Palma. Dominus vobiſcum & cum ſpiritu tuo. Paſſio Domi-

Digitized by Google

Domini Noſtri Ieſu Chriſti ſec. Mat. Dixit Ieſus Diſcipulis: *uſque*: cum cuſtodibus.

Feria II. Evang. Sec. Johan. Proximum erat, *uſque*: ab eis.

Feria III. Evang. Sec. Johan. Dixit Dominus Jeſus diſcipulis ſuis: Amen amen dico vobis, non eſt: *uſque*: clarificavit eum.

(*ſic*) Paſſio Domini Noſtri Jeſu Chriſti Sec. Marc.: *uſque*: ubi poneretur.

Feria IV. Paſſio Domini noſtri Jeſu Chriſti Sec. Luc. *uſque*: poſitus fuerat.

Feria V. *in Coena Domini*. Evang. Sec. Johan. Ante: *uſque*: faciatis.

Fer. VI. Paſſio Domini Noſtri Jeſu Chriſti Sec. Johan Egreſſus eſt Dominus Jeſus: *uſque*: Poſuerunt Jeſum.

Sabbato Sancto. Sequentia Sancti Evangelii Sec. Matth. In illo tempore. Veſpere Sabbati: *uſque*: praedixi vobis.

In die Sanctum Paſchae. Sequentia Sancti Evang. Sec. Marc. Maria: *uſque*: dixit vobis.

Fer. II. Evang. Sec. Luc. In illo tempore Exeuntes duo ex diſcipulis: *uſque*: panis.

Feria III. Stetit.

Feria IV. Manifeſtavit.

Feria V. Maria ſtabat.

Feria VI. Undecim.

Sabbato. Una Sabbati.

Dominica octavae Paſchae. Cum eſſet.

Feria IV Evang. Sec. Marc. Surgens Dominus Jeſus: *uſque*: nuntiaverunt ceteris.

Feria VI. Maria Magdalene: *uſque*: in hodiernum diem.

Dominica I. *poſt octavam Paſchae*. Dixit.

Feria IV. Una Sabbati.

Feria VI. Acceſſerunt ad Dominum Jeſum.

Dominica II. *poſt octavam Paſchae*. Evang. Sec. Johan. Dicebat Dominus Jeſus diſcipulis ſuis: modicum: *uſque*: tollet a vobis.

Feria IV. Evang. Sec. Johan. Facta eſt quaeſtio: *uſque*: ſuper eum.

Feria VI. Evang. Sec. Johan. Dixit Dominus: *uſque*: ſic loquor.

In inventione S. Crucis. Evang. Sec. Johan. Erat homo ex Phariſaeis Nicodemus: *uſque*: vitam aeternam.

IV. Kalendas (ſic) *Maj S. Vitalis*. Evang. Sec. Johan. Dicebat Dominus Jeſus diſcipulis: *uſque*: & ego dilexi vos.

Kalendis Maj Philippi, & Jacobi. Evang. Sec. Johan. Dicebat Dominus Jeſus: *uſque*: hoc faciam.

Dominica III. poſt octavam Paſchae. Sec. Johan. Dicebat Dominus Jeſus: *uſque*: annuntiabit vobis.

Feria IV. Evang. Sec. Johan. Reſpiciens Dominus Jeſus: *uſque*: & ego in ipſis.

Feria VI. Evang. Sec. Johan. Dixit Dominus Jeſus: *uſque*: ſequeris autem poſtea.

Dominica IV. Evang. Sec. Iohan. Dicebat Dominus Jeſus: *uſque*: a Deo exiſti.

In Letaniae. Evang. Sec. Luc. Dicebat Dominus Jeſus: *uſque*: petentibus ſe.

In Vigilia Aſcenſionis Domini. Evang. Sec. Iohan. Sublevatis Dominus Ieſus: *uſque*: ad te venio.

In die Aſcenſionis Domini. Evang. Sec. Marc. Recumbentibus: *uſque*: ſignis.

Per totam hebdomadam. Evang. Sec. Luc. Dixit Dominus Ieſus: *uſque*: benedicentes Dominum.

Dominica. Evang. Sec. Iohan. Dicebat Dominus Ieſus: *uſque*: dixi vobis.

(*Sic*) Evang. Sec. Iohan. Dicebat Dominus Ieſus: *uſque*: impleatur.

Sabbato Sancto in Pentecoſte. Evang. Sec. Iohan. Dicebat Dominus Ieſus: *uſque*: glorificatus.

In die Pentecoſtes. Evang. Sec. Iohan. Dixit Dominus Ieſus: *uſque*: ſic facio.

Feria II. Evang. Sec. Iohan. Dixit Dominus Ieſus: *uſque*: ſunt facta.

Feria III. Evang. Sec. Iohan. Dicebat Dominus Jeſus: *uſque*: abundantius habeant.

Feria IV. Evang. Sec. Iohan. Dicebat Dominus Ieſus: *uſque*: pro mundi vita.

Feria V. Evang. Sec. Luc. Convocatis: *uſque*: curantes ubique.

Feria VI. Evang. Sec. Luc. Factum eſt. *Uſque*: mirabilia hodie.

(Sic) SS. Evang. Sec. Matth. Egrediente Domino. *Uſque*: ſunt eum.

De octava Pentecoſtis. Evang. Sec. Iohan. Erat homo ex Phariſaeis Nicodemus.

Feria IV. Evang. Sec. (deeſt) Acceſſerunt ad Dominum Ieſum quidam Sadducaeorum. *Uſque*: interrogare.

Feria VI. Evang. Sec. Luc. Dixit Ieſus. *Uſque*: & non eſt in Deum dives.

Dominica I. poſt octavam Pentecoſtes. Evang. Sec. Luc. Locutus eſt Dominus Ieſus parabolam hanc ad turbas, & ad diſcipulos ſuos dicens: quidam. *Uſque*: credent.

Feria IV. Luc. Dicebat Dominus Ieſus. *Uſque*: in regno Coelorum.

Feria VI. Luc. Dixit Dominus Ieſus. *Uſque*: facere fecimus.

Dominica ſecunda poſt octavam Pentecoſtes. Luc. Locutus eſt Dominus Ieſus. *Uſque*: coenam meam.

Feria IV. Luc. Accedentes diſcipuli. *Uſque*: Cophini duodecim.

Feria VI. Luc. Venit ad Ieſum vir. *Uſque*: factum erat.

Sabbato in duodecim lectiones. Matth. Egrediente Ieſu ab Ierico.

Dominica III. poſt octavam Pentecoſtes. Luc. Erant appropinquantes ad Dominum Ieſum. *Uſque*: Agente.

Feria IV. Matth. Dixit. *Uſque*: eat in Gehennam.

Feria VI. Marc. Cum introiſſet. *Uſque*: & veniet vobis.

Dominica IV. poſt octavam Pentecoſtes. Luc. Dicebat Dominus Ieſus: *uſque*: de oculo fratris tui.

In Vigilia S. Johannis Baptiſtae. Initium Sancti Evang. ſec. Luc. Fuit in diebus: *uſque*: plebem perfectam.

(Sic) Evang. Sec. Luc. Dixit Zacharias: *uſque*: inter homines.

In

In die S. Johannis Baptiſtae. Sec. Luc. In illo tempore Eliſabeth autem: *uſque*: Plebis ſuae.

Dominica VI. poſt Pentecoſten. Luc. Cum turbae irruerent: *uſque*: ſecuti ſunt eum.

In Vigilia Apoſtolorum Petri, & Pauli. Iohan. Dicebat Dominus Ieſus: *uſque*: eſſet Deum.

In Natali Apoſtolorum. Matth. Venit Dominus Ieſus: *uſque*: ſolutum & in coelis.

In Natali S. Paulli. Sec. Matth. Ecce nos: *uſque*: poſſidebit.

Dominica VII. poſt oct. Pentecoſt. Sec. Matth. Dixit Dominus Ieſus: *uſque*: offeres munus tuum.,

In octava Apoſtolorum. Secundum Matth. Iuſſit Dominus Ieſus: *uſque*: vere Filius Dei es.

Feria IV. Sec. Marc. Cum egreſſus eſſet Dominus Ieſus: *uſque*: ſequere me.

Feria VI. Marc. Venit Dominus Ieſus trans: *uſque*: & omnes mirabantur.

Dominica VIII. poſt Pentecoſt. (ſic) Marc. Cum multa turba: *uſque*: & dimiſit eos.

Feria IV. Matth. Acceſſerunt ad Dominum Ieſum: *uſque*: a doctrina Fariſaeorum & Saducaeorum.

Feria VI. Matth. Abiit Dominus Ieſus Sabbatum: *uſque*: etiam Sabbati.

Dominica IX. poſt Pentecoſt. Matth. Dicebat Dominus Ieſus: *uſque*: ipſe intrabit in regnum Coelorum.

Fer IV. Marc. Dixit Iohannes ad Dominum Jeſum: *uſque*: eorum non extinguitur.

Dominica (deeſt numerus: habetur autem ſpatium in quo poteſt collocari X. ſcilicet) poſt oct. Pen. Luc. Dicebat Dominus Ieſus: *uſque*: tabernacula.

Fer. IV. Luc. Dixit Dominus Ieſus: *uſque*: abominabile eſt ante Deum.

Fer. VI. Luc: Rogabat Dominum: *uſque*: non tangiti ſarcina (*ſic*).

Dominica XI. poſt Pen. Luc. Cum appropinquaſſet: *uſque*: quotidie in templo.

In Natali Sanctorum Septem Fratrum Matth. Loquente Domino Ieſu: *uſque*: & mater eſt.

Feria IV. Luc. Dixit Dominus Jeſus: *uſque*: univerſo orbi.

Feria VI. Luc. Dixit Dominus Ieſus: *uſque*: ante filium hominis.

Dominica XII. poſt Pent. Luc. Dicebat Dominus Ieſus: *uſque*: exaltabitur.

In Vigilia S. Laurentii Matth. Dixit Dominus Ieſus: *uſque*: venientem in regno ſuo.

In Natali S. Laurentii. Iohan. Locutus eſt: *uſque*: qui eſt in coelis:

Feria IV. Matth. Dixit Ieſus: *uſque*: condemnaberis.

In Aſſumptione Sanctae Mariae Luc. Intravit: *uſque*: non auferetur ab ea.

Dominica XIII. poſt Pen. Marc. Exiens Dominus Ieſus: *uſque*: & mutos loqui.

Feria IV. Tranſeunte Ieſu : *uſque* : & omnem infirmitatem.

In Natali S. Bartholomaei Apoſtoli. Luc. Facta eſt. *uſque* : duodecim tribus Iſrael.

In Vigilia Decollationis S. Iohannis Baptiſtae Marc. Acceſſerunt quidem : *uſque* : in nomine Domini.

In die Decollationis S. Iohannis Baptiſtae Marc. Miſit : *uſque* : in monumento.

Dominica XIV. *poſt Pent.* Luc. Dixit Dominus Ieſus : *uſque* : & tu fac ſimiliter.

Feria IV. Matth. Abeuntes : *uſque* : gentes ſperabunt.

Feria VI. Ibat Dominus Ieſus : *uſque* : erant Noviſſimi.

Dominica XV. *poſt Pent.* Luc. Factum eſt : *uſque* : ſalvum fecit.

Feria IV. Marc. Venit ad Ieſum : *uſque* : undique.

In Nativitate Sanctae Mariae. Liber Generationis.

Dominica XIII. (ſic) *poſt Pent.* Marc. Dixit Dominus Ieſus : *uſque* : adiicentur vobis.

Feria IV. Matth. Dixit Dominus Ieſus : *uſque* : ne avertaris.

Feria VI. Luc. Factum eſt : *uſque* : haec facio.

Dominica XIV. (ſic) *poſt Pent.* Ibat Dominus Ieſus : *uſque* : plebem ſuam.

Feria IV. Marc. Venit Dominus Ieſus : *uſque* : nemini dixeris.

Dominica XVIII. *poſt Pent.* Luc. Factum eſt : *uſque* : exaltabitur.

Fer. IV. *menſis quarti* Marc. Reſpondens unus : *uſque* : & jejunio.

Fer. VI. Luc. Rogabat Dominum Ieſum : *uſque* : vade in pace.

Sabato Luc. Locutus eſt Dominus Ieſus : *uſque* : fiebant ab eo.

In Vigilia S. Matthaei Matth. Exit Dominus : *uſque* : utraque conſervantur.

In die S. Matthaei. Cum tranſiret Dominus Ieſus : *uſque*. ſed peccatoris.

Dominica XIX. *poſt Pent.* Audientes Phariſaei : *uſque* : amplius interrogaret.

Fer. IV. Matth. Locutus eſt Dominus Ieſus : *uſque* in horreum meum.

Fer. VI. Matth. Dixit Ieſus : *uſque* : Conſtitutione mundi.

In Dedicatione S. Michaelis. Matth. Acceſſerunt ad Dominum Ieſum *uſque* : qui in Coelis eſt.

Dominica XX. Matth. Aſcendens Dominus Ieſus : *uſque* : talem hominibus.

Feria IV. Matth. Acceſſerunt ad Dominum : *uſque* : audiendi audiet.

Fer. VI. Marc. Interrogatus Dominus Ieſus : *uſque* : vobis omnia.

Dominica XXI. *poſt octavam Pent.* Matth. Locutus eſt Dominus Ieſus : *uſque* : Pauci vero electi.

Feria IV. Luc. Dicebat Dominus cuidam : *uſque* in regno Dei.

Feria. VI. Matth. Dixit Dominus Ieſus : *uſque* : merces veſtra multa :

Dominica XXII. Iohan. Erat quidem regulus : *uſque* : ejus tota.

Feria IV. Luc. Factum eſt autem : *uſque* : faceret de Jeſu.

Feria VI. Matth. Cum veniſſet : *uſque* : portavit.

Domi-

Digitized by Google

Dominica XXIII. Matth. Locutus eſt Dominus Ieſus: *uſque* :de cordibus veſtris.

Feria IV. Matth. Dixit Dominus Ieſus: *uſque*: peccata veſtra.

Feria VI. Marc. Dixit Dominus Ieſus: *uſque*: tempus meſſis.

Dominica XXIV. Matth. Abeuntes phariſaei: *uſque*: Dei Deo.

Feria IV. Matth. Cum veniſſet Dominus Ieſus: *uſque*: pro me & te.

Feria VI. Marc. Convenerunt ad Dominum Ieſum: *uſque*: traditionem hominum.

Dominica XXV. Matth. Loquente Domino Ieſu: *uſque*: ex illa hora.

Feria IV. Mar. Interrogavit Dominum Ieſum: *uſque* a regno Dei.

Feria VI. Matth. Dixit Dominus Ieſus: *uſque*: audiendi audiat.

In vigilia Omnium Sanctorum Luc. Elevatis Dominus Ieſus: *uſque*: in coelo.

In die Matth. Videns Dominus Ieſus: *uſque*: in coelis.

Dominica V. *ante Natale Domini* Iohan. Cum ſublevaſſet: *uſque*: in mundum.

Feria II. Matth. Egreſſus Dominus Ieſus: *uſque*: venturus ſit.

Feria IV. Luc. Dixit Dominus Ieſus: *uſque*: dico vigilate.

In Vigilia S. Andreae Iohan. Stabat Iohannes: *uſque*: ſupra filium hominis.

In die S. Andreae Matth. Ambulans Dominus Ieſus: *uſque*: ſecuti ſunt eum.

Dominica I. *de Adventu Domini* Matth. Cum adpropinquaſſet Dominus Ieſus: *uſque*: Oſanna in Altiſſimis.

Feria IV. Matth. Venit Iohannes Baptiſta: *uſque*: peccata ſua.

Feria VI. Luc. Dicebat Iohannes: *uſque*: evangelizabat populum.

Dominica II. *de Adventu Domini* Luc. Dixit Dominus Ieſus: *uſque*: non tranſient.

Feria IV. Matth. Dixit Dominus Ieſus: *uſque*: audiendi audiat.

Feria VI. Iohan. Iohannes teſtimonium: *uſque*: narravit.

Dominica III. *de Adventu Domini* Matth. Iohannes autem: *uſque* ante te.

Fer. IV. Luc. Miſſus: *uſque*: verbum tuum.

Feria IV. Exurgens Maria: *uſque*: ſalutari meo.

Sabbato Luc. Anno quintodecimo: *uſque*: ſalutare Dei.

Dominica IV. de Adventu Iohan. Miſerunt Iudaei: *uſque*: baptizans.

Tum ſequuntur Miſſae communes, inter quas eſt *in Exaltatione S. Crucis*, *contra Iudices male agentes*, *contra Epiſcopos male agentes*, *pro eleemoſyna*, *pro poenitente*. Extremae tres ſunt *in agenda mortuorum*.

Digitized by Google

APPENDIX
ALTERA

IN QUA DUO VETERES

POENITENTIALES LIBRI

Antea editi, ſed minus obvii non ſolum adnotationibus illuſtrati,

Verum etiam ad antiquum Codicem caſtigati iterum proferuntur.

Digitized by Google

Digitized by Google

H A L I T G A R I I

EPISCOPI CAMERACENSIS

De vitiis & virtutibus, & ordine Poenitentium

L I B R I V.

Ab Henrico CANISIO *pridem vulgati, nunc autem cum vetuſto codice collati, ac notis illuſtrati.*

IN HALITGARII LIBROS QVINQVE

Franciſci Antonii ZACCARIA *prooemium.*

I. FUit HALITGARIVS ſive HALITCHARIVS, cujus quinque Libros heic iterum damus, ab a. DCCCXVII. ad DCCCXXII. *Cameracenſis*, & *Atrebatenſis* Epiſcopus, de quo haec incertus Auctor editus a PITHAEO in vita LVDOVICI PII Imperatoris: *Ipſo tempore* HALITGARIVS Cameracenſis *Epiſcopus*, & AVFFRIDVS Nonantulae *Monaſterii Abbas*, *a tranſmarinis partibus redeuntes, humaniſſime ſe ſuſceptos a* MICHAELE *retulerunt*. DEINDE *cum* EBONE, ſeu ut alii ſcribunt EBBONE, *Archiepiſcopo* Rhemenſi in Danıam *gentium illarum converſioni operam navaturus conceſſit*. Teſtis *Adamus* BREMENSIS in ſuo *Chronico* his verbis: *In diebus illis* (Anno Domini DCCCXXIII.) *ſcribitur, quod* EBO *Rhemenſis, cum de ſalute gentium Religionis ſtudio ferveret, legationem ad gentes cum* HALITGARIO *ſuſcepit a* PASCHALI *Papa, quam poſtea* Aliqua de HALITGARIO

poſt, atque ejuſdem EBBONIS, cui primum opus fortaſſe imperfectum viſum fuit, ſi hoc additamento careret, hortatu. Niſi hoc ſtatuatur, difficile erit probabilem cauſſam adferre, cur in quibuſdam praefationis *Halitgarianae* exemplis ſextus liber indicetur, non item in aliis.

III. Primus ex his Libellis *de vitiis octo principalibus, eorumque remediis agit*; alter vero *de vita activa & contemplativa*: iidemque ſunt, qui inter *Rhabani* MAVRI opera prodiere (*T. V. pag.* 125.) inſcripti *de vitiis & virtutibus, & peccatorum ſatisfactione in remediis, ſive de poenitentiis*. Tertius eſt *de ordine poenitentium*, & quartus *de judiciis laicorum*: hi porro Libro II. & III. *de poenitentium ſatisfactione* inter ejuſdem RHABANI Opera (*p.* 116. *ſeqq.*) *de quaeſtionibus Canonum poenitentialium ad* HERIBALDVM plane reſpondent. Quinctus idem eſt, qui ſub RHABANI nomine ad HERIBALDVM legitur primus (*T. VI. oper. pag.* 110.) in eoque HALITGARIVS *de Ordinibus Clericorum, & de regulis, ſi deviaverint ipſorum* differit. Sextus denique eſt *Poenitentiale Romanum*.

IV. Porro ut fontes, ex quibus HALITGARIVS hortulum ſuum irrigavit, Lectores noſcant, recolant animo antiquam Canonum Poenitentialium collectionem tribus Libris comprehenſam, quam e tribus MSS. *Thuanaeo*, *Baluziano*, & *Agobardino* edidit *Lucas* ACHERIVS (*T. I. Spicileg. noviſſ. edit. pag.* 510.). Librorum argumentum auctor in ipſa praefatione his verbis proponit. *Et primus quidem Libellus*, inquit, *continet ea, quae ſunt de poenitentia & poenitentibus, criminibus, atque judiciis. Secundus maxime de accuſatis & accuſatoribus, judicibus ac teſtibus cum ceteris ad haec pertinentibus eccleſiaſticis regulis. Tertius de Sacris Ordinibus, vel qui promovendi ſunt ad Clerum, quive removendi a Clero, ac de regulis ac privilegiis omnium Clericorum, & Praeſulum*. Jamvero, uti BALLERINII in luculentiſſimo *de antiquis Canonum &c. Collectionibus* Tractatu (*P. IV. cap.* 8. *p.* CCLXXXI.) ſcite animadverterunt „HALITGARIVS ex hujus collectionis praefatione ſuam mutuatus videtur, ſicut haec ejus verba demonſtrant. *Hanc autem epiſtolam nemo quidem exiſtimet meam, ne illi pro parvitate nominis mei veleſcat. Sed ſciat a majoribus noſtris ex Sanctorum ſententiis eſſe collectam, a me quidem excerptam, ne nimia prolixitate negligentibus lectoribus faſtidium generaret. Majorum* nomine, qui ex *Sanctorum ſententiis* uberiorem praefationem collegerunt, indicat, ut credimus, auctorem praefationis praeſenti collectioni praemiſſae, in qua eaedem quidem AVGVSTINI, & GREGORII ſententiae leguntur, quas HALITGARIVS brevius contraxit.„ Neque vero ſolam ex ea collectione Praefationem derivavit; Sed etiam Canones & Conſtitutiones ferme omnes ex tribus ejuſdem Collectionis Libris eruit, alioque ordine diſtribuit: adeo ut neque apud HALITGARIVM quidquam ex *Pſeudo-Iſidori* impoſturis occurrat, quas quidem poſt HALITGARIVM vulgatas, inquiunt iidem BALLERINII, hoc ipſum confirmat.

Fontes, unde illos Auctor prompſit.

V. De *Halitgarianorum* Librorum editionibus pauca ut nunc dicam, *Henricus* CANISIUS vir eruditiſſimus quinque *Halitgariani* operis libros (Tom. V. *lectionis antiquae p.* 11. *p.* 227. *Ingolſtadii* MDCIV. primus divulgavit, eoſque in nova *Caniſianarum lectionum* editione BASNA-

…eorum editiones

GIVS (*T. II. P. II. pag.* 87.) propoſuit. Ex prima illa CANISII editione recenſi poſtea ſunt in *Bibliothecis Patrum Colonienſi* MDCXVIII. (T. VIII.) *Pariſienſi* MDCLIV. (T. V.) *Lugdunenſi* MDCLXXII. (T. XIV. *Poenitentiale* porro *Romanum*, quod ſextum librum conficit, ex Codice antiquo *Corbejenſi* habuimus ab *Hugone* MENARDO, qui illud in notis ad *Sacramentarium* S. GREGORII M. *Pariſiis* MDCXLII. multis quoque illuſtravit. Hinc vero cum ejuſdem MENARDI adnotationibus iterum prodiit in *Bibliotheca PP. Lugdunenſi* (XIV. p. 926.) uti & in nova S. GREGORII M. editione, quam Patres *Maurini Pariſiis* adornarunt: *Johannes* quoque MORINUS idem *Poenitentiale* ſine notis ad calcem ſui operis *de poenitentia* exhibuit. Ante MENARDUM, ut FABRICIUS animadvertit in *Bibliotheca Med. & Inf. latin.*, ediderat quoque cum HALITGARII Praefatione *Petrus* STEVARTIVS, ex quo exſtat etiam in nova editione *Caniſiana* (*Tom. II. Part. II pag.* 132.) ubi & alter liber Poenitentialis ex *ſcrinio Romanae Eccleſiae* (pag. 121.) & *Poenitentiale* HALITGARII, ſive alterius incerti Auctoris, quod incipit: *Domine Deus omnipotens* (*pag.* 141.) cum epiſtola HORMISDAE Papae, cujus initium: *ecce manifeſtiſſime conſtat* (pag. 143.) & excerptum e PROSPERO *quantum remedii habeat Confeſſio peccatorum* (*pag.* 144.)

Quid in hac noſtra praeſtitum ſit

VI. Nos *Poenitentiali Romano*, quod ſaepius, ut vidimus, evulgatum fuit, omiſſo, quinque tantummodo libros a CANISIO excuſos rurſus proferemus. Eos autem cum RHABANI *Poenitentiali*, cum REGINONIS libris *de Eccleſiaſticis diſciplinis*, cum veterum Canonum collectionibus, quas ex antiquiſſimis *Chiemenſi*, & *Dieſſenſi* Codicibus Cl. AMORTIVS ſuppeditavit, atque, ubi opus fuit, cum *Labbeana Pariſienſi* Conciliorum editione comparavimus; ſed praeſertim cum pervetuſto libro, quem ſaeculo XI. exaratum fuiſſe nullus dubito. Membraneus eſt codex in fol. duaſque in columnas ſingulae fere paginae diſpeſcuntur. In ſuprema primae paginae ora antiqua manus titulum hunc inſcripſit: *liber* HERIMANNI, ad quem primo ſpectavit, ab eo ad *Colonienſem* Sancti PANTALEONIS Bibliothecam tranſiit, ut paullo recentior manus adſcripſit his verbis: *ſci Pant. Colonie*: tandem neſcio quo fato *Liburnum* delatus fuit codex, ubi illum non parvo pretio a. MDCCXLII. cum aliis libris coemi. Exhibet is primo antiquam Canonum collectionem, ſed mutilam. Occurrunt primum in ea Canones Apoſtolorum quinquaginta. 2. *Conſtitutio & fides* Nicaeni *Concilii ſubditis Capitulis ſuis* (Canonibus ſcilicet *Nicaenis*) *numero* XX. 3. Canones *Ancyrani* Concilii. 4. Canones *Neocaeſarienſi*, ſcilicet in Concilio *Neocaeſarienſi* editi. 5. Canones *Gangrenſis* Concilii. 6. Canones *Antiocheni* Concili. 7. Canones *Laodicenſis* Concilii. 8. Canones *Calcedonenſi* (ſic) Concilii. 9. Canones *Sardicenſis*. 10. Canones *Carthaginienſi* (ſic) Concilii. 11. Canones *diverſorum Conciliorum* Africanae Provinciae Numidiae; ſed in primis Canonis LXXXV. verbis deſinit, membranis, quae ſequebantur, deperditis, antequam Codex compingeretur. Niſi Canones *CPolitani* heic deſiderarentur, eadem ferme collectio eſſet, quae *Dieſſenſis* Codicis. Sequuntur quinque HALITGARII libri, tum RHABANI Poenitentiale ad OTGARIVM, de quo infra, ejuſdemque liber *de*

con-

conſanguineorum nuptiis, & *de Magorum praeſtigiis, falſiſque divinationibus*. Haec excipit admonitio Synodalis ab aliis LEONI IX. ab aliis RATHERIO adjudicata, quam LABBEVS (*Tom. IX. Concil col.* 1008.) vulgavit praenotatam: *capitula incerti Auctoris, loci, & temporis ad Eccleſiae regimen congeſta*. Mirum autem eſt, heic ſubdi duodecim RHABANI de ſe diſticha, quae ſuperioribus libris fuerant ſubijcienda. Praeterea exſtant heic de Concilio GREGORII Papae Canones XVII.; itemque *de Canonibus* MARTINI *Epiſcopi Galatiae de libro Bragarenſi* (ſic); Vniverſum codicem claudit Commentariolus in Cantica Canticorum, cui hæc carmina inſcribuntur.

Hunc cecinit SALOMON mira dulcedine librum
Qui tenet egregias ſponſi ſponſaeque camoenas
Eccleſiae & Chriſti laudes hinc inde canentes
Et thalami memorat ſocios, ſociaſque fideles.
Has rogo *menti* (ſic) *tuae juvenis mandare memento*
Cantica ſunt nimium falſi haec meliora MARONIS:
Haec tibi vera canunt vitae praecepta perennis;
Auribus ille tuis male frivola falſa ſonabat.

Hunc ergo praeſertim codicem ad varias lectiones adhibui, quas inter typographica *Canſianae* editionis errata a me correcta, Patrumque aut Conciliorum in ea indicationes non memoro. Adnotationes quoque adjeci, ſed parce, iiſque tantum locis, qui illas maxime poſtulabant; quo & legentium eruditioni, & ſcriptionis brevitati conſulerem. Sed ad ipſum jam HALITGARII opus tranſeamus.

In nomine Domini, Reverendiſsimo (1) in Chriſto Fratri ac Filio (2) HALITGARIO Epiſcopo EBO (3) indignus Epiſcopus ſalutem.

NON dubito tuae eſſe notum charitati, quanta nobis Eccleſiaſticae diſciplinae, quantiſque noſtrorum neceſſitatibus ſubditorum, & inſuper mundialium oppreſſionibus, quibus quotidie agitamur, cura conſtrin-

---

(1) *Reverentiſſimo* MS.

(2) Archiepiſcopus Epiſcopum *filium* quod ſaeculo IX. appellarit, non adeo mirum, quum etiam AMBROSIVS in epiſtola ad CONSTANTINUM Epiſcopum *Vico-habentinum* eum *Filium* vocarit. *Commendo tibi* FILI, *Eccleſiam*, quae *eſt* ad *Forum Cornelii*: Hoc valde mirandum eſt, FEBRONIVM GREGORIO IV. ſummo Eccleſiae Pontifici ſuccenſere potuiſſe, quod ſe a *Galliarum* Epiſcopis non *patrem*, ſed *fratrem* dici aegre tulerit, praeſertim quum plura antiquiorum Pontificum exempla praeſto ſint, qui & ab Epiſcopis Patres nuncupati ſunt, & Epiſcopos *filiorum* nomine deſignarunt. Aliqua vide in *Antifebronio* (*T. IV. Caeſen. edit. lib. V. cap. II.*) alia apud Cl. AMADESIVM (*T. XLVI. Calogeranae ſylloges opuſcular. pag.* 15. *ſeqq.*) in diſſertatione, cui titulus: *difeſa del diploma di* S GREGORIO *M. a* MARINIANO *Arciv. di* RAVENNA.

(3) Haec de illo *Henricus* CANISIVS. „ Vnus ex praecipuis Aucto„ ribus fuit, quorum factione LVDOVICVS

ſtringat. Idcirco, ut tecum contuli, ex Patrum dictis, Canonum quoque ſententiis, ad opus conſacerdotum noſtrum excerpere poenitentialem minime valui, quia animus dum dividitur per multa, ſit minor ad ſingula. Et hoc eſt, quod hac in re me valde ſollicitat, quod ita confuſa ſunt judicia poenitentium in presbyterorum noſtrorum opuſculis, atque ita diverſa, & inter ſe diſcrepantia, & nullius auctoritate ſuffulta, ut vix propter diſſonantiam poſſint diſcerni: Unde fit, ut concurrentes ad remedium poenitentiae tam pro librorum confuſione, quam etiam pro ingenii tarditate, nullatenus eis valeat ſubveniri (4).

Qua-

„ VICVS Imperator de Imperio de-
„ jectus eſt Anno Domini DCCC-
„ XXXIII. de quo plura THEGA-
„ NVS, quem conſule, ſi lubet. LV-
„ DOVICO in Imperium reſtituto,
„ Epiſcopatu ceſſit Anno Domini D-
„ CCCXXXV. ſive volens, ſive no-
„ lens; non enim immerito metuebat
„ ſibi a LVDOVICO, in cujus offen-
„ ſam adeo ceciderat. Quo autem Epi-
„ ſcopatu ſuo privatus ſe ſe contulerit,
„ accipe ex KRANTZIO (lib. I. Me-
„ trop. c. 30.) EBO *pridem Archie-*
„ *piſcopus* Rhemenſis *in* Galliis *quum*
„ *eſſet conſpirationis in Imperotorem* LV-
„ DOVICUM *non ignarus, repoſituſ-*
„ *que eſſet in plenam poteſtatem admini-*
„ *ſtrandi imperii & regni* LVDOVI-
„ CVS, *quod mali ſibi timeret ab Im-*
„ *peratore, non putavit exſpectandum,*
„ *ſed pervenit ad D.* ANSGARIVM *in*
„ *Eccleſiam* Hamburgenſem, *cum quo*
„ *ſibi pridem fuiſſet delegatum legatio-*
„ *nis in gentes* Danorum *miniſterium.*
„ *Amplexus eſt virum primarium* ANS-
„ GARIVS, *quod magno culmine deje-*
„ *ctum videret, miſeratus eſt peregrina-*
„ *tionem ejus, & provenit, ut Eccle-*
„ *ſia* Hildeſemenſia *illa tempeſtate vi-*
„ *duata careret Epiſcopo. Patiente Im-*
„ *peratore, qui tum imprimis ad ſta-*
„ *tuendos Epiſcopos erat implorandus,*
„ *in Eccleſiam illam eſt adſumptus ordi-*
„ *ne quartus. Longe illum ſibi eſſe vo-*
„ *luit Imperator, & potuit ſine invi-*
„ *dia in gente novella magno ſuo peri-*
„ *culo ſuſtineri, ſimul ut legationi ſibi*
„ *creditae propior eſſet, tranſeuntes ex*
„ *conſtituto ad praedicandum in* Borea-
„ libus *Chriſti Evangelium: quod utrum*
„ *opere impleverit cum* ANSGARIO,
„ *vel ſine illo peregrinatus, annales non*
„ *commemorant: ſed Epiſcopum eſſe fa-*
„ *ctum* Hildeſemenſem, *inter omnes*
„ *conſtat, in qua ſede duodecim ille*
„ *annos permanſit, ſuſtinente ac defen-*
„ *dente* LVDOVICO *Rege Imperatoris*
„ *filio, qui a patre Regnum* Germaniae
„ *ſuſcepit. Magna fuit inter* ANSGA-
„ RIVM & EDONEM *ex antiquo fa-*
„ *miliaritas, quod dono* EBONIS *de*
„ *Eccleſia Rhemenſi venerandas Reliquias*
„ *Sanctorum* SIXTI & SIMNITII *Epi-*
„ *ſcoporum acceperit, quas in* Hambur-
„ gum *contulit: & poſt inde a* Dania *fu-*
„ *gatus, tranſportavit ſecum in* Ramſo-
„ lam *ultra* Albim: *locum quidem* Ver-
„ deaſi *parochiae, ſed qui etiam propter*
„ *memoriā divi* ANSGARII *ibi diu com-*
„ *morantis* Bremenſi *dioeceſi reputatur,*
„ *ibique ſervatur in hodiernum*,, Haec
„ KRANTZIVS. Ceterum, qualis
„ demum EBBO in LVDOVICVM
„ Imperatorem fuerit; gregis ſui &
„ ſacerdotalis dignitatis, honeſtatiſ-
„ que amantem fuiſſe Antiſtitem, vel
„ Epiſtola ejus ad HALITGARIVM
„ abunde docet, qua tam enixe po-
„ ſtulat, ut poenitentiae rationem &
„ ordinem ex ſanctis Patribus, Con-
„ ciliis, & Canonibus in ſcripta refe-
„ rat, bonoque publico divulget.,,
Hactenus CANISIVS. Porro de EB-
BONE teſtatur HINCMARVS epiſt.
XXVIII. obiiſſe illum a. DCCCLI.
XIII. Kal. Aprilis. Confer novam *Gal-*
liam Chriſtianam.

(4) Haec EBBONIS ſollicitudo confirmat, quod docti viri pridem obſervarunt, Poenitentiales libros Epiſcopis cordi maxime fuiſſe, ut ad eos Poenitentiae Sacramentum a Sacerdo-

di-

Quapropter, chariſſime frater, noli teipſum nobis negare, qui ſemper Matth. XI. 30.
in divinis ardenti animo diſciplinis, ac ſolerti cura ſcripturarum meditationibus. perfectiſſimo otio floruiſti. Arripe, quaeſo, ſine excuſationis verbo hujus ſarcinae pondus, a me quidem tibi impoſitum, ſed a Ps. LXXX. 11.
Domino, cujus onus leve eſt, levigandum. Noli timere, neque formides hujus operis magnitudinem; ſed fidenter accede, quia aderit tibi,
qui dixit: *Aperi os tuum, & ego adimplebo illud*. Scis enim optime, Matt. V. 13.
parvis parva ſufficere, nec ad menſam Magnatornm pauperum turbam poſſe accedere. Noli tuae devotionis nobis ſubtrahere ſcientiam. Noli acceuſam in te ſub modio ponere lucernam, ſed praecelſo eam
ſuperponere candelabro, *ut luceat omnibus, qui in domo Dei ſunt*, Fra- Matth. XIII. 52.
tribus tuis, & profer nobis veluti ſcriba doctus, quod accepiſti a Do-
mino. Aderit tibi in hujus laboris itinere illius gratia, qui duobus diſ- Luc. XXIV. 13.
cipulis euntibus, tertium ſe ſocium addidit in via, & aperuit illis ſenſum (5), ut ſanctas intelligerent Scripturas. Spiritus Paraclitus, omni veritatis doctrina, & perfecta charitatis ſcientia tua reſplendeat (6) pectora, chariſſime frater, Vale.

Domino, & Venerabili Patri in Chriſto EBONI Archiepiſcopo, HALITGARIUS Minimus Chriſti famulus ſalutem.

POſtquam venerande Pater, dictas (7) beatitudinis veſtrae accepi litteras, quibus me hortari dignati eſtis, ne mentis acumen inerti, torpentique otio ſubmitterem: ſed cognitioni ac meditationi quotidie Sacrae Scripturae me vigilanter traderem: & inſuper ex Sauctorum Patrum, canonumque ſententiis poenitentialem in uno volumine adgregarem. Durum quippe mihi & valde difficile, tremendumque hoc quoque fuit imperium, ut hanc ſuſciperem ſarcinam, quam a prudentibus cognoſco relictam. Multumque reniſus ſum voluntati veſtrae, non velut procaciter durus, ſed propriae infirmitatis admonitus. Haec etenim cura ſollicitus neceſſarium duxi, ut aliquamdiu me a ſcribendi temeritate ſuſpenderem. Sed quia ſicut perpendi, injuncti operis difficultatem, ita & injungentis auctoritatem; nec volui, nec debui uſquequaque reſiſtere: certus quia imbecillitatem meam multo amplius veſtra (8) praecipientis dignitas, quam adgravaret meae ignorantiae diſficultas.

IN-

tibus rite adminiſtraretur. Certe in *Inquiſitione*, quae lib. 1. REGINONIS *de diſcipl. Eccleſ.* legitur, (*n. 95.*) Epiſcopo inquirendum praeſcribitur, *ſi habeat Poenitentiale* Romanum *vel a* THEODORO *Epiſcopo, vel a Ven. Presbytero* BEDA *editum, & ſecundum quod ibi ſcriptum eſt, interroget confitentem, & confeſſo poenitentiam imponat*. Hinc tamen velim, ut qui veteres poenitentiales libros tantopere efferunt, cautiores in iis laudandis, multoque magis edendis eſſe diſcant, cum quantopere EBBONIS aetate corrupti, confuſique eſſent, intelligant.

(5) *Illis ſenſus* MS.

(6) *Repleat* MS. atque ita legendum.

(7) *Directas* MS. ac ſic omnino legendum.

(8) Adde ex MS. *adjuvaret*, ſine quo verbo hiulca eſt ſententia.

Digitized by Google

INCIPIT PRAEFATIO

De poenitentiae utilitate.

QUamvis originalia in Baptiſmatis munere gratia mediatoris cuncta aboleri veraciter credantur peccata, quia ſufficit illa ſola ſpiritalis regeneratio: Attamen quum ventum fuerit ad aetatem, quae praeceptum jam capit, & ſubdi poteſt legis imperio; ſuſcipiendum eſt bellum contra vitia, & gerendum acriter, ne iterum reducatur ad damnabilia peccata. Pauciſſimi autem ſunt tantae felicitatis, ut ab ipſa ineunte adoleſcentia, nulla damnabilia peccata committant, vel in flagitiis, vel in facinoribus, vel in homicidiis, vel in nefariae cujuſquam impietatis errore: ſed magna ſpiritus largitate neceſſarium eſt opprimere, quidquid in eis poteſt, aut potuit carnalis delectatio dominari. Tunc itaque victa vitia deputanda ſunt, quum Dei amore vincuntur, quem niſi Deus ipſe non donat, nec aliter, niſi (per) mediatorem Dei, & hominum IESUM Chriſtum, qui factus eſt particeps mortalitatis noſtrae, ut nos participes faceret divinitatis ſuae. Verumtamen in gravi jugo, quod poſitum eſt ſuper filios Adam, a die exitus de ventre matris eorum; uſque in diem ſepulturae in matrem omnium, etiam hoc malum miſerabiliter reperitur. Ideoque ſobrii ſimus, atque intelligamus, hanc vitam de peccato illo nimis nefario, quod in Paradiſo perpetratum eſt, factam nobis eſſe poenalem, totumque, quod nobiſcum agitur, non pertinere, niſi ad novi ſaeculi hereditatem novam, ut hic pignore accepto illud, cujus hoc pignus eſt, ſuo tempore conſequamur: ſed quomodo (1) filii dei, quamdiu mortaliter vivunt, cum morte confligunt, & ſic ſpiritu Dei excitantur, & tanquam filii Dei proficiunt ad Dominum, ut etiam a Spiritu Sancto, aggravante corpore corruptibili, tanquam fi-
Ex S. GREG. M. lib. XXI. Moral. In cap. 30. Job. cap 9. lii hominum, in quibuſdam humanis motibus deficiant ad ſeipſos, & ideo peccent: Intereſt quidem quantum, neque enim omne peccatum crimen eſt, ſed omne crimen peccatum eſt. Sanctorum itaque hominum vitam, qua in hac morte vivitur, ſine crimine inveniri poſſe, ſine pec-
1. Joh. 1. 8. cato autem nunquam, ut ait Apoſtolus: *Si dixerimus, quia peccatum non habemus, nos ipſos ſeducimur, & veritas in nobis non eſt.* Unum autem pro altero conſuevit ponere Scriptura. In actione autem poenitentiae, ubi tale commiſſum eſt crimen, ut is a Chriſti corpore, qui commiſit, ſeparetur, non tam conſideranda eſt menſura temporis, quam doloris:
Pſ. 1. cor autem contritum, & humiliatum Deus non ſpernit. Sane quia plerumque dolor alterius cordis occultus eſt alteri, recte conſtituuntur tempora poenitentiae ab his, qui praeſunt Eccleſiis, ut ſatisfiat etiam Eccleſiae, in qua remittuntur peccata. Ergo quum tanta eſt plaga peccati, ut medicamenta corporis, & ſanguinis Domini ſint differenda, auctoritate antiſtitis debet ſe quiſque ab altario removere ad agendam poenitentiam, & eadem auctoritate reconciliari; hoc eſt enim Corpus, & San-

(1) Corrige ex MS.: *ſed quoniam.*

Sanguinem Domini indigne accipere, ſi eo tempore accipiat, quo poenitentiam debet agere (2). Nam ipſa poenitentia, quando digna eſt cauſa, ut ſecundum morem Eccleſiae agatur, plerumque infirmitate non agitur, quia & pudor timor eſt diſplicendi, dum plus delectat hominem exiſtimatio, quam juſtitia, qua ſe quiſque humiliat poenitendo. Meminerit ille, quicumque eſt, quia *Deus ſuperbis reſiſtit, humilibus autem dat gratiam*. Quid enim eſt perverſius, quidve infelicius, quam in ipſo vulnere, quod latere non poteſt, non erubeſcere & de ligatura plus erubeſcere? Nemo arbitretur propterea, ſe conſilium ſalubre hujus poenitentiae debere contemnere, quia advertit (3) forte, novitque ad altaris ſacramenta accedere, quorum non ignorat talia crimina apud ſe retinere. Corrigunt enim multi, ut PETRVS: multi tolerantur, ut IVDAS: multi neſciuntur, donec veniat Dominus, & illuminet abſcondita tenebrarum, & manifeſtet cogitationes cordium. Jcb. IV. 6.

Nos vero quemquam a communione prohibere non poſſumus, quamvis haec prohibitio nondum ſit mortalis, ſed medicinalis; niſi aut ſponte confeſſum, aut in aliquo ſive ſaeculari, ſive Eccleſiaſtico judicio accuſatum, atque convictum. Plerique autem attendunt multos in ipſis honoribus Eccleſiaſticis Praepoſitorum, & miniſtrorum non congruenter vivere ſermonibus, & Sacramentis, quae per eos populis miniſtrantur. O miſeros homines (4)! quibus intuendo Chriſtum obliviſcuntur: qui ex tanto ante praedixit, ut legi Dei potius obtemperetur, quam imitandi videantur illi, qui quae dicunt, non faciunt, & traditorem ſuum tolerans uſque in finem, etiam ad evangelizandum cum ceteris miſit. Aliquis forte deſperatus dicat: *Ego jam baptizatus in Chriſto, a quo omnia peccata praeterita mihi dimiſſa ſunt, vilis factus ſum nimis iterans vias meas, & canis horribilis oculis Dei converſus ad vomitum ſuum. Quo abibo a ſpiritu ejus, & a facie ejus quo fugiam?* Quo frater? niſi ad ejus miſericordiam poenitendo, cujus poteſtatem peccando contempſeras. Quidquid enim feceris, quaecumque peccaveris, adhuc in vita es, unde te omnino auferret, ſi ſanare nollet. Matth. XXIII. Pſal. XIII. 87.

Oportet igitur ad poenitentiam accedere cum omni fiducia, & ex fide credere indubitanter, poenitentia poſſe aboleri peccata, etiamſi in ultimo vitae ſpiritu commiſſa poeniteat, & publica lamentatione peccata prodantur, quia propoſitum Dei, quo decrevit ſalvare, quod perierat, ſtat immobile, & ideo, quia voluntas ejus non mutatur, ſive emendatione vitae, ſi tempus conceditur; ſive ſupplici confeſſione, ſi continuo vita exceditur, venia peccatorum fideliter praeſumatur ab illo, qui non vult mortem peccatoris, ſed ut convertatur a perditione poenitendo, & ſalvatus miſeratione Dei vivat. Certiſſimae ſunt (5) fide- Ezech. XXXIII. 11. Matth. XVI.

(2) Huc ſpectat illud GENNADII in lib. *de dogmat. Eccleſiaſt. cap. 53. Quem mortalia crimina poſt Baptiſmum commiſſa premunt, hortor prius publica poenitentia ſatiſfacere, & ita Sacerdotis judicio reconciliatum Communioni ſociari, ſi vult non ad judicium, & condemnationem ſui Eucbariſtiam percipere.*

(3) *Quia advertit multos* MS., quod recta ſententia poſtulat, niſi malis infra *quos* legere pro *quorum*.

(4) Sic etiam MS.; ſed aliquid heic deeſſe, recte vidit CANISIVS: *forte qui hos, vel alios intuendo.*

(5) *Et fideliſſimae* MS.

fideliſſimae claves Eccleſiae, quibus quodcumque in terra ſolvitur, etiam in coelo ſolutum promittitur.

Haec dicta ſunt de publica ſatisfactione, qua quiſque humiliando ſe (6), non ſolum coram Deo, ſed etiam coram Eccleſia, quae habet clavem Coelorum, in qua fit remiſſio peccatorum.

Secreta quoque ſatisfactione ſolvi mortalia crimina non negamus, mutato prius ſaeculari habitu, & indefeſſo Religionis ſtudio, per vi-
Matth. VI. tae correctionem, & jugi, immo perpetuo luctu, miſerante Deo, ita dumtaxat, ut contraria pro his, quae poenitet, agat. Quotidiana vero, leviaque peccata, ſine quibus haec vita non ducitur, dominica oratione purgantur, quorum eſt dicere: *Pater noſter, qui es in Coelis*, &
Luc. XI. 41. reliqua: ibi dicitur: *dimitte nobis debita noſtra*, quia ipſa eleemoſyna eſt, veniam homini petenti, ignoſcere. Unde Dominus ait: *Date eleemoſynam, & omnia munda ſunt vobis*.

Multa igitur genera ſunt eleemoſynarum, quae quum facimus, adjuvamur, ut dimittantur noſtra peccata, ſed ea nihil eſt majus, quam
Matth. V. 22. (quando) (7) ex corde dimittimus, quod in nos quiſque peccavit.

Sunt autem quaedam *peccata, quae* putantur leviſſima, niſi in Scripturis demonſtrarentur opinione graviora. Quis enim dicentem fratri ſuo, *fatue*, reum gehennae putaret, niſi veritas diceret? Aut quis aeſtimaret, quam magnum eſſet (8) peccatum, dies obſervare, menſes, & annos, & tempora, ſicut obſervant, qui certis diebus, ſive menſibus, ſi-
Galat. IV. ve annis, vel nolunt aliquid inchoare, niſi Apoſtolus diceret: *Timeo vos, ne ſine cauſa laboraverim in vobis?*

Quam multa ſunt alia peccata, ſive in loquendo de rebus, & negociis alienis, quae ad te non pertinent; ſive in vano cachinno; ſive in ipſis eſcis, quae ad neceſſitatem hujus vitae parantur, in quibus eſt avidior appetitus, ſive in vendendis & emendis rebus caritatis & utilitatis vota perverſa.

Sunt & alia hujuſcemodi peccata, quae ſiunt verborum offenſioni-
Jacob. III. 2. bus, & cogitationum, IACOBO dicente Apoſtolo: *in multis enim offendimus omnes*. Oportet quotidie, crebroque exoremus ad Dominum, atque dicamus: *Dimitte nobis debita noſtra*, nec in eo, quod ſequitur, men-
Matth. VI. tiamur: *ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris*, pro quibus etiam ſacrificia eleemoſynarum, & jejuniorum pro viribus (9) offerre non ceſſet.

Pro illis ergo peccatis, quae legis decalogus continet, & de qui-
1. Cor. VI. 9. bus Apoſtolus ait, quod *neque avari, neque rapaces, neque adulteri, neque maſculorum concubitores &c. quoniam qui talia agunt, Regnum Dei non poſſidebunt*, illa actio poenitentiae ſubeunda eſt, in qua majorem in ſe quiſ-

(6) Ita etiam Codex; ſed locus medica manu indiget, ac vel legendum *humilians ſe*, vel aliquid addendum.

(7) CANISIUS addidit, *quando*, ut rectum aliquem ſenſum huic loco tribueret. Neceſſe tamen non erat. Satis ſit cum noſtro Codice legere *quam*.

(8) *Eſſe* Codex. Hinc nullus dubito mendum in vocula *quam* cubare, legendumque *tam magnum eſſe*.

(9) *Pro ſuis viribus prorſus quiſque* Cod. optima lectio.

quiſque ſeveritatem debeat exercere (10), ut a ſeipſo judicatus, non judicetur a Domino; quae actio poenitentiae tunc erit perfecta, & adceptabilis, ſi adſcenderit homo adverſum ſe tribunal mentis ſuae, & conſtituerit ſe ante faciem ſuam, ne hoc ei poſtea fiat, ſicut comminatur Deus peccatori, atque ita conſtituto in corde judicio, adſit accuſatrix cogitatio, teſtis conſcientia, carnifex timor; deinde ſanguis animae confitentis per lacrymas profluat: poſtremo in conſcientia ſua ſe indignum judicet participatione Corporis & Sanguinis Domini. Verſetur ante oculos imago futuri judicii, ut, quum alii accedunt ad altare Dei, quo ipſe non accedit, cogitet, quam ſit contremiſcenda poena, qua percipientibus aliis vitam aeternam, alii in morte praecipitantur aeternam. 1. Cor. XI. 31.

Menſuram autem temporis in agenda poenitentia, idcirco non ſatis attente praefigunt Canones pro unoquoque crimine, ſed magis in arbitrio Antiſtitis (11) relinquendum ſtatuunt, quia apud Deum non tam valet menſura temporis, quam doloris, nec abſtinentia tantum ciborum (12), ſed mortificatio potius vitiorum.

Propter quod tempora poenitentiae, fide, & converſatione poenitentium adbrevianda praecipiunt, & negligentia protelanda (13). Exſtant tamen pro quibuſdam culpis modi poenitentiae in canonibus impoſiti, juxta quod ceterae perpendendae ſunt culpae, quum ſit facile per eoſdem modos vindictam, & cenſuram canonum aeſtimare.

Hanc autem epiſtolam nemo quidem exiſtimet meam, ne illis pro parvitate nominis mei viileſcat. Sed ſciat a majoribus noſtris ex Sanctorum ſententiis eſſe collectam (14); a me quidem excerptam, ne nimia prolixitate negligentibus lectoribus faſtidium generaret.

Libellum de vitiis octo principalibus, eorumque remediis, quem de libris GREGORII, AUGUSTINI, nec non PROSPERI excerpſimus, in capite praeponimus, poſt praefationem hanc, quam excerpſimus.

Secundus quidem libellus continet de vita activa, & contemplativa pauca capitula, nec non & principalium virtutum nomina. Ipſa quidem

(10) *Exerere* MS.

(11) Vide infra *Lib. III. Cap. I.*

(12) Nimirum abſtinentiam poenitentes ita ſervabant, ut ne peracta quidem poenitentia carnibus veſcerentur. *Etiam reconciliatus poenitens*, inquit S. CAESARIUS Arelat. (*hom. I. inter Baluzianas*,) *ubicumque aut in ſuo aut in alieno convivio, olera aut legumina, aut piſciculos invenire potuerit, aliam carnem non debet accipere*. Vide etiam *Cabilonenſis* Concilii a. DCCCXIII. celebrati canonem XXXV. Subſequenti tamen tempore, ut MARTENIUS animadvertit (*de ant. Eccleſ. ritib. Lib. I. cap. 6. art. 4. num.* 10.) hanc poenam largiſſimis poenitentes eleemoſynis redimebant. Quare *Veronenſis* Epiſcopus RATHERIUS in *Synodica* epiſtola *ad presbyteros* ajebat ſaeculo X. *Nullus poenitentem invitet carnem manducare, & bibere vinum, niſi pro eo ad praeſens eleemoſynam fecerit*.

(13) Exſtat haec ſententia apud GRATIANUM (*Can. 86. de Poenit. diſt.* 1.) Sumpta autem eſt ex Canone *Ancyrano* quinto, ubi ſtatuitur, ut *Epiſcopi modo converſationis examinato poteſtatem habeant, vel utendi clementia, vel plus temporis adjiciendi*. Confer *Gregorium* NYSSENUM in ep. ad LETOIUM (*cap.* 4.) Canonem XII. *Nicaenum*, atque ultimum *Trullanum*, quos recitat MORINUS (*Lib. I. de poenit. cap.* 15.

(14) Vide noſtrum in hos libros prooemium.

Digitized by Google

ex Sanctorum Patrum dictis collecta. Quorum nomina cujus ſunt ſententiae, in marginibus poſuimus, propter prolixitatem vitandam repetendorum nominum, & ne aliquis invidus nobis vocitaret compilatorem. (15)

Tertius de ordine poenitentum cum nominibus, unde ſumptus eſt, Conciliorum.

Quartus vero de judiciis laicorum.

Quintus de ordinibus Clericorum, & de regulis, ſi deviaverint, ipſorum.

INCIPIUNT CAPITULA LIBELLI PRIMI.

I. *De octo principalibus vitiis, & unde oriuntur.*
II. *De vitio ſuperbiae.*
III. *De remedio ſuperbiae.*
IV. *De vitio inanis gloriae.*
V. *De remedio inanis gloriae.*
VI. *De vitio invidiae.*
VII. *De remedio invidiae.*
VIII. *De vitio irae.*
IX *De remedio irae.*
X. *De vitio triſtitiae.*
XI. *De remedio triſtitiae.*
XII. *De vitio avaritiae.*
XIII. *De remedio avaritiae.*
XIV. *De vitio ventris ingluviae.*
XV. *De remedio gulae vitii.*
XVI. *De vitio luxuriae.*
XVII. *De remedio luxuriae,*

INCIPIT LIBELLUS PRIMUS FELICITER.

De octo principalibus vitiis, & unde oriuntur.

CAPUT I.

PAradiſi gaudiis, poſtquam expulſum eſt genus humanum, octo criminalia (1) in filios ADAE originaliter dominantur vitia: Quae niſi per gratiam Salvatoris, ac Baptiſmi renovationis minime abolenda cre-

(15) *Nos vocitaret compilatores*, Cod. aptius.

(1) Ad hunc locum *Henricus* CANISIUS in margine iſta adnotavit: „ Octo principalia vitia numerant THEODULPHUS Epiſc. *Aurelianenſ.* (ep. ad Clerum), EVAGRIUS ad ANATOLIUM (*Lib. de octo vitioſis cogitationibus*), S. NILUS (*Lib. de octo vitioſis adfectionibus*) & alii. Vide quae notavimus T. 1. antiq. lection. in append. ad monoſtichon S. COLUMBANI (*fol.* 2.)

credamus. Unde Beatus GREGORIUS in *expoſitione* IOB (2) loquitur. Vitia quoque tentantia, quae invifibili contra nos praelio repugnanti (3) ſuper ſe ſuperbiae militant: alia more ducum praeeunt; alia more exercitus ſubſequuntur.

Ipſa namque vitiorum Regina ſuperbia, quum devictum plene cor ceperit, mox illud ſeptem principalibus vitiis, quaſi quibuſdam ſuis ducibus devaſtandum tradit, quos videlicet duces exercitus ſequitur, quia ex eis proculdubio importunae vitiorum multitudines oriuntur. Quod melius oſtendemus, ſi ipſos duces, atque exercitus, ut poſſumus, enumerando, proferamus.

Radix quippe cuncti mali ſuperbia eſt, de qua Scriptura adteſtante, dicitur: *Initium omnis peccati ſuperbia*. De hac quoque virulenta radice, VII. principalia vitia proferuntur, ſcilicet inanis gloria, invidia, ira, triſtitia, avaritia, ventris ingluvies, luxuria. Nam quia his ſeptem ſuperbiae vitiis nos captos doluit, idcirco Redemptor noſter ad ſpiritalis liberationis praelium ſpiritu ſeptiformis gratiae plenus venit. Sed habent contra nos haec ſingula exercitum ſuum. Eccl. XIX.

Nam de inani gloria haec oriuntur, inobedientia, iactantia, hipocriſis, contentiones, pertinaciae, diſcordiae, & novitatum praeſumptiones.

De invidia naſcitur odium, ſuſurratio, detractio, exultatio in adverſis proximi, afflictio autem in proſperis.

De ira proferuntur rixae, tumor mentis, contumeliae, clamor, indignatio, blaſphemiae.

De triſtitia naſcitur malitia, rancor, puſillanimitas, deſperatio, torpor circa praecepta, vagatio mentis erga illicita.

De avaritia oriuntur proditio, fraus, fallacia, periuria, inquietudo, & contra miſericordiam obdurationes cordis.

De ventris ingluvie propagatur (4) inepta laetitia, ſcurrilitas, immunditia, multiloquium, hebetudo ſenſus circa intelligentiam.

De luxuria generatur (5) caecitas, inconſideratio, inconſtantia, praecipitatio, amor ſui, odium Dei, adfectus praeſentis ſaeculi, horror autem, vel deſperatio futuri.

Quia ergo ſeptem principalia vitia tantam de ſe vitiorum multitudinem proferunt, quum ad cor veniunt, quaſi ſubſequentis exercitus catervas trahunt, ex quibus videlicet ſeptem quinque ſpiritalia, duoque carnalia ſunt. Sed unumquodque eorum tanta ſibi cognatione jungitur, ut nonniſi unum de altero proferatur. Prima namque ſuperbiae ſoboles inanis eſt gloria, quae dum oppreſſam mentem corruperit, mox invidiam gignit. Quia nimirum dum vani nominis potentiam appetit, ne quis hanc alius adipiſci valeat, tabeſcit.

Invidia quoque iram generat. Quia quanto interno livoris vulnere animus ſauciatur, tanto etiam manſuetudo tranquillitatis amittitur. Et quia quaſi dolens membrum tangitur, idcirco oppoſitae actionis manus velut gravius preſſa ſentitur. Ex

(2) *Cap. 39. Lib. 31. Moral. cap. 17.*
(3) *Regnanti* editio S. Greg. *Romana.*
(4) *Propagantur* Cod.
(5) *Generantur* Cod.

Ex ira (6) quoque triſtitia oritur, quia turbata mens, quo inordinate ſe concutit, eo addicendo confundit. Et quum dulcedinem tranquillitatis amiſerit, nihil hanc niſi ex perturbatione ſubſequenti moeror paſcit.

Triſtitia quoque ad avaritiam dirigitur (7): quia dum confuſum cor bonum laetitiae intus amiſerit, unde conſolari debeat, foris quaerit. Et tanto magis exteriora bona adipiſci deſiderat, quanto gaudium non habet, ad quod intrinſecus recurrat.

Poſt haec vero duo carnalia vitia, ideſt, ventris ingluvies, & luxuria ſuperſunt. Sed cunctis liquet, quod de ventris ingluvie luxuria naſcitur, dum in ipſa diſtributione membrorum ventri genitalia ſubnixo (8) videantur. Unde dum unum inordinate reficitur, aliud proculdubio ad contumelias excitatur.

Bene autem duces exhortari dicti ſunt, exercitus ululare, quia prima vitia deceptae menti quaſi ſub quadam ratione ſe inferunt, ſed innumera, quae ſequuntur, dum hanc ad omnem inſaniam pertrahunt, quaſi beſtiali clamore confundunt (9).

C A P V T II.

De vitio ſuperbiae.

CONſideremus ergo, quae cauſſae praecedant, quas vitia ſubſequantur. Ait enim PROSPER (1). Quod ut credibilius videatur, Scriptura divina conſulta reſpondeat. Unde quaeſita protulit, dicens: *Initium omnis peccati ſuperbia*; non alicujus, ſed omnis peccati, quomodo (2) non ſolum peccatum eſt ipſa, ſed etiam nullum peccatum fieri poteſt, aut potuit, vel poterit ſine ipſa. Siquidem nihil aliud omne peccatum, niſi Dei contemptus eſt, quo ejus praecepta calcantur. Denique ipſe diabolus inventor ſuperbiae, per ipſam de coeleſtibus corruit, quem Deus fecerat ſine ullo peccato. Et haec eſt omnium malorum cauſſa. Hinc eſt, quod idem primus homo, ſuperbi ſpiritus elatione corruptus, omnem poſteritatem ſuam, quae in illo radicaliter fuit, neceſſitati corruptionis, ac mortalitatis addixit. De quo dicit Apoſtolus: *per unum hominem peccatum intravit in mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines pertranſiit.* Superba voluntas facit Dei praecepta contemni, & ex angelis daemones fecit.

Quapropter (3) audiant ſuperbi: quia ſunt omnia tranſitoria, quae am-

(6) *De ira* Cod.

(7) Melius: *ab avaritia derivatur*.

(8) *Subnixa* Cod. *ſubnexa* Editio R. Greg.

(9) Hucuſque ex S. Greg. M.

(1) Immo vero *Julianus* POMERIUS, cui magnus SIRMONDUS ex ISIDORO primus libros *de vita contemplativa* reſtituit, *Lib. III. cap.* 2.

(2) *Quomodo* l. ex Codice noſtro, & ex Lugdunenſi PROSPERI editione apud *Sebaſtianum* GRYPHIUM MDXXXIX.

(3) GREGORIUS eſt in noſtri Codicis, uti & in *Canifiani* exempli margine. Hic tamen longe alia de ſuperbia habet *lib.* 34. *Moral. in* IOB *cap.* 18.

Digitized by Google

ambiuntur (4), & aeterna, quae perduntur. Et illud: *omnis qui ſe exaltat, humiliabitur*. Et iterum. *Quid ſuperbit terra & cinis?* Et illud: *ante ruinam exaltabitur ſpiritus*. Et: *Deus alta a longe cognoſcit*. De eorum quoque capite diabolo ſcriptum eſt: *Ipſe eſt rex ſuper omnes filios ſuperbiae*. Luc. XVIII. 14. Eccl. X. 9. Prov. XVI. 18. Pſ. CXXXVII. 6. Job. XLI. 25.

Jam nunc (5) videamus, quibus indiciis poſſit ſuperbia deprehendi. Unde paullo poſt ſequitur: *habitus quoque, & inceſſus pedum ſuperbos oſtendunt*, quorum erecta cervix, facies torva, truces oculi, & ſermo terribilis nudam ſuperbiam clamant; humana jura, divinaque confundunt, honoribus intumeſcunt, aliena rapiunt, & ſeipſos ſuperbiae corrupti morbo non capiunt. Eſt enim & occulta ſuperbia, quae proficientes aliquantulum occulte captivat, quos in profundum malorum fraudulenta dominatione praecipitat; & ne umquam poſſint exſurgere (6), jugiter calcat. Inde eſt, quod hi, quos ſuperbae mentis tabes purulenta corruperit, ſeniorum ſuorum non obſervant imperata, ſed judicant; de ſuis negligentiis objurgati, aut rebellant, aut murmurant; de loco ſuperiori deceptant (7), praeferri ſe melioribus adfectant; ſuas ſententias procaciter jactant, non ſervant in obſequio reverentiam. Haec ſunt ſuperbiae tumoris indicia, quibus Deus offenditur, & his malis diabolus paſtus exultat.

CAPVT III.

De remedio ſuperbiae.

HUmilitas (1) virtutum omnium mater penitus conterit ſuperbiam, quemadmodum ſcriptura teſtatur: *Omnis, qui ſe humiliat, exaltabitur*. *Et gloriam praecedit humilitas*. Et iterum: *Ad quem reſpiciam, niſi ad humilem, & quietum, & trementem ſermones meos?* Et *Deus humilia reſpicit*. Unde GREGORIVS (2) inquit: Dicatur ergo humilibus, quia dum ſe dejiciunt, ad Dei ſimilitudinem adſcendunt. Et quid humilitate ſublimius? quae dum ſe in ima deprimit, auctori ſuo manenti ſuper ſumma conjungitur. Eſt tamen aliud, quod in eis debeat caute penſari, quia ſaepe quidam humilitatis decipiuntur ſpecie, quidam vero elationis ſuae ignorantia falluntur; idcirco oportet omnes ſollicitos eſſe, ut maculae ſuperbiae imbribus lacrymarum deleantur, & contritio cordis, & humilis ſpiritus, omnem fomitem vitiorum excludat, & qui proximis laeſionem intulit, veniae ſatisfactione reconciliet, rapinam Luc. XVIII. 14. Prov. XV 33. Iſai. LXVI. 2.

(4) *Ambiunt*, & paullo poſt *perdunt* Cod.

(5) Quae hinc ſequuntur ad capitis finem, ex PROSPERO (ſic compendii cauſſa deinceps auctorem librorum *de vita contemplativa* indicabo) *lib. III. cap.* 8. HALITGARIVS promſit.

(6) *Emergere*, *Lugd. Proſp.* edit.

(7) Ita quoque in Codice noſtro ſcriptum erat; ſed antiqua manus emendavit, legique juſſit *decertant*, *Diſceptant* eſt in edito, quem laudavi, PROSPERI libro.

(1) Confer *Gregor.* XXIII. *Moral.* in Job. cap. 7.

(2) Simile quid habet S. GREGORIUS *lib.* XXXIII. *Moral. c.* 7.

pinam pauperum miſericordia largitatis diluat; eiſdem, quibus injuſte abſtulit, ſi quid poteſt miſericorditer reddat: & inſuper eleemoſynarum fructus minime negligat, aliiſque bonis operibus vitam ſuam corrigendo apud Domini miſericordiam ſtudioſe perquirat, ſicut ſcriptum eſt: *miſerere animae tuae placens Deo*. Idcirco temporis menſuram in agenda poenitentia pro unoquoque crimine praefigunt (3) canones, ſed magis in arbitrio antiſtitis relinquendum ſtatuunt. Quia apud Dominum non tam valet menſura temporis, quam doloris, nec abſtinentia tantum ciborum, quam mortificatio vitiorum (4).

CAPUT IV.

De vitio inanis gloriae.

INanis (1) namque gloria devictum cor quaſi ex ratione ſolet exhortari, quum dicit: *Debes majora adpetere, ut qua poteſtate valueris multos excedere, eo etiam valeas & pluribus prodeſſe*. Sed Scriptura e contra ſignum vanitatis oſtendit dicens.

Eſt enim vanitas (2) inflata quaedam circa delectationes varias animi languentis adfectio, poticndi honoris avida ſimul & neſcia, morbo excellentiae inanis adflata, cava, morbida, turbulenta, animorum levium domina, male fundatis omnibus blanda, repugnantibus fumea, capiendis ſeductoria, captis invicta: ſimulatio quaedam virtutum (3), appetitio dignitatum, dulcis miſeris, amara perfectis, cui ſerviunt tumidi, ſub qua jacent elati, qui ſe de operibus, quorum ſibi conſcii non ſunt, turpiter jactant, qui ſe ab omnibus praedicari per nefas adfectant, qui ſanctos viros ſui deprecatione (4) depreciant. His, & ſimilibus delinitos vanitas premit, nec eos morbum ſuum ſentire, aut ad medicum venire permittit. Et quid eſt, ad medicum venire, niſi infirmum ſuas infirmitates cognoſcere? tantumque eos ardor humanae laudis inflammat, ut laborioſa opera, quae populus admiretur, & quibus fama diffunditur, ſine labore ſuſcipiant, & libenter exerceant. Inde eſt, quod jejunare, abſtinere, vigilare, Eccleſiam frequentare, vel pſallere (5), quum haec omnia ſine labore non faciant (6), etiam cum delectatione faciunt, ut ab hominibus, quibus placere, non Deo, deſiderant, videantur. Unde veritas ait: *amen dico vobis, receperunt mercedem ſuam*.

CA-

(3) *Non praefigunt* Cod.; & ita omnino legendum.

(4) Vide quae ſupra ad praefat. adnotavimus.

(1) GREGOR.

(2) Haec, ceteraque ad capitis finem exſtant lib. III. *de vita contempl.* cap. 10.

(3) Addit editus PROSPER: *anima vitiorum, fomes carnalium delectationum, labes morum*.

(4) *Comparatione*, Codex, & editus PROSPERI liber; utique aptius.

(5) Addit Codex: *non ceſſant*.

(6) *Fiant*, PROSPER editus.

CAPVT V.

De remedio inanis gloriae.

APoſtolica ſententia in medio eſt proferenda, qua dicitur: *Quid enim habet, quod non adcepiſti? Et ſi adcepiſti, ut quid gloriaris quaſi non adceperis?* Hujus enim morbi eſt medicina ſalutis recordatio divinae bonitatis, per quam omnia bona nobis collata ſunt, quae habere videmur. Etiam & perpetua Dei caritas, in cujus laudem omnia agere debemus, quidquid boni in hoc ſaeculo operemur, & magis deſiderare a Deo laudari in die retributionis aeternae, quam ab homine mortali quolibet in die hujus tranſitoriae vitae. Hoc quoque inanis gloriae vitium, ut jam diximus, lacrymarum fletibus eſt abolendum cum ceterorum actibus bonorum operum, quia in cunctis, quae agimus, neceſſe eſt, ut conſideratio propriae infirmitatis deprimat, ne haec ante occulti arbitri oculos tumor vanae laudis extinguat. 1. Cor. 4.7.

CAPVT VI.

De vitio invidiae.

INvidia quoque devictum cor quaſi ex ratione ſolet exhortari, quum dicit: *In quo illo, vel ille minor es? cur ergo eis vel aequalis, vel ſuperior non es? quanta vales, quae illi non valent? Non ergo tibi aut ſuperiores eſſe, aut etiam aequales debent.* Apoſtolica (1) adverſus hos clamat ſententia: *invidia ſiquidem diaboli mors intravit in orbem terrarum.* Gregor. Sap. II. 24.

Invidus certe (2), qui alienum bonum ſuum facit invidendo ſupplicium, nulla videtur ad invidendum concupiſcentia provocari, ſed tantum ſuperbiae morbo vexari, quo ſibi jugiter ingemiſcit meliorem, cui invidet, anteferri. Ac per hoc ſequitur (3) divinum munus in homine, quum potius amari homo debeat pro ſui meriti ſanctitate. Tantos enim invidus habet juſta poena tortores, quantos invidioſus habuerit laudatores. Nihil infelicius poteſt eſſe invidia, quae alienis torquetur bonis. Unde igitur bonus profecit, inde invidus contabeſcit. Invidia ſenſum mordet, pectus urit, mentem adfligit. Qui autem invidet, diabolo ſimilis eſt, qui per invidiam hominem de Paradiſi felicitate dejecit.

Quantum (4) eis (5) bonum corrumpat invidia miſerabiliter, eſt intuendum, quum quidquid boni fieri, vel dici a ſanctis audierint, vel omni-

(1) Vide S. GREGORIVM M. *lib. V. Moral. in* 103. *cap.* 31. de invidia pulcherrime differentem.

(2) *Ex lib. III.* de vita contempl. *cap.* 5.

(3) *Perſequitur* Codex, quocum editus PROSPER convenit.

(4) PROSPER *lib. III. cap.* 9.

(5) *Invidis* Cod.

omnino non credunt, aut res bene geſtas in malum male interpretando convertunt. Omne malum, quod de illis mendax fama jactaverit, ſtatim tamquam ſi ipſi viderint, credunt.

Et dum livorem (6) a corde non projiciunt, ad apertas operum nequitias devolvuntur, quia a ſe incipit omnis tractatus malus, & priusquam noceat alteri, ipſi ſibi parat exitium. Namque ex hoc vitio oriuntur homicidia. Niſi enim CAIN invidiſſet acceptam fratris hoſtiam, minime perveniſſet ad extinguendam (7) vitam.

CAPVT VII.

De remedio invidiae.

1. Joh.III.15. APoſtolus terribiliter comminatur, dicens: *Qui odit fratrem ſuum, homicida eſt, & qui invidet fratri ſuo, in tenebris eſt, & in tenebris ambulat.* Vnde ſi hoc vitio valenter reſiſtere cupimus, caritatem Deo exhibeamus, & proximo (1), de corde puro, & conſcientia bona, & fide non ficta, & facile peccato reſiſtimus, ſi bonis omnibus abundamus, ſaeculi blandimenta contemnimus, & omnia, quae difficilia ſunt humanae fragilitati, vel aſpera, etiam cum dilectione (2) perficimus, ſi haec praecepta dilectionis cuſtodimus.

Attamen ordinem dilectionis illi pervertunt, nec modum diligendi cuſtodiunt, qui aut mundum, qui contemnendus eſt, diligunt, aut corpora ſua minus diligenda diligunt; aut proximos non ſicut ſe ipſos; aut Deum plus quam ſeipſos forte non diligunt. Proximos autem tunc diligimus ſicut nos, ſi non propter aliquas utilitates noſtras, non propter ſperata beneficia, vel adepta; ſed propter hoc tantum, quod ſunt naturae noſtrae participes, diligamus. Quapropter haec eſt proximi tota dilectio, ut bonum, quod tibi conferri vis, velis & proximo. Poteſt itaque homo alterius bonum ſuum facere, dum amat in alio, quod ipſe non facit.

Hinc ergo (3) penſent invidi, caritas quantae virtutis eſt, quae alieni laboris opera noſtra ſine labore facit. Dicendum itaque eſt invidis, quia dum ſe a livore minime cuſtodiunt, in antiquam verſuti hoſtis nequitiam demerguntur. Igitur ſummopere eſt vigilandum, ut hoc vitium radicitus a cordibus citius evellatur, ac bonis operibus, ut praeſcriptum eſt, cum conſilio tamen Sacerdotis emundetur, & quotidie pro illo exoret, quem oderat, eique officia caritatis exhibeat, ac neceſſitatibus, ſi valuerit, frequenter ſubveniat, cui, quum non amavit, minus diligendo exhibuit.

(6) GREGORIVS.

(7) *Extinguendam ejus* Cod.

(1) Haec habet PROSPER, *Lib. III. cap.* 15.

(2) Ita Cod. & PROSPER, in cujus tamen margine adnotatur lectio omnino praeferenda *cum delectatione*.

(3) Codicis, & *Caniſianae* editionis orae GREGORIVS ut horum auctor adſcribitur. Margini & nos deinceps cum CANISIO Auctores inſcribemus, niſi loci ipſius indicatio addi aliquid poſtulet.

CAPVT VIII.

De vitio irae.

IRa etiam deviſtum cor quaſi ex ratione ſolet exhortari, quum dicit: *quae erga te aguntur, arquanimiter ferri non poſſunt; haec immo patienter tolerare peccatum eſt, quia ſi non eis cum magna exaſperatione reſiſtitur, contra te deinceps ſine menſura cumulantur.* GREGORIVS

Apoſtolica contra haec reſpondet ſententia: *Sol non occidat ſuper iracundiam veſtram.* Vnde & veritas dicit: *Quia omnis, qui iraſcitur fratri ſuo, reus erit judicio.* Et: *ſi non dimiſeritis unuſquiſque fratri ſuo de cordibus, nec Pater veſter coeleſtis dimittet vobis delicta veſtra.* Nam ſi iraſci fas non eſt, aut dicere *racha*, aut *fatue*; multo minus eſt licitum, tenere aliquid animo, ut in odium indignatio convertatur. Eſt enim ira mentis furor, quae ſi in corde infigitur, omnem eximit providentiam ab eo facti: nec judicium rectae diſcretionis inquirere, nec honeſtae contemplationis virtutem, nec conſilii poterit habere maturitatem; ſed omnia per praecipitium facere videtur. Ex quo naſcitur homicidium. Ephef. IV. Matth. XVIII 55. Matth. V. AVG.

Dicendum quippe eſt & impatientibus, quia dum fraenare ſpiritum negligunt, per multa etiam, quae non adpetunt, iniquitatum abrupta rapiuntur. Quia videlicet mentem impellit furor, quo non trahit deſiderium, & agit commota, velut neſciens, unde poſt doleat ſciens. Per hoc quoque impatientiae vitium plerumque mentem arrogantiae culpa transfigit, quia dum deſpici in mundo hoc quiſque non patitur, bona, ſi qua bona ſibi occulta ſunt, oſtendere conatur, ac per impatientiam uſque ad arrogantiam deducitur. GREGOR.

CAPVT IX.

De remedio irae.

PAtientia namque furorem, omneque irae vitium cum recordatione mandatorum Dei ſuperare noſcitur, quum virtutum omnium mater caritas ad memoriam revocatur, quia impatientiae vitium minime oritur, niſi virtutum mater caritas amputetur. Scriptum quippe eſt, *caritas patiens eſt.* Igitur quum minime eſt patiens, caritas in eo non eſt.

Per hoc quoque irae vitium, ipſa virtutum nutrix doctrina diſſipatur. Unde ſcriptum eſt: *doctrina viri per patientiam noſcitur.* Tanto ergo quiſque minus oſtenditur doctus, quanto minus convincitur patiens. Scriptum eſt enim: *melior eſt patiens viro forti, & qui dominatur animo ſuo, expugnatore urbium.* Vnde veritas electis dicit: *in patientia veſtra poſſidebitis animas veſtras.* Cuſtodem igitur conditionis noſtrae patientiam Dominus eſſe monſtravit, qui in ipſa nos poſſidere noſmetipſos docuit. Vnde & alibi dicit: *Diligite inimicos veſtros, benefacite his, qui oderunt vos.* GREGOR.

vos. Virtus itaque eſt coram hominibus adverſarios tolerare ; ſed virtus coram Deo diligere. Et PAVLLVS Apoſtolus poſſidere patientiam monuit, cum diſcipulis hoc praeceptum monendo inſtituit: *omnis*, inquit, *amaritudo, & ira, & indignatio, & clamor, & blaſphemia tollatur a vobis cum omni malitia*. Quia nimirum fruſtra indignatio, & clamor, & blaſphemia ab exterioribus tollitur, ſi in interioribus vitiorum mater malitia dominatur. Admonendi ſunt igitur patientes, ut eor poſt victoriam muniant, ne hoſtis callidus eo in deceptione poſtmodum majori exultatione gaudeat, quod illa dudum contra (1) rigida colla victorum calcat. Quiſquis (2) hoc vitio irae diu tabefactus deperiit, oportet, ut ei ſe humiliando ſatisfaciat, cui iratus exſtitit, ne coram Deo reus judicetur, qui non aliter noſtra delet facinora, ſi (3) fratrum a cordibus noſtris penitus non amputentur delicta.

GREGOR.

CAPVT X.

De vitio triſtitiae.

GREGOR. Triſtitia quoque devictum cor quaſi ex ratione ſolet exhortari, quum dicit: *Quid habes, unde gaudeas, quum tanta mala de proximis portas? perpende, cum quo moerore omnes intuendi ſunt, qui in tanto contra te amaritudinis felle vertuntur*. Apoſtolica adverſus haec dicit ſententia. *Quis nos ſeparabit a caritate Chriſti? tribulatio? an anguſtia?* & reliqua. Sunt, quippe duo genera triſtitiae; unum ſalutiferum; aliud vero peſtiferum. Triſtitia ſalutaris eſt, quando animus ex delictorum recordatione contriſtatur, ut confeſſionem, & poenitentiam agere quaerat, & converti ad Deum (1) ſe toto corde deſiderat. Alia igitur hujus mundi eſt triſtitia, quae mortem operatur animae, nihilque in bono operis deſiderio valet perficere, quae perturbat animum, & ſaepe mittit in deſperationem, ac futurorum ſpem abſtrahit bonorum; cui etiam hoc patienti vitium vita praeſens nulla eſt delectatio.

Rom. VIII. 39.

II. Cor. VII. 10.

CAPVT XI.

De remedio triſtitiae.

II. Cor. IV. 18. Eccl. III. 16.

Superatur namque hoc nefas ſpiritali laetitia, & ſpe futurorum, & conſolatione Scripturarum, vel fraterno in ſpiritali jucunditate colloquio, vel quum ad mentem reducitur, quam parva ſint, quae videntur, ſicut ſcriptum eſt: *Quae enim videntur, temporalia ſunt*. Vnde Eccleſiaſticus dicit: *cuncta ſubiacent vanitati, & omnia pergunt ad unum locum, quia de terra facta ſunt, & in terram pariter revertentur*; quae tamen non videntur, aeterna ſunt. Haec

(1) *Quo illa dudum contra ſe* Cod.
(2) *Quiſquis ergo* Cod.
(3) *Niſi*, deleta mox particula *non* Cod.
(1) *Ad Dominum* Cod.

Digitized by Google

Haec vero, & his ſimilia loquentes, ac cogitantes nihil eſt aliud, PROSPER
quam vitiis omnibus repudium dare, & omne genus triſtitiae amputa-
re. Ab his ergo triſtibus malis adſcendendum eſt ad illa ſublimia, qui-
bus proficientium mentes in ſpem promerendae beatitudinis adſurgunt;
abdicatiſque terrenis, coeleſtia concupiſcunt, ubi Deus videbitur in ſae-
cula ſaeculorum. Sed quicumque hoc vitio carere deſiderat, orationi-
bus frequenter inſiſtat, mortem animae quotidie ante oculos ponat. Et
quia omnis caro foenum eſt, recognoſcat miſericordiam, & bonitatem
Dei erga omnes ſperantes in ſe cum magna conſideratione, & aut per
ſe meditando, aut ab aliis audiendo, & toto animo conſiderare non ne-
gligat. Pauperibus, & peregrinis viduis ac pupillis, nec non infirmis
& hoſpitibus, ſi quid valet, miſericorditer tribuat, & in ceterorum bo-
norum operibus non deficiat.

CAPVT XII.

De vitio avaritiae.

AVaritia quoque devictum animum quaſi ex ratione ſolet exhorta- GREGOR.
ri, quum dicit: *Valde ſine culpa eſt, quod quaedam habenda concu-
piſcis, quia multiplicare non adpetis, ſed egere perſimeſcis, & quod male
alius retinet, ipſe melius expendis.*

Apoſtolica contra haec clamat ſententia: quod *neque avari, neque* 1. Cor. VI. 10.
rapaces regnum Dei poſſidebunt. Vnde & SALOMON dicit: *Avarus non* Eccl. V. 9.
implebitur pecunia; & qui amat divitias, fructus non capiet ex eis. Et ite-
rum: *divitiae conſervatae in malum domini ſui*: pereunt enim in afflictio- Eccl. V. 12.
ne peſſima. Et paullo poſt dicit. *Avaro autem nihil eſt ſceleſtius, nihil-* Eccl. X. 9.
que iniquius, quam amare pecuniam. Et iterum: *quum enim moritur homo,*
hereditabit ſerpentes, & beſtias, & vermes. Vnde & Dominus ait: *Fa-* Eccl. XIX. 13. Matth. XIX. 24.
cilius eſt enim camelum per foramen acus tranſire, quam divitem intrare in
regnum coelorum. Et iterum: *Vae vobis divitibus, qui habetis conſolationem* Luc. VI. 24.
veſtram. Et alibi: *Non poteſtis Deo ſervire, & Mammonae*. Vnde Apoſto- Matth. VI. 24.
lus diſcipulo de divitibus dicit: *divitibus hujus ſaeculi praecipe, non ſu-* 1. Tim. IX. 7.
perbe ſapere, neque ſperare in incerto divitiarum. Eſt namque nimia di-
vitiarum adquirendi, habendi, vel tenendi cupiditas, Vnde GREGO- GREGOR.
RIVS dicit: avaritia enim non ſolum pecuniae eſt, ſed etiam altitu-
dinis. Quae peſtis inſaturabilis eſt, ſicut morbus hydropici, qui in bi-
bendo non ſitim extinguit, ſed potando ſuccreſcit; ſic avaritia quan-
to magis habet, tanto plus deſiderat. Et dum modus non eſt in ha-
bendo, modus illi non erit in deſiderando. Ex qua oriuntur invidiae,
furta, latrocinia, homicidium, & reliqua.

CA-

CAPVT XIII.

De remedio avaritiae.

Marc. X. 21. Dominus enim (1) cuidam quaerenti quid faceret, ut vitam poſſideret aeternam, reſpondit: *Si vis perfectus eſſe, vade, & vende omnia quae habes, & da pauperibus, & habebis theſaurum in coelo*. Et alibi: *Si vere divites eſſe cupitis, veras divitias amate*. Diſcant igitur divites, quia divitias, quas conſpiciunt, tenere nequaquam poſſunt. Et ideo miſericorditer tribuant, unde ſibi ſuperflue haerere (2) conſpiciunt, quia *bilarem datorem diligit Deus*. Admonendi ſunt etiam, qui jam ſua miſericorditer tribuunt, ut ſollicite cuſtodire ſtudeant, ne, quum commiſſa peccata eleemoſynis redimunt, adhuc redimenda committant. Ne venalem Dei juſtitiam aeſtiment, ſi, quum curant pro peccatis nummos tribuere, arbitrentur ſe poſſe inulte peccare. Plus namque eſt anima, quam eſca, & corpus plus, quam veſtimentum. Qui ergo eſcam, atque veſtimentum, pauperibus largitur, ſed tamen animae, vel corporis iniquitate polluitur, quod minus eſt juſtitiae, obtulit, & quod majus eſt, culpae; ſua enim dedit Deo, & ſe diabolo.

GREGOR.

1. Cor. IX. 7.

Heb. c. 26.
1. Tim. VI. 10.

Iterum admonendi ſunt, qui aliena rapere intendunt. Audiant quod ſcriptum eſt: *Vae ei, qui multiplicat non ſua*. Profecto enim quia augere opus ambit, vitare periculum negligit. Quoniam *radix omnium malorum eſt cupiditas*.

Unde quaerendum eſt, ſi *initium omnis peccati ſuperbia* dicitur, quare *radix omnium malorum cupiditas* adfirmetur. Sane quia cupiditas (3), atque ſuperbia in tantum unum eſt malum, ut nec ſuperbus ſine cupiditate, nec ſine ſuperbia poſſit inveniri cupidus. Deinde ſi quodlibet peccatum perpetrare non poſſum, niſi meae (4) delectationi conſentiam, quod cupiditatis eſt proprium, & Dei praecepta contemnam, quod eſt ſuperbiae malum: quomodo non ex cupiditate, quae eſt *radix omnium malorum*, & ex ſuperbia, quae *initium omnis peccati* dicitur, procedit omne peccatum?

Eccli. X.

Vincitur quoque hoc vitium in largitione pauperum, in viſitatione infirmorum, & in tegumento nudorum; nec non & ſi quid injuſte quis abſtulit, reddendum eſt in quadruplum juxta ſententiam Domini: & *numquam a corde diſcedat timor Domini*: & inſuper fletu ac lacrymis, cum contritione cordis purget indeſinenter animam, ne pro incerto divitiarum, amittat vitam aeternam.

Hucuſque de quinque ſpiritalibus vitiis ex SS. Patrum teſtimoniis dictum ſufficiat. Reſtat quoque, ut de duobus carnalibus, videlicet gula, atque luxuria pertractemus.

CA-

(1) *Autem* Cod.
(2) *Superfluere* Cod.
(3) Vide PROSPERVM *Lib. III. de vita contempl. cap.* 4.
(4) Ita & Codex. PROSPERI margini adſcribitur alia lectio, *malae*.

CAPVT XIV.

De vitio ventris ingluvie.

VEntris quoque ingluvies devictum cor quaſi ex ratione ſolet exhortari, quum dicit: *ad eſum Deus omnia munda condidit, & qui ſatiari cibo reſpuit, quid aliud, quam muneri conceſſo contradicit?* GREGOR.

At contra videamus, qualiter illi homines primi commiſerint tam grande peccatum, quod & ipſos de Paradiſo projecit in hoc vitae poenalis exilium, & in eis originaliter totum damnavit genus humanum. Prohibitum ſiquidem a Domino fuerat, quod de ligno ſcientiae boni & mali ne comederent; ſed gulae vitio decepti comederunt. Niſi enim comediſſent, perpetuo immortales eſſent, ſi ſub Deo ſuo viventes, praeceptum, quod acceperant, cuſtodiſſent. Nec dererentur a Deo, niſi Deum prius ipſi dererent. Et idcirco in hanc aerumnoſam hujus vitae miſeriam, gulae delicti (1), atque morti traditi ſunt dejecti. Vbi omnis homo per peccatum naſcitur, per laborem vivit, per dolorem moritur. PROSPER

Quapropter admonendi ſunt gulae dediti, ne in eo, quod eſcarum delectationi incumbunt, Luxuriae ſe mucrone transfigant; quanta ſibi per eſum loquacitas, quanta mentis levitas inſidietur, adſpiciant, nedum ventri molliter ſerviunt, vitiorum laqueis crudeliter adſtringantur. Audiant Apoſtolum dicentem: *Eſca ventri, & venter eſcis, Deus autem & hunc & has deſtruet.* Et rurſum: *Non in comeſſationibus, & ebrietatibus.* Et iterum: *Eſca non commendat Deo.* Et rurſum: *Quorum Deus venter eſt, & gloria in confuſione eorum, quia gulam ſequitur luxuria.* GREGOR. 1. Cor. VI. 13. Rom. XIII. 13. 1. Cor. VIII. 8. Phil. III. 19.

CAPVT XV.

De remedio gulae vitii.

QUia primus homo hoc vitio gulae cum poſteritate ſua cecidit, neceſſarium eſt, ut per abſtinentiam reſurgamus; ſed in abſtinentia eſt aliud quiddam, quod ſolerti cura penſare debemus. GREGOR.

Quia plerumque dum plus quam neceſſe eſt, per abſtinentiam caro atteritur humilitas foris oſtenditur; ſed de hac ipſa humilitate graviter interius ſuperbitur. Ideo admonendi ſunt abſtinentes, ut ſollicite ſemper adſpiciant, ne quum gulae vitium fugiant, acriora his vitia, quaſi ex virtute generentur. Incaſſum ergo per abſtinentiam corpus conteritur, ſi inordinatis demiſſa motibus mens vitiis diſſipatur.

Qui autem non ſolum a qualitate, ſed etiam a quantitate ciborum cupiunt abſtinere, nihil aliud ſtudent, niſi, ut quantum ſtomacho reficiendo, ac fami eximendae ſatis eſſe videtur, indulgeant, nec expleant

(1) Ita Codex; ſed legendum *deliſſo*, aut *dediti*.

pleant ſuos appetitus aviditate percipiendi, ſed comprimant, atque eis non ſaturitas edendi finem faciat, ſed voluntas; qui tam a cupiditate pretioſorum ciborum, quam a nimia perceptione vilium contineant; qui cibis nec lautioribus volunt carnem luxurioſe diſſolvi, nec diſtentione ventris vilibus onerari: quando abſtinentes viri nec delitioſi ſolent eſſe, nec avidi. De vino autem abſtinendo quid dicam? unde Apoſtolus certam fixit regulam, dicens: *nolite inebriari vino, in quo eſt luxuria*; quaſi diceret: *luxuriam facit, & nutrit vini perceptio nimia, non natura*. Et ideo, *non vos*, ait, *uti vino, ſed ne inebriamini, prohibeo*. Vnde TIMOTHEO praecipit, dicens: *Noli aquam bibere, ſed modico vino utere propter frequentes tuas infirmitates*. Ac per hoc (t) nihil contra abſtinentiam faciunt, qui vinum non pro ebrietate, ſed tantum pro corporis ſalute percipiunt. Vnum tamen eſt intuendum, quod nihil illis proficiat, qui ſe a cibis temperant, ſi vitiis ſerviant. Quia facilius res, quae poſſidetur, abiicitur, quam voluntas.

PROSPER Admonendi ſunt abſtinentes, ut noverint, quia tunc placentes Deo abſtinentiam offerunt, quum ea, quae ſibi de alimentis ſubtrahunt, indigentibus largiuntur. Non enim Deo, ſed ſibi quiſque jejunat, ſi ea, quae ventri ad tempus ſubtrahit, non inopibus tribuit, ſed ventri poſtmodum offerenda cuſtodit. Rurſumque admonendi ſunt, ut abſtinentiam ſuam & ſemper ſine imminutione cuſtodiant, & numquam hanc apud occultum judicem eximiae virtutis credant, ne, ſi fortaſſe magni eſſe meriti creditur, cor in elatione ſublevetur. Hinc IOEL ait: *ſanctificate jejunium*. Jejunium ſanctificare eſt, adjunctis bonis aliis, dignam Deo abſtinentiam carnis oſtendere, quia tunc nobis proderit, quod corpora noſtra, aut cetera corporum incentiva, rigore diſtrictioris abſtinentiae caſtigamus, ſi carnalibus deſideriis abſoluti, ſanctis virtutibus floreamus. Vnde ſi per delectationem, & deſiderium voluptatis a Paradiſi gaudiis cecidimus, oportet, ut per jejunium, ac lamenta poenitentiae redeamus.

CAPVT XVI.

De vitio luxuriae.

GREGOR. Luxuria quoque devictam cor quaſi ex ratione ſolet exhortari, quum dicit: *Cur te in voluptate tua modo non dilatas, quum quid te ſequatur, ignoras? Adeptum tempus in deſideriis perdere non debes, quia quam citius pertranſeat, neſcis. Si enim miſceri Deus hominem in voluptate coitus nollet, in ipſo humani generis exordio maſculum & feminam non feciſſet*. Non enim Deus, ut divina teſtatur auctoritas, ideo maſculum & feminam creavit, ut carnali fruerentur deſiderio, aut in delectatione carnis viverent, ſed procreandorum eum benedictione filiorum cauſſa, mutuo jungerentur. Et niſi tum tranſgreſſio mandatorum fuiſſet, nulla utique ſentiretur delectatio in copula conjugatorum. Luxuria quippe eſt immun-

(t) *Ac ſic* Cod.

munditia corporalis, quae fieri ſolet ex incontinentia libidinis, & mollitie animae, quae conſentit ſuae carni peccare. Quia tribus modis omne agitur peccatum, ſuggeſtione, delectatione, conſenſu.

Qui concupiſcentiae carnis addictus eſt, numquid non videtur nihil habere ſuperbiae? quum praeſertim paſſio ipſa eum videatur humiliare luxuriae. Et tamen niſi prius Deo rebellis exiſteret, cujus ſalubre praeceptum de pudicitia conſervanda, ſuperbi ſpiritus praeſumptione contemnit, nulla eum laſciva cupiditas (1) provocaret. In animo ejus diu deceptant (2) Dei contemptus, & metus. Sed aut contemptus Dei praeponderat, & ſuperbus animus recepta cupiditate, pudicitiam perdit: aut obtinet metus, & animus Deo ſubjectus cupiditati ſimul ac ſuperbiae contradicit. Pleroſque enim gula, & abundantia vini, turpiter in luxuriam ſolvunt, alios in injuriam pudicitiae ſordidae cogitationes incendunt. Nonnullos de propoſito caſtitatis (3) occaſiones oblatae dejiciunt; quoſdam ſub impudicitiae jugum exempla perdite viventium mittunt. Sunt alii, quorum vitam vita turpis inflammat, & turpem conſcientiam manifeſtat; qui prius inverecundos ſermones aut proferunt libenter, aut audiunt, ac deinde paullatim morbo creſcente ab honeſtate deficiunt. Cogitatio quippe eſt, quae mentem ſicut turpis inquinat; ita, ſi fuerit honeſta, purificat. Hinc eſt, quod ille corporis fluxus, qui fit in dormientibus ſine culpa, interdum vigilantibus contingat ex culpa. Aliud eſt, quod in dormiente fit, aliud, quod vigilans facit. Ibi naturaliter plenitudo humoris expellitur; hic turpiter concupiſcentia publicatur. Sed haec concupiſcentia illis vigilantibus hunc elicit fluxum, quibus per foeda colloquia ſordidum commoverit appetitum. PROSPER

CAPVT XVII.

De remedio luxuriae.

PAVLLVS Apoſtolus terribiliter admonet, dicens: *Qui habent uxores, tanquam non habentes ſint &c.* GRIGOR.

Vxorem quippe quaſi non habendo habet, qui ſic per illam carnali conſolatione utitur, ut tamen numquam ad prava opera melioris intentionis rectitudine, ejus amore flectatur. Vxorem quippe quaſi non habendo habet, qui tranſitoria cuncta conſpiciens eſſe, curam carnis ex neceſſitate tolerat, ſed aeterna gaudia ſpiritus ex deſiderio exſpectat. Vnde iterum dicit: *de quibus ſcripſiſti mihi; bonum eſt homini mulierem non tangere. Propter fornicationem autem unuſquiſque ſuam uxorem habeat, & unaquaeque ſuum virum habeat. Hoc autem dico ſecundum indulgentiam, non*

(1) *Laſciviae* Cod.

(2) CANISIVS in margine legi jubet *diſceptant*; malim ego ex ipſo errato legere *decertant*; praeſertim, quum ſuperius idem Codicis error ab antiqua manu ſic correctus fuerit.

(3) *Depoſita Caſtitate* legebatur ſatis inepte apud CANISIVM. Ex Codice noſtro veram lectionem reſtituimus.

ſecundum imperium. Culpa quippe eſſe innuitur, quod indulgere perhibetur; ſed quae tanto citius relaxetur, quanto non poſt hanc illicitum quid agatur. Sed hoc quod eſt licitum, ſub moderamine teneatur. Quod bene LOTH in ſemetipſo exprimit, qui ardentem *Sodomam* fugit: ſed tamen *Segor* veniens, nequaquam mox montana conſcendit. Ardentem quippe *Sodomam* fugere eſt illicita carnis incendia declinare. Altitudo vero eſt montium munditia continentium. In monte ſtare eſt carnaliter non adhaerere.

At contra admonendi ſunt, qui ligati conjugiis non ſunt, ut praeceptis coeleſtibus eo rectius ſerviant, quo eos ad curas mundi nequaquam jugum copulae carnalis inclinat.

Admonendi ſunt coelibes, ne ſine damnatione miſceri ſe feminis vacantibus putent. Quum enim PAVLLVS fornicationis vitium tot criminibus execrandis inſeruit, cujus ſit reatus, indicavit, dicens: *Neque fornicatores, neque idolis ſervientes, neque molles, neque maſculorum concubitores, neque fures, neque avari, neque ebrioſi, neque maledici, neque rapaces regnum Dei poſſidebunt*. Et rurſum: *Fornicatores, & adulteros judicabit Deus*. At contra admonendi ſunt peccata carnis ignorantes, ut tanto ſollicitius praecipitem ruinam metuant, quanto altius ſtant. Quibus per IOHANNEM dicitur: *Hi ſunt, qui cum mulieribus non ſunt coinquinati; hi ſequuntur agnum quocumque ierit*. Quapropter quum coeperit animus ad delectationem carnis inclinari, oportet timorem judicii ad mentem reducere, poenaſque infernalium, ubi nemo, niſi obnoxii retruduntur, ſollicite cogitare, quaenam poena injuſtis ſit reddenda aeternis ſuppliciis. Unde ſcriptum eſt: *Mittite eos in tenebras exteriores, ibi erit fletus, & ſtridor dentium*, ubi vermis eorum non morietur, & ignis eorum non exſtinguetur.

PROSPER Quid excuſationis obtendere poterimus, quid faciemus ſub tanti judicis majeſtate in illa die? qua nos defenſionis arte purgabimus? quae nobis ſubventura eſt poenitentia, quam in hac carne contempſimus? Haec multa, & his ſimilia cogitare nihil eſt aliud, quam vitiis omnibus repudium dare, & omnia blandimenta carnalia refraenare.

Sed quia de octo principalibus vitiis, eorumque remediis, prout largitor omnium bonorum dedit, ex Sanctorum Patrum ſententiis ſtilus noſtrae deſcriptionis colligendo perſtrinxit; libellus finem accipiat, ut in ſequenti opere de virtutibus, unde heic pauca tetigimus, donante Domino plenius diſputemus.

Explicit liber primus

INCIPIT LIBER SECVNDVS.

SUperiori libro vitiorum principalium octo complexus, pro viribus, quas Dominus donare dignabitur (1), de actuali, & contemplativa vita, nec non & virtutibus, uti promiſi, ex Patrum dictis colligere curavi (2).

CA-

(1) *Dignetur* Cod. (2) *Curabo* Cod.: atque ita plane legendum.

CAPITVLA LIBRI SECVNDI.

I. *De vita activa*.
II. *De vita contemplativa*.
III. *De fide*.
IV. *De ſpe*.
V. *De caritate*.
VI. *De virtute*.
VII. *De prudentia*.
VIII. *De juſtitia*.
IX. *De fortitudine*.
X. *De temperantia*.

CAPVT I.

De vita activa.

ACtualis eſt vita converſatio religioſa, quae edocet, quomodo praepoſiti ſub ſe regant viventes, & diligant, ac non minus de eorum ſalute, quam de ſua ſolliciti, quod eis expedire ſciunt, paterna cura praevideant, & qualiter Praepoſito ſuo ſubjecti, tamquam capiti membra deſerviant, ac praecepta ejus, velut imperium Dei, ſummo amore cuſtodiant. Ipſa namque actualis vita panem eſurienti tribuit, verbo ſapientiae neſcientem edocet, errantem corrigit, ad humilitatis viam ſuperbientem proximum revocat, infirmantis curam gerit, quae ſingulis quibuſque expediant, diſpenſat, & commiſſis qualiter ſubſiſtere valeant, ſollicite providet. Quae quum & in praeſenti fiunt, & cum corpore deficiunt, attamen merces hujus vitae permanet in aeternum. PROSPER

CAPVT II.

De vita contemplativa.

COntemplativa vita (1) a contemplando, ideſt a videndo, nomen accepit, in qua Creatorem ſuum creatura intellectualis, ab omni peccato purgata, atque ex (2) omni parte ſanata, viſura eſt. Sed etſi diligenter conſiderare nolimus (3), in hoc fragili tabernaculo, ubi quotidie ingemiſcimus, contemplativae vitae quodammodo participes fieri poſſumus. Nemo qui dubitet: quia (4) Eccleſiarum (5) prin- PROSPER

(1) PROSPER *Lib. I. de vit. contempl. cap. I.*
(2) *Ab* Cod.
(3) *Velimus* Cod.
(4) Mendum latet. Lege igitur cum noſtro Codice: *qui Eccleſiarum principes ſunt*, aut cum editis PROSPERI libris omnino dele *quia*.
(5) Haec ex PROSP. *ibid. cap. 13.*

principes vitae contemplativae poſſe, & debere fieri ſectatores, quia ſive ſecundum quorumdam opiniones nihil aliud ſit vita contemplativa, quam rerum latentium, futurarumque notitia, ſive vacatio ab omnibus occupationibus mundi, ſive divinarum ſtudium litterarum, non videtur quid impedimenti ſanctis Sacerdotibus poſſit adferri, quominus ad virtutes nequeant pervenire, quorum cura eſt ab occupationibus mundi aufugere, & divinarum ſtudiis litterarum inhaerere. Qui non torpent otio, ſed inſiſtunt perfectionis ſuae verbo (6), verbo Dei infatigabiliter vacant, ſapientes veraciter fiunt, coeleſtia ſapiunt, terrena deſpiciunt, obedientes inſtruunt, ſanctis virtutibus, quibus in dies ſingulos fiant Deo propinquiores, incumbunt. Quae vita per fidem, & ſpem, in praeſenti incipit ſaeculo, ſed in futuro permanet cum Domino.

CAPUT III.

De Fide.

PROSPER

FIdes vero juſtitiae eſt fundamentum, quam nulla opera bona praecedunt, & ex qua (1) omnia procedunt. Ipſa nos a peccatis omnibus purgat, mentes noſtras illuminat, Deo reconciliat, cunctis participibus noſtrae naturae conſociat, ſpem nobis futurae remunerationis inſpirat, auget in nobis virtutes ſanctas, ac nos in earum profeſſione confirmat. Ipſa quoque gradus aſcenſionis eſt (2), per quam greſſus omnis tranſeuntis vitae dirigitur, ut errores humanae vitae transfugiat, & ad coeleſtia ſecurius perveniat, quam Sacerdos noſſe debet, ut doceat, & populus credere, ut ea, quae docetur, intelligat, dicente Apoſtolo: *niſi credideritis, non intelligetis*. Unde datur intelligi, quod non fides ex intellectu, ſed ex fide intellectus exiſtat; ac per hoc, ut bene agat quis, intelligere ſtudeat, & ut intelligat, credat. Debet doctor Eccleſiae praedicare, quod audiat crediturus, quia ſine praedicatione, nullus erit auditus (3): ſcriptum eſt: *quomodo audient ſine praedicante?* Verbum fidei praedicandum eſt, ut audiens credat, audiens intelligat, & intelligens opus bonum perſeveranter exerceat, quoniam *nec opera ſine fide, nec ſine operibus fides ſola juſtificat*. Et ideo, ſi corde creditur ad juſtitiam, ore autem confeſſio fit ad ſalutem. Qui autem non crediderit non habendo fidem, nec juſtitiam cordis habere poterit, nec ſalutem.

Rom. X. 14.

Hebr. XI 6.

Eſt autem fides, ut Apoſtolus ait, *ſperandarum ſubſtantia rerum, argumentum non adparentium. In hac enim teſtimonium conſequuti ſunt ſenes. Fide intelligimus apparata (4) eſſe ſaecula Verbo Dei, ut ex inviſibilibus viſibi-*

(6) *Negocio* Cod. & ita legendum.

(1) *Ex quo*, PROSPER *Lib. III.* de Vit. Cont. *cap.* 21. Confer *Lib. I.* de Vocat. Gent. *c.* 24. & *reſp. ad excerpta* Genuenſium in *reſp. ad priora tria dubia*, ubi idipſum explicatur.

(2) In MS. CANISII *accenſionis* perperam legebatur.

(3) *Sicut ſcriptum* Cod.

(4) Heic cum CANISIANA editione Codici convenit. Lege tamen *aptata*.

viſibilia fierent. Fide plurimam (5) *hoſtiam* ABEL, *quam* CAIN *obtulit.*
Fide ENOCH *tranſlatus eſt, ne videret mortem. Fide* ABRAHAM *ob-*
tulit ISAAC, *quum tentaretur*, & quia ſicut idem ait Apoſtolus, *ſine* Hebr. XI. 6.
fide impoſſibile eſt placere Deo. Et iterum: *ex fide igitur juſtificati pacem* Ibid. VIII. 14.
habeamus ad Deum per Dominum IESVM *Chriſtum, per quem & acceſſum*
habemus per fidem in gratiam iſtam, in qua ſtamus, & gloriamur in ſpe
gloriae filiorum Dei.

CAPVT IV.

De Spe.

SPes dicitur, quum aliud, quod promittitur, quum non videtur, ſpe- PROSPER
ratur, dicente Apoſtolo: *Spe enim ſalvi facti ſumus*. Spes autem, Rom. VIII. 28.
quae videtur, non eſt ſpes. Nam quod videt quis, quid ſperat? Si au-
tem, quod non videmus, ſperamus, per patientiam exſpectamus. Et
ideo ambulemus in ſpe proficientes de die in diem, & ſpiritu facta car-
nis mortificemus. Novit enim Dominus qui ſunt ejus. Et quotquot ſpi- Rom. VIII. 13.
ritu Dei aguntur, *hi filii ſunt Dei*, ſed gratia, non natura. Unicus Ibid. VIII. 14.
enim natura filius Dei propter nos miſericordia factus eſt hominis fi-
lius, ut nos natura filii hominis, filii Dei per illum gratia fieremus. In actua-
li quippe vita, in qua per ſpem peregrinatur Eccleſia, fides, & ſpes ſunt adi-
piſcendae cum caritatis laude. Unde Apoſtolus ait: *Nunc autem manent fides,* 1. Cor. IX. 10.
ſpes, & caritas; major autem eſt caritas. Et ideo major, quia non cum mun-
do tranſit peritura; ſed heic incipit, & permanet in futuro.

CAPVT V.

De caritate.

JAm porro caritas, quam duabus iſtis, ideſt fide, ac ſpe majorem AVGVSTINVS
dixit Apoſtolus, quanto in quocumque major eſt, tanto melior in
quo eſt. Quum enim quaeritur, utrum quiſquam homo bonus ſit, non
quaeritur quid credat, aut ſperet; ſed quid amet. Nam qui recte a-
mat, procul dubio recte credit, & ſperat. Qui vero non amat, ina-
niter credit, etiamſi ſunt vera, quae credit; inaniter ſperat, etiamſi
ad veram felicitatem doceantur pertingere quae ſperat: niſi & hoc cre-
dat & ſperet, quod ſibi petenti donari poſſit, ut amet. Per caritatem
igitur bona omnia juſtificantur, quae creduntur, ac ſperantur (1).
Quam *excellentiorem viam* Apoſtolus nuncupat: ad quam non pedum 1. Cor. XII. 31.
via, ſed morum eſt adſcendendum. Quia caritas eſt recta voluntas ab PROSPER
omnibus terrenis, ac praeſentibus prorſus averſa, juncta Deo inſepa-
rabi-

(5) MS CANISII *plurimum*, ſed ille recte emendavit, ejuſque correctionem Codex noſter confirmat.

(1) PROSP. *l.* 1. *in fine Cap.* 13. & *init.* 14. *Vitæ contempl.*

rabiliter, & unita igni quodam Sancti Spiritus, nullo vitio mutabilitasis obnoxia; ſupra omnia, quae carnaliter diliguntur, excelſa: divinae contemplationis avida, in omnibus ſemper invicta, mors criminum, vita virtutum. Quam fides concipit, ad quam ſpes currit, cui profectus omnium ſervit, ſine qua nullus Deo placuit, cum qua nec potuit aliquis peccare, nec poterit. Haec eſt caritas vera, germana, perfecta, omnino via, quae ducit per ſe ambulantes ad patriam, quia ſicut ſine via nullus poterit pervenire, quo tendit, ita ſine caritate, quae dicta eſt via, non ambulare poſſunt homines, ſed errare. Unde Apoſtolus in-

1. Cor. XIII. quit: *Caritas patiens eſt, benigna eſt, non aemulatur, non agit perperam, non inflatur, non eſt ambitioſa, non quaerit quae ſua ſunt*. Et iterum: *omnia ſuffert, omnia ſperat, omnia ſuſtinet*; eos autem, in quibus fuerit, omnibus his bonis, quae habet, impertit. Et quid illis eſſe poteſt in hac vita perfectius, qui tantis abundant, caritate in ſe regnante, virtutibus? Quapropter caritas heic quidem in praeſenti neceſſaria eſt, quae nos ſeparat a diabolo, purificat a peccato, reconciliat Deo: Sed in futuro perfecta erit, quum perfectos Deo, a quo eſt donata, conjunxerit.

CAPUT VI.

De virtute.

PORRO antequam de principalibus virtutibus quatuor (1) dicatur aliquid, primo indagatione veritatis ſcire oportet, quid ſit, aut quare virtus dicatur, quae in tanto nominis praecellit honore, ut nulla, quamvis videantur recta, ſine virtute Deo fiant acceptabilia.

PROSPER Virtus namque omnis ſancta res eſt, divina, incorporea prorſus, atque mundiſſima, quam mentes inquinatae non inquinant, ſed ipſa inquinatos emaculat, cujus participatione firmantur infirma (2), ſuſcitantur mortua, ſanantur infirma, corriguntur prava, reconciliantur adverſa (3). Hanc non habet, niſi Deus, & is, cui dederit Deus: Quae in animo habitat, ſed animam, corpuſque ſanctificat: Ad quam nullus accedit invitus: quam nullus amittit, niſi propria voluntate deceptus; de qua rurſum alias dicitur. Virtus quoque animi habitus eſt naturae, decuſque vitae, ratio morum, pietatis cultus, divinitatis honor, & aeternae beatitudinis meritum: Cujus partes ſunt, ut diximus, principales quatuor; Prudentia, Juſtitia, Fortitudo, Temperantia.

CA-

(1) Nempe Cardinalibus.

(2) Ita etiam Codex. Sed PROSPER *Lib. III. Cap. 16.* unde haec ſumpta ſunt, in editis rectius habet: *fermantur informia*, quum paullo poſt ſequatur: *ſanantur infirma*.

(3) Editus PROPSPER *averſa*.

CAPUT VII.

De prudentia.

PRudentia eſt rerum divinarum, humanarumque, prout homini datum eſt, ſcientia. In qua intelligendum eſt, quid cavendum ſit, quidve faciendum. Unde Pſalmiſta loquitur: *diverte a malo, & fac bonum*. Quia nulla melior ſapientia, quam ipſa, qua Deus, ſecundum humanae mentis modulum intelligitur, & timetur, atque ejus futurum creditur judicium, ubi bona boni, mala vero mali pro meritorum qualitate recipiunt. Pſal. XIII. 15.

Prudentiam igitur, & ſapientiam plerique in indagatione veri, & inventione conſtituunt. Propterea quod nec ſapiens dici recte poſſit, cui deeſt prudentia; nec prudens, cui deeſt ſapientia. Quapropter ſi nihil aliud prudentiae, ac ſapientiae munus adcipitur, niſi inquiſitio, & comprehenſio veritatis, qui veritatem prudenter quaerere, & ſapienter invenire potuerit, is prudens, is ſapiens jure vocabitur. Et quidquid de prudentia fuerit diſputatum, id totum de ſapientia poſſit intelligi. PROSPER Lib. III. cap 29.

Qui ergo prudentiae participatione prudentes effecti, Deo ſuo non pedibus, ſed ſanctis moribus adpropinquant, ex ea parte, qua ſunt Dei dono prudentes, nec ſuo perire poſſunt, nec alieno peccato. Ex eo autem, quod necdum ita eſt eorum perfecta prudentia, ſicut erit in illa vita, ubi perfecte viventibus ullus error omnino obrepere non poterit; etiam prudentes aliquoties peccatis fallentibus adquieſcunt, non voluntate depravati, ſed humano errore, ut homines lapſi; nec adhuc tota prudentiae, ac ſapientiae perfectione perfecti, ſicut ibi erunt, ubi nec ignorare aliquid, nec peccare jam poſſunt. Tales Dominus in Evangelio fieri praecepit dicens: *Eſtote prudentes, ſicut ſerpentes, & ſimplices, ſicut columbae*, quia nec ſimplices circumvenire aliquos poſſunt, nec prudentes ſe circumveniri permittunt. Quandoquidem haec virtus multum a vitio ſaecularis, ac mundialis prudentiae diſtat; quod illud corrumpit ſana, haec vero ſanat vitia (1) acceſſione corrupta: ac ſic omnibus, quibus poteſt, prodeſſe feſtinat veraciter prudens, ut ejus meritis omnium, qui per eum Domino adquirantur, fructus adereſcat. Sed quoniam ordo diſputationis depoſcit, ut etiam de prudentia, quae principalis eſt virtus primo, poneretur in loco, reſtat quoque quid ſit juſtitia aperire. Matth. X.

CA-

(1) *Vitii* Cod. idque probo. Editus PROSPER *vitam*, quod ſententiam implicat.

CAPVT VIII.

De juſtitia.

JUſtitia eſt animi nobilitas, unicuique rei propriam tribuens dignitatem. In hac divinitatis cultus, & humanitatis jura, & juſta judicia, & aequitas totius vitae conſervatur. Quid enim juſtius, quam Deum diligere, ejuſque mandata cuſtodire? per quem dum non fueramus creati ſumus, dum perditi fuimus, recreati ſumus, & a ſervitute diabolica liberati; qui nobis omnia bona, quae habemus, conceſſit.

PROSPER Lib. III. Vit. Con. Cap. 22. Ipſa quippe juſte, ac rationabiliter dicitur juſtitia, qua fiunt juſti, qui eam fuerint operati. Ex qua manat aequitas, quae nos facit, ut omnium neceſſitates hominum, noſtras eſſe dicamus, nec nobis tantum, ſed etiam generi humano nos natos eſſe credamus.

Ibid. Cap. 26. Quapropter ſi in hac vita juſtitiam conamur implere, cujus juſtitiae opus eſt proprium ſua cuique tribuere, Deo nos, a quo facti ſumus, reddamus, nec dominari nobis ea, quibus ſumus naturaliter praepoſiti, permittamus. Dominetur vitiis ratio, ſubijciatur corpus animo, animus Deo, & impleta eſt hominis juſtitia, totaque perfectio.

Ibid. Cap. 24. De juſtitiae adhuc fonte procedunt liberalitas, beneficentia, caritas, & cetera hujuſmodi, quibus multipliciter juvari homines poſſunt. Liberalitas eſt, quae etiam in eos, qui nihil indigere videntur, exuberat; in qua liberalitate rei familiaris ponitur amplitudo. Beneficentiae multa ſunt opera, quibus neceſſitati laborantium miſericorditer ſubvenitur, & de terreno cenſu regni coeleſtis miſericorditer ſubvenitur.

CAPVT IX.

De Fortitudine.

FOrtitudo eſt magna animi patientia, & longanimitas, & perſeverantia in bonis operibus, & victoria contra omnium vitiorum genera.

PROSPER Lib. III. Cap. 20. Animi igitur fortitudo ea debet intelligi, quae non ſolum diverſis pulſata moleſtiis inconcuſſa permaneat, ſed etiam nullis voluptatum illecebris reſoluta ſuccumbat: alioquin ſi impetus quidem malorum saevientium frangat; ſi calamitatibus quibuslibet impactis obſiſtat; ſi inter injuriarum ſaeva, inter procellas ingentium (1) preſſurarum, inter inimicitias, & damna praeſentia, atque multimodas perſequutiones, infatigata perſiſtat (2). Eos autem, quos ad tolerantiam paſſionum fortes Dei caritas reddit, nulla delectatio carnis, nulla voluptas male blanda corrumpit, quia omnis fortitudo ab illo eſt nobis, cui cum Prophe-

ta-

(1) *angentium* Cod., & vulgatus PROSPER.

(2) Aliqua tum apud CANISIVM, tum in Codice deſiderantur, ex PROSPERO mutuanda, ut ſententia plene conſiſtat.

ta cantamus: *Fortitudo mea, & laus mea Dominus, & factus eſt mihi in ſalutem*. Fortitudo noſtra eſt, quia ita nos contra omnia vitia iuvicta protectione corroborat, ut animum noſtrum nec blanda diſſolvant, nec adverſa deijciant, & tunc laus noſtra Dominus fit, ſi non nos de muneribus Dei, ſed divina in nobis cupiamus munera praedicari. Et utique animi fortitudo tam deſperandi ignaviam debeat excutere, quam jactantiae contraire. Et quid hac fortitudine melius eſt, quam diabolum vincere, omneſque ejus ſuggeſtiones ſuperare, & adverſa mundi pro Dei nomine fortiter tolerare? Eſai. XII.

CAPVT X.

De Temperantia.

TEmperantia eſt totius vitae modus, ne quid nimis homo vel amet, vel odio habeat, ſed omnes vitae hujus varietates conſiderata temperet diligentia. Vnde quidam Philoſophorum ait, adprime in vita eſſe utile, ut ne quid nimis.

Temperantia igitur temperantem facit, abſtinentem, parcum, ſobrium, moderatum, pudicum, tacitum, ſerium, verecundum. Haec virtus, ſi in animo habitat, libidines fraenat, adfectus temperat, deſideria ſancta multiplicat, vitioſa caſtigat omnia, intra nos confuſa ordinat, ordinata corroborat, cogitationes pravas removet, ingerit (1) ſanctas, ignem libidinoſae voluptatis extinguit, omnemque intemperantiam noſtram ad honeſtum modum redigit in cibo ipſo, & potu, ut contenti ſimus adpoſitis.

Temperantiae eſt, quod reverentiam ſenioribus exhibemus, aequales germanitus honoramus, junioribus gratiam paternae dilectionis impendimus.

Itaque difficile quidem eſt nomina virtutum, quae ex iſtis quatuor principalibus oriuntur, oſtendere. Verumtamen hoc noſſe, & tenere debemus, quod iſtae virtutes quatuor, vel omnes, quae ex illis exiſtunt, dona ſunt Dei. Et quod nullus eas habet, aut habuit, vel habebit, niſi cui Deus, qui eſt virtutum omnium proprietas, & origo, contulerit.

Principales ergo quatuor eſſe virtutes, non ſolum Philoſophi ſentiunt, ſed etiam noſtri conſentiunt, quia quaternarium numerum perfectionis ſacratum pene nullus ignorat. Siquidem totus orbis, *oriente*, *occidente*, *aquilone*, & *meridie* quatuor terminari partibus invenitur. Et ipſe ADAM, qui eſt humani generis pater, vel generale nomen, quod dicitur homo, quatuor litteris explicatur. Corpus quoque quatuor elementis exſtructum, quaternarii numeri in ſe continet ſacramentum. Ipſius etiam animae quatuor ſunt adfectiones, quibus vel ad bona utimur, vel ad mala. Quatuor etiam flumina, quae de *Paradiſi* fonte procedunt, vel quatuor evangelia. Et ideo virtutes iſtae, quae tantum continent perfectionis in numero, ſollicite conſiderare debemus, quantum ſancti-

(1) *Inſerit* Cod. & editus PROSPER.

tatem conferant animo chriſtiano, & quam nihil perfectionis umquam (2) ſit, quod in iſtis virtutibus non ſit. Nam ſi prudentia prudentem, juſtitia juſtum, temperantia temperantem (3) facit; eo, qui prudenter, & juſte, & fortiter, ac temperanter agit, nihil eſt, quod poſſit eſſe perfectius. Quapropter ſicut ex elementorum numero quaternarii compago mundi, nec non & corpora humana perficiuntur, quibus inſunt venae, nervique, ac cetera corporis (4) utilia; ita principalium numero virtutum omnia quaecumque recte vivendi ſunt inſtituta, nemo qui dubitet eſſe connexa.

Haec ſunt enim a ſacratiſſimis viris virtutes expoſitae, quas Sacerdotes Domini, qui jura tenent Eccleſiae, nec non ligandi, atque ſolvendi habentes poteſtatem, intente debent intelligere, ac frequentius praedicare, ut populus careat vitiis, & opitulante ſuperno adjutorio conetur pro viribus quiſque inhaerere virtutibus. Satis, ut opinor, ex tribus gradibus, coeleſtium ſcilicet, Fide, & Spe, & Caritate; nec non & virtutibus quatuor, quibus ad culmina virtutum adſcenditur, eſt diſputatum. Nunc jam qualiter unumquodque judicio ſacerdotali purgandum ſit vitium, breviter eſt in ſequentis operis libello inſerendum.

Explicit Liber II. de virtutibus.

INCIPIT LIBER DE ORDINE POENITENTIVM.

C A P I T V L A

L I B R I III.

I. UT *poenitentiae tempora juxta qualitatem peccati decernantur.*
II. *Quod nulli ſit ultima poenitentia neganda.*
III. *De his, qui neceſſitate mortis urgente, poenitentiam ſimul, & viaticum petunt: de his qui obmuteſcunt, antequam ad eos Sacerdos daturus poenitentiam accedat.*
IV. *De his, qui poenitentiam agere differunt.*
V. *Quod oporteat eum, qui ab illicitis veniam poſcit, etiam a multis licitis abſtinere.*
VI. *Quod poenitenti nulla lucra negociationis exercere conveniat.*
VII. *Quod ad militiam ſaecularem poſt poenitentiam redire non debeant.*
VIII. *De his, qui poenitentiam minime ſervaverunt.*
IX. *De remedio poenitentiae, & quod abſolutio poenitentium per manuum impoſitionem Epiſcoporum ſupplicationibus fiat.*
X. *De his, qui communionem tempore mortis expoſcunt, aut ſi deſperatus, & con-*

(2) *Uſquam* PROSPER *Lib. III. cap.* 18. unde haec Auctor excerpſit.

(3) Adde ex PROSPERO quod tota ſententiae ſeries poſtulat *fortitudo fortem*;

(4) *Corpori* legere malebat CANISIUS. Ego vero erratum in nomine *utilia* latere ſuſpicarer: quod tamen quei corrigendum recte ſit, non ſatis perſpicio.

& conſequutus communionem, iterum convaluerit.

XI. *De poenitentibus, ut a Presbyteris non reconcilientur, niſi praecipiente Epiſcopo.*

XII. *De eadem re.*

XIII. *De tempore remiſſionis poenitentiae.*

XIV. *De communione privatis, & ita defunctis.*

XV. *De his, qui pro diverſis erratis poenitudinem ferventius exegerunt.*

XVI. *De epiſtola S. IACOBI Apoſtoli, in qua pro infirmis orare praecipitur, & ungere oleo.*

Ut poenitentiae tempora juxta qualitatem peccati decernantur.

CAPUT I.

POenitentibus ſecundum differentiam peccatorum Epiſcopi arbitrio poenitentiae tempora decernantur. Ex Concilio Africano (1)

Item in eodem (2)

SAcerdos poenitentiam implorantí abſque perſonae adceptione poenitentiae leges injungat.

Quod nulli ſit ultima poenitentia deneganda.

CAPUT II.

VEra ergo ad Deum converſio in ultimis poſitorum, mente potius eſt aeſtimanda, quam tempore, Propheta hoc taliter adferente: quum converſus ingemueris, tunc ſalvus eris. Quum ergo Dominus ſit cordis inſpector, quovis tempore non eſt deneganda poenitentia poſtulanti, quum illi ſe obliget judici (2), cui occulta omnia noverit revelari. Ex Epiſt. Papae COELESTINI c. 15. (1)

 De

(1) *Cap.* X. REGINO *Lib.* I. n.301.
(2) Immo in *Carthag.* IV. *Can.* 79. Citatur tamen ut *Africani* Concilii etiam a REGINONE *Lib.* I. n.302.

(1) REGINO *Lib.* I. n.150. BURCHARD *Lib.* 18. *cap.* 1.
(2) Ita etiam REGINO. Codex autem noſter: *ſe obliget ejus judicio.*

De his, qui neceſſitate mortis urgente poenitentiam ſimul, & viaticum petunt; & de his, qui obmuteſcunt antequam ad eos Sacerdos daturus poenitentiam adcedat.

CAPVT III.

Ex Epiſt. Papae LEONIS ad THEODORVM Epiſcopum.

ITa ergo talium neceſſitati auxiliandum eſt, ut nec actio illis poenitentiae, nec communionis gratia denegetur: Si eam etiam amiſſo vocis officio, per indicia integri ſenſus quaerere comprobentur (1). Quod ſi ita aliqua aegritudine fuerint aggravati, ut quod paullo ante poſcebant, ſub praeſentia ſignificare non valeant, teſtimonia eis fidelium circumſtantium prodeſſe debebunt. Simul tamen & poenitentiae, & reconciliationis beneficium conſequantur.

De his qui poenitentiam agere differunt.

CAPVT IV.

In decreto LEONIS Papae cap. 21.

DIſſimulatio poteſt non de contemptu eſſe remedii, ſed de metu gravius delinquendi. Vnde poenitentia, quae dilata eſt, quum ſtudioſius petita fuerit, non negetur: ut quomodo ad indulgentiae medicinam anima vulnerata perveniat.

Quod oporteat eum, qui ab illicitis veniam poſcit, etiam a multis licitis abſtinere.

CAPVT V.

In decretali ejuſdem

ALiud quidem eſt, debita juxta repoſcere, aliud propria perfectionis amore contemnere. Sed illicitorum veniam poſtulantem oportet etiam a licitis abſtinere, dicente Apoſtolo: *Omnia licent, ſed non omnia expediunt*. Vnde ſi poenitentes habent cauſſam, quam negligere forte non debeant, melius expetit quis Eccleſiaſticum, quam forenſe judicium.

Quod

(1) In *Dieſſenſi* Codice, unde AMORTIVS *T. I. P. II. num.* 81. hanc LEONIS ad THEODORVM *Forojulienſem* epiſtolam vulgavit, ita hic locus legitur. *Talium neceſſitati ita auxiliandum eſt, ut nec actio illis poenitentiae, nec communionis gratia, ſi eam etiam amiſſo vocis officio, per indicia integri ſenſus poſtulant, non negetur.*

Quod poenitenti nulla lucra negociationis exercere conveniat.

CAPVT VI.

QUalitas negociantem aut excuſat, aut arguit, quia eſt honeſtus quaeſtus, & turpis. Verumtamen poenitenti utilius eſt diſpendia pati, quam periculis negociationis adſtringi. Quia difficile eſt inter emenſis, vendentiſque commercium non intervenire peccatum.

In eodem Cap. 23. (1)

Quod ad militiam ſaecularem poſt poenitentiam redire non debeant.

CAPVT VII.

COntrarium eſt omnino Eccleſiaſticis regulis, poſt poenitentiae actionem redire ad militiam ſaecularem, quum Apoſtolus dicat: *Nemo militans Deo, implicat ſe negociis ſaecularibus*. Unde non eſt liber a laqueis diaboli, qui ſe in militiam mundanam voluerit implicare.

In eodem Cap. 24. (2) decr.

De his, qui poenitentiam minime ſervaverunt.

CAPVT VIII.

HI vero, qui, acta poenitentia, tamquam canes ac ſues ad vomitus priſtinos, & volutabra redeuntes, & militiae cingulum, & ludicras voluptates, & nova conjugia, & inhibitos denuo appetivere concubitus, quorum profeſſam incontinentiam generati poſt abſolutionem filii prodiderunt. De quibus quia jam ſuffugium non habent poenitendi, id duximus decernendum, ut ſola intra Eccleſiam fidelibus oratione jungantur, ſacrae myſteriorum celebritati, quamvis non mereantur, interſint, a Dominicae autem menſae convivio ſegregentur, ut hac ſaltem diſtrictione correpti, & ipſi in ſe ſua errata caſtigent, & aliis exemplum tribuant, quatenus ab obſcoenis cupiditatibus retrahantur. Quibus tamen, quoniam carnali fragilitate ceciderunt, viatico munere, quum ad Dominum coeperint proficiſci, per communionis gratiam volumus ſubveniri. Quam formam, & circa mulieres, quae ſe poſt poenitentiam talibus pollutionibus devinxerunt, ſervandam eſſe cenſemus.

In decretali SIRICII Papae Cap. 5.

De

(1) Vide intra RHABANI opuſculum. Hoc caput recitant REGINO l. 213. & BVRCH. Lib. 19. Cap. 95.

(2) Ita etiam apud REGINONEM l. 214. & BVRCH. Lib. 19. c. 66.

De remedio poenitentiae, & quod abſolutio poenitentium per manuum impoſitionem Epiſcoporum ſupplicationibus fiat.

CAPVT IX.

In decretali LEONI Papae ad THEODORVM Forojulienſem Epiſcopum.

HIs autem, qui in tempore neceſſitatis, & in periculis urgentis inſtitiae (1), praeſidium poenitentiae, & mox reconciliationis implorant, nec ſatisfactio interdicenda eſt, nec reconciliatio deneganda. Quia miſericordiae Dei nec menſuram poſſumus ponere, nec tempora diffinire; apud quem nullas patitur venire moras converſio, dicente Dei ſpiritu per Prophetam: *Quum converſus ingemueris, tunc ſalvus eris*. Et alibi: *Dic iniquitates tuas prior, ut juſtificeris*. Item, *quia apud Dominum miſericordia eſt, & copioſa apud Deum redemptio*. In diſpenſandis itaque Dei donis non debemus eſſe difficiles, nec ſe accuſantium gemitus, lacrymaſque negligere, quum ipſam poenitendi adfectionem ex Dei credamus inſpiratione contentam (2), dicente Apoſtolo: *Ne forte det illis Deus poenitentiam: ut reſipiſcant a diaboli laqueis, a quo captivi tenentur ad ipſius voluntatem*.

De his, qui communionem tempore mortis expoſcunt, aut ſi deſperatus, & conſequutus communionem iterum convaluerit (3).

CAPVT X.

Ex Concilio Niceno Cap. 13.

DE his, qui ad exitum veniunt, etiam nunc lex antiqua, regulariſque ſervabitur, ita ut ſiquis egreditur corpore, ultimo & neceſſario viatico minime privetur. Quod ſi deſperatus, & conſequutus communionem, oblationiſque particeps factus, iterum convaluerit, ſit inter eos, qui communionem orationis tantummodo conſequuntur. Generaliter autem omni cuilibet in exitu poſito, & poſcenti ſibi communionis gratiam tribui, Epiſcopus probabiliter ex oblatione dare debebit.

De

(1) *Inſtantiae* Cod. *in periculi urgentis inſtantia*, AMORTIVS.

(2) Ita etiam Cod. Regius *Dieſſenſis* AMORTII Liber: *conceptam*.

(3) *Aut deſperatis, & conſecutis communionem*. Cod. (ſi) *iterum convaluerint*. Cod.

De poenitentibus, ut a Presbyteris non reconciliaretur, niſi praecipiente Epiſcopo.

CAPVT XI.

VT poenitentibus ſecundum differentiam peccatorum Epiſcopi arbitrio poenitentiae tempora decernantur, & ut Presbyter inconſulto Epiſcopo non reconciliet poenitentem, niſi abſentia Epiſcopi neceſſitate cogente. Cujuſcumque autem poenitentis publicum, & vulgatiſſimum crimen eſt, quod univerſam Eccleſiam commoverit, ante abſidam (2) manus ei imponatur. Ex Concilio Carthag. (1) Cap. X.

De eadem re.

CAPVT XII.

AVRELIVS Epiſcopus dixit: ſi quiſquam in periculo fuerit conſtitutus, & ſe reconciliari divinis altaribus petierit, ſi Epiſcopus abſens fuerit, debet utique Presbyter conſulere Epiſcopum, & ſic periclitantem ejus praecepto reconciliare: quam rem debemus ſalubri conſilio roborare. In Concilio Carthag. (3) cap. 7.

De

(1) Vel ſcribendum fuerat *Africano Cap.X.* vel *Carth. III. cap. XXXII.* Idem canon citatur a REGINONE *Lib. I. cap.* 239. & a BVRCH. *Lib.* 19. *cap.* 40.

(2) Epiſcopalem ſedem aliqui intelligunt. Contra BALVZIVS in indicatum RELIGIONIS locum, abſidis, ſeu ut frequentius veteres noſtri ſcribebant, abſidae nomine potius quam thronum Epiſcopalem, ſpatium illud denotari exiſtimavit, quod propinquum eſt arae majori, & cancellis ut plurimum a reliqua Eccleſia ſeparatur. Non male, verum non ea, quam ipſe adfert, de cauſſa; quod ANASTASIVS Bibliothecarius in vita LEONIS III. cum ſcribat, *feneſtras de abſida ex vitro diverſis coloribus concluſiſſe, ac decoraviſſe*; id enim ſiquid valeret, efficeret abſidis nomine numquam Epiſcopalem ſedem deſignari, quod tamen falſum omnino eſt. AVGVSTINVS certe quum abſides gradatas, aut linteatas nominat, Thronum indicat Epiſcopalem. Quominus ergo in hoc Canone abſidam Sedem Epiſcopalem interpreter, facit non neceſſaria abſidis deſignatio, ſi Epiſcopalis ſedes denotanda fuiſſet. Quid enim? Nonne ante ſedentem Epiſcopum Poenitentes reconciliandi diſponebantur? Quid ergo peculiarem abſidis mentionem iniici oportuit, ubi vel una manus impoſitio poenitentes ante Epiſcopi thronum collocandos eſſe ſatis per ſe ſe oſtendebat? Aliud ergo hic, neque illud ex ipſa totius canonis ſerie plane obvium Synodus iis verbis *ante abſidam* edicere voluit; nempe (quod ALBASPINAEVS ſapienter monuit) non extra Eccleſiam, ut quum poenitentes in primum flentium ordinem redigebantur, ſed in ipſa patenti Eccleſia, & in loco, unde ejuſmodi poenitentes, eorumque purgationes ab omnibus conſpici poſſent.

(3) An. CCCCXIX.

De tempore remiſſionis poenitentiae.

CAPUT XIII.

Ex decretali Papae INNOCENTII cap. 7.

DE poenitentibus autem, qui ſive ex gravioribus commiſſis, ſive ex levioribus poenitentiam gerunt (1), ſi nulla interveniat aegritudo, quinta Feria ante Paſcha eis remittendum Romanae Eccleſiae conſuetudo demonſtrat. Ceterum de pondere aeſtimando delictorum Sacerdotis eſt judicare, ut adtendat ad confeſſionem poenitentis, & ad fletus atque lacrymas corrigentis, actum jubere dimitti, quum viderit congruam ſatisfactionem. Sane ſiquis aegritudinem inciderit, atque uſque ad deſperationem devenerit, ei eſt ante tempus Paſchae relaxandum, ne de hoc ſaeculo abſque communione diſcedat.

De communione privatis, & ita defunctis.

CAPUT XIV.

Ex epiſt. Papae LEONIS cap. 20.

HOrum cauſſa judicio reſervanda eſt, in cujus manu fuit, ut talium obitus uſque ad communionis remedium differatur. Nos autem, quibus viventibus non communicavimus, mortuis communicare non poſſumus.

De his, qui pro diverſis erratis poenitudinem ferventius exegerunt.

CAPUT XV.

Ex Concilio Laodiceni cap. XI.

DE his, qui diverſis facinoribus peccaverunt, & perſeverantes in oratione confeſſionis & poenitentiae, converſionem a malis omnibus habuere perfectam pro qualitate delicti, talibus poſt poenitentiae tempus impenſum propter clementiam, & bonitatem Dei communio concedatur.

De epiſtola S. IACOBI Apoſtoli, in qua pro infirmis orare praecipitur, & ungere oleo.

CAPUT XVI.

INNOCENTII Papae cap. 8.

IACOBUS Apoſtolus ſcripſit: *infirmatur quis in vobis? inducat Presbyteros, & orent ſuper eum, ungentes eum oleo in nomine Domini, & oratio*

(1) *Egerunt* Cod.

tio fidei ſalvabit infirmum, *& ſuſcitabit eum Dominus : Et ſi in peccatis fuerit*, *remittentur ei*. Quod non eſt dubium de fidelibus aegrotantibus adcipi, vel intelligi debere, qui ſancto oleo perungi poſſunt, quod ab Epiſcopo confectum, non ſolum Sacerdotibus, ſed omnibus utique Chriſtianis in ſua aut ſuorum neceſſitate ungendum. Nam ideireo Presbyteris dictum eſt, quia Epiſcopi occupationibus aliis impediti, ad omnes languidos ire non poſſunt. Ceterum ſi Epiſcopus poteſt, aut dignum ducit, a ſe viſitandum, & benedicere, & ungere chriſmate, ſine cunctatione poteſt, cujus eſt ipſum chriſma conficere. Nam poenitentibus iſtud fundi non poteſt, quia genus eſt Sacramenti. Nam quibus reliqua Sacramenta negantur, quomodo unum genus putatur poſſe concedi?

Explicit liber de ordine Poenitentium.

INCIPIT LIBER QVARTVS

De judicio Poenitentium laicorum.

SAne quia de livore invidiae, & de ira, & de libidine, nec non de avaritia, ut ſuperius digeſtum eſt, oriuntur homicidia, recte, ut arbitror, cenſuimus, de ipſo vitio, primum qualiter Sacerdotali judicio canonice penitus ſit corrigendum, oſtendere. Ac deinde ſecundum ordinem vitiorum ita remedium ſubſequatur, quo facilius undecumque poenitens purgari voluerit, ſine dilatione in ſingulis inveniatur.

CAPITA LIBRI IV.

I. DE *homicidiis ſponte commiſſis*.
II. *De his, qui non ſponte homicidium commiſerunt*.
III. *De his, qui partus ſuos ex fornicatione diverſis modis interimunt*.
IV. *De his, qui ſervos ſuos extra judicem necant*.
V. *Si domina per zelum ancillam occiderit*.
VI. *De his, qui ſibi quacumque negligentia mortem inferunt, & de his, qui pro ſuis ſceleribus puniuntur*.
VII. *De his, qui fornicantur irrationabiliter, ideſt, qui miſcentur pecoribus, aut cum maſculis polluuntur*.
VIII. *De his, qui in pecudes, vel in maſculos aut olim polluti ſunt, aut hactenus hoc vitio tabeſcunt*.
IX. *De his, qui adulteras habent uxores, vel ſi ipſi adulteri comprobantur*.
X. *De his, qui uxores, atque* (1) *viros dimittunt, ut ſic maneant*.
XI. *Quod hi, qui intercedente repudio, divortium pertulerunt, aliiſque ſe junxerunt nuptiis, adulteri eſſe monſtrentur*.
XII. *Qui uxorem habent, & ſimul concubinam*.
XIII. *Si cujus uxor adulterium fecerit, aut vir in alienam irruerit*.

(1) *Aut quos* Cod.

XIV. *De his, qui duobus fratribus nupſerint, vel qui duas ſorores adceperint uxores.*
XV. *Quod non liceat alterius ſponſam ad matrimonii jura ſortiri.*
XVI. *De raptoribus.*
XVII. *De his, qui rapiunt puellas.*
XVIII. *De deſponſatis puellis, & ab aliis corruptis.*
XIX. *De virginibus velatis, ſi deviaverint.*
XX. *De virginibus non velatis, ſi deviaverint.*
XXI. *De his, qui proximis ſe copulant, ut a communione Chriſti ſeparentur.*
XXII. *Gregorius de inceſtis.*
XXIII. *De his, qui divinationes expetunt.*
XXIV. (1) *Quod non liceat chriſtianis obſervationes diverſas adtendere.*
XXV. *De auguriis.*
XXVI. *De perjurio.*
XXVII. *De furto.*
XXVIII. *De falſis teſtibus.*
XXIX. *De diſcordantibus.*
XXX. *De his, qui per odium ad pacem non revertuntur.*
XXXI. *De his, qui Sacramento ſe obligant, ne ad pacem redeant.*
XXXII. *Quod uſuram laici Chriſtiani exigere non debent.*

De homicidiis ſponte commiſſis.

CAPUT I.

Ex Concilio Ancyrano cap. 21.

QUi voluntarie homicidium fecerint, poenitentiae quidem jugiter ſe ſubmittant; perfectionem vero circa vitae exitum conſequantur.

De his, qui non ſponte homicidium commiſerunt.

CAPUT II.

In eodem Concilio cap. 22.

DE homicidiis non ſponte commiſſis, prior quidem definitio poſt ſeptennem poenitentiam perfectionem conſequi praecepit. Secunda vero quinquennii tempus explere.

De his, qui partus ſuos ex fornicatione diverſis modis interimunt.

CAPUT III.

In eodem Concilio cap. 20.

DE mulieribus, quae partus ſuos necant, vel quae agunt ſecum, ut utero conceptus excutiant, antiqua quidem definitio uſque ad exi-

(1) *De hoc, quod.*

exitum vitae eas ab Eccleſia removet. Humanius autem nunc definimus, ut eis decem annorum tempus ſecundum praefixos gradus poenitentiae largiamur.

De his, qui ſervos ſuos extra judicem necant.

CAPVT IV.

SIquis ſervum proprium ſine conſcientia judicis occiderit, excommunicatione, vel poenitentia biennii reatum ſanguinis emundabit. Ex Concilio Agathenſi cap. 35. (1)

Si Domina per zelum ancillam ſuam occiderit.

CAPVT V.

SI qua femina furore zeli adcenſa, flagellis verberavarit ancillam ſuam, ita ut infra diem tertium animam cruciatu effundat, & quod incertum ſit, voluntate, an caſu occiderit. Si voluntate poſt ſeptem annos; ſi caſu per quinquennii tempora acta legitima poenitentia a communione placuit abſtineri. Quod ſi intra tempora conſtituta fuerit infirmata, adcipiat communionem. Ex Concilio Eliberitano cap. 5.

De his, qui ſibi quacumque negligentia mortem inferunt; & de his, qui pro ſuis ſceleribus puniuntur.

CAPVT VI.

PLacuit, ut hi, qui ſibi ipſis, aut per ferrum, aut per venenum, aut per praecipitium, vel quolibet modo violento inferunt mortem, nulla illis in oblatione commemoratio fiat; neque eum Pſalmis ad ſepulturam eorum cadavera deducantur. Multi etiam ſibi per ignorantiam hoc uſurparunt. Similiter & de his placuit, qui pro ſuis ſceleribus puniuntur. Ex Concilio Bracarenſi cap. 6.

(1) Ita etiam Codex; ſed ſcribendum *cap.* 62. Saltem hoc capite in vulgatis *Agathenſis* Concilii exemplis legitur. Sed fortaſſe (quod SIRMONDUS ſuſpicabatur, & *Dieſſenſis* Codex confirmat) *Agathenſes* Canones ultra LXVII. non excurrunt; hic vero ex *Epaonenſi* Concilio ſumptus eſt, ubi legitur *cap.* 34.

DE LVXVRIA

CAPVT VII.

De his, qui fornicantur irrationabiliter, ideſt qui miſcentur pecoribus, aut cum maſculis polluuntur.

Ex Concilio Ancyrano cap. 15.

DE his, qui irrationabiliter verſati ſunt, ſive verſantur, quotquot ante viceſimum annum tale crimen commiſerint, quindecim annis exactis in poenitentia, communionem mereantur orationum. Deinde quinquennio in hac communione durantes, tunc demum oblationis Sacramenta contingant. Diſcutiatur autem & vita eorum, qualis tempore poenitudinis extiterit, & ita miſericordiam conſequantur: Quod ſi inexplebiliter his haeſere criminibus, ad agendam poenitentiam prolixius tempus inſumant. Quotquot autem peracta viginti annorum aetate, uxores habentes, hoc peccato prolapſi ſunt, vigintiquinque annis poenitudinem gerentes in communione ſuſcipiantur orationum. In qua quinquennio perdurantes, tunc demum oblationis Sacramenta percipiant. Quod ſi & uxores habentes, & tranſcendentes quinquageſimum annum aetatis, ita deliquerint, ad exitum vitae, communionis gratiam conſequantur.

De his, qui in pecudes, vel in maſculos, aut olim polluti ſunt, aut hactenus hoc vitio tabeſcunt.

CAPVT VIII.

Ex Concilio Ancyrano cap. 16.

EOs, qui irrationabiliter vixerunt, & lepra inceſti (1) criminis alios polluerunt, praecepit ſancta Synodus inter eos orare, qui ſpiritu periclitantur immundo.

De his, qui adulteras habent uxores, vel ſi ipſi adulteri comprobantur.

CAPVT IX.

Ex Concilio AnciTano cap. 19.

SI cujus uxor adultera (1) fuerit, vel ſi ipſe adulterium commiſerit, ſeptem annorum poenitentia oportet eum perfectionem conſequi, ſecundum priſtinos gradus.

De

(1) *Injuſti* Cod. cui *Chiemenſis* AMORTII Liber conſentit.
(1) *Adulterata* Cod.

De his, qui uxores, aut quae viros dimittunt, ut maneant ſic.

CAPVT X.

PLacuit, ut ſecundum evangelicam, & Apoſtolicam diſciplinam, neque dimiſſus ab uxore, neque dimiſſa a marito, alteri conjungatur. Sed ita maneant, aut ſibimet reconcilientur. Quod ſi contempſerint, ad poenitentiam redigantur. Ex Concilio Africano cap. 68.

Quod hi, qui intercedente repudio divortium pertulerunt, aliiſque ſe junxerunt nuptiis, adulteri eſſe monſtrantur.

CAPVT XI.

QUi vero vel uxore vivente, quamvis diſſociatum videatur eſſe conjugium, ad aliam copulam feſtinarunt, neque poſſunt adulteri non videri; in tantum, ut etiam hae perſonae, quibus tales conjunctae ſunt, etiam ipſae adulterium commiſiſſe videantur; ſecundum quod legimus in Evangelio: *qui dimiſerit uxorem ſuam, & duxerit aliam, moechatur. Similiter & qui dimiſſam duxerit, moechatur*. Et ideo omnes a communione fidelium abſtinendos. De parentibus autem, aut propinquis eorum nihil tale ſtatui poteſt, niſi incentores illiciti conſortii fuiſſe detegantur. In decretali INNOCENTII Papae cap. 26.

Qui uxorem habet, & ſimul concubinam

CAPVT XII.

DE eo, qui uxorem habet, ſi concubinam habuerit, non communicet. Ceterum is, qui non habet uxorem, & pro uxore concubinam habet, a communione non repellatur. Tantum aut unius mulieris, aut uxoris, aut concubinae, ut ei placuerit, ſit conjunctione contentus. Alias vero vivens abjiciatur, donec deſinat, & ad poenitentiam revertatur. Ex Concilio Tolet. (1) cap. 81.

Si

(1.) Citat hunc Canonem etiam REGINO *lib. II. cap.* 100.

Si cujus uxor adulterium fecerit, aut vir in alienam irruerit.

CAPVT XIII.

Ex Concilio Bracarenſi

SI cujus uxor adulterium fecerit, aut vir in alienam irruerit, ſeptem annos poenitentiam agat.

De his, qui duobus fratribus nupſerint, vel qui duas ſorores uxores adceperint.

CAPVT XIV.

Ex Concilio Neocaeſ. cap. 2.

MUlier, ſi duobus fratribus nupſerit, abjiciatur uſque ad mortem. Verumtamen in exitum propter miſericordiam, ſi promiſerit, quod facta incolumis hujus conjunctionis vincula diſſolvet, fructum poenitentiae conſequatur. Quod ſi defecerit mulier, aut vir in talibus nuptiis, difficilis erit poenitentia in vita permanenti.

Quod non liceat (1) alterius ſponſam ad matrimonii jura ſortiri.

CAPVT XV.

Ex epiſt. Papae SIRICII ad HIMERIVM Tarrac. Epiſc. cap. 4.

DE conjugali autem velatione requiſiſti, ſi deſponſatam alii puellam alter in matrimonium poſſit adcipere, hoc ne fiat, modis omnibus inhibemus, quia illa benedictio, quam nupturae Sacerdos imponit, apud fideles cujuſdam ſacrilegii inſtar eſt; ſi ulla tranſgreſſione violetur.

De raptoribus.

CAPVT XVI.

Ex epiſt. Papae SYMMACHI.

RAptores igitur viduarum, vel virginum, ob immanitatem tanti facinoris, deteſtamur, illos vehementer perſequendo, qui ſacras virgines, vel volentes, vel invitas in matrimonio ſuo ſociare tentaverint, quos pro tam nefandiſſimi criminis atrocitate ſuſpendi praecipimus.

De

(1) *Quemquam alterius &c.* Cod.

De his, qui rapiunt puellas.

CAPVT XVII.

EOs, qui rapiunt mulieres ſub nomine ſimul habitandi cooperantes, aut conviventes raptoribus, decrevit Sancta Synodus, ut ſiquidem Clerici ſint, decidant gradu proprio; ſi vero laici, anathematizentur. Ex Concilio Chalcedon. cap. 27.

De deſponſatis puellis, & ab aliis corruptis.

CAPVT XVIII.

DEſponſatas puellas, & poſt ab aliis corruptas, placuit erui, & eis reddi, quibus antea fuerant deſponſatae, etiamſi eis a raptoribus vis illata conſtiterit. Ex Conc. Ancyr. cap. 10.

De Virginibus velatis, ſi deviaverint.

CAPVT XIX.

ITem quae Chriſto ſpiritualiter nubunt, & a Sacerdote velantur, ſi poſtea vel publice nupſerint, vel ſe clanculo corruperint, non eas admittendas eſſe ad agendam poenitentiam, niſi is, cui ſe junxerat, de mundo receſſerit. Si enim de hominibus haec ratio cuſtoditur, ut quaecumque vivente viro, alteri nupſerit, habeatur adultera, nec ei agendae poenitentiae licentia concedatur, niſi unus ex eis defunctus: quanto magis de illa tenenda eſt, quae ante immortali ſe ſponſo conjunxerat, & poſtea ad humanas nuptias tranſmigravit. INNOCENT. Papae cap. 19.

De Virginibus non velatis, ſi deviaverint.

CAPVT XX.

HAe vero, quae necdum ſacro velamine tectae, tamen in propoſito virginali ſemper ſe ſimulaverunt permanere, licet velatae non fuerint, ſi forte nupſerint; his aliquanto tempore poenitentia eſt, quia ſponſio ejus a Domino tenebatur. In eodem decr. cap. 20.

De

De his, qui proximis ſe copulant, ut a Communione Chriſti ſeparentur.

CAPVT XXI.

In Concilio Toletano.

NAm & haec ſalubriter praecavenda ſancimus, ne quis fidelium propinquam ſanguinis ſui uſque quo adfinitatis lineamenta generis ſucceſſione cognoſcit, in matrimonio ſibi deſideret copulari. Quoniam ſcriptum eſt: *omnis homo ad proximam ſanguinis ſui non adcedat, ut revelet turpitudinem ejus*. Et iterum: *Anima, quae fecerit quidpiam ex iſtis, peribit de medio populi ſui*. Sane quibus conjunctio illicita interdicitur, habebunt ineundi melioris conjugii libertatem.

Sanctus GREGORIVS (1) de inceſtis.

CAPVT XXII.

SI quis monacham, quam Dei ancillam appellant (2) in conjugio duxerit, anathema ſit.

Si quis commatrem ſpiritalem duxerit in conjugio, anathema ſit.

Si quis neptem duxerit in conjugio, anathema ſit.

Si quis de propria cognatione, vel quam cognatus habuit, duxerit in conjugio, anathema ſit.

Si quis viduam furatus fuerit in uxorem, vel conſentientibus (3) ei, anathema ſit.

Si quis virginem, niſi deſponſaverit, furatus fuerit in uxorem, vel conſentientibus ei, anathema ſit.

Si quis ariolis, aruſpicibus, vel incantatoribus obſervaverit, aut phylacteria uſus fuerit, anathema ſit.

De multinubis.

CAPVT XXIII.

Ex Concilio Neocaeſarienſi cap. 3.

DE his, qui in plurimas (4) nuptias inciderunt, & tempus quidem (5) praefinitum, manifeſtum eſt, ſed converſatio eorum, & fides, & tempus adbreviat.

De

---

(1) Intellige GREGORIVM II. in Conc. *Romano*. Vide REGINONEM *lib. II. cap.* 186.

(2) Ita etiam Codex noſter. REGINO autem: *Siquis Dei ancillam, id eſt Sanctimonialem*. Aliter vetuſtus codex Canonum *Piſtorienſis*: *diaconam duxerit in conjugium*.

(3) *Conſentiens*, & ſic infra.

(4) *plures quam duas* Cod.

(5) Non poenitentiae, ſed abſtinentiae a communione Corporis Domini.

De quaeſtionibus conjugiorum.

CAPVT XXIV. (1)

Qui in matrimonio ſunt, tribus noctibus ac diebus abſtineant ſe a conjunctione, antequam communicent.

Vir abſtineat ſe ab uxore ſua quadraginta diebus ante Paſcha in octavas Paſchae. Inde ait Apoſtolus, ut *vacetis orationi*. Mulier tres menſes debet ſe abſtinere a viro ſuo, quando concipit ante partum,

---

(1) Placet hejc adſcribere quae ſuper hoc argumento REGINO adfert *lib. 1. cap. 328. ſeqq.*

„ *De temporibus, quibus ſe continere debent conjugati* „ *ab uxoribus. Ex Concilio* Heliberneſi.

„ Synodus *Helibernenſium* dicit: in „ tribus quadrageſimis anni, & in „ die Dominico, & in quarta feria „ & ſexta feria conjugales continere „ ſe debent. Item nec illis diebus co- „ pulari, quamdiu gravata fuerit uxor, „ ideſt a quo die filius in utero mo- „ tum fecerit uſque ad partum. Item „ a partu poſt triginta tres dies, ſi „ filius; ſi autem filia, poſt quinqua- „ ginta ſex.

„ *De eadem re. Ex Poenitentiali.*

„ Uxorasua contineat ſe quadra- „ ginta Dies ante Paſcha & Pen- „ tecoſten, ſeu ante Natale Domini, „ & omnem dominicam noctem, & „ quartam & ſextam feriam, & a con- „ ceptione manifeſtata uſque poſt na- „ tam ſobolem abſtineat ſe ab Eccle- „ ſia, ſi filius eſt, dies triginta; ſi fi- „ lia, dies quadraginta. Mulier ſe „ abſtineat a viro tres menſes ante „ partum, & poſt partum quadragin- „ ta dies. Qui autem nupſerit his die- „ bus, viginti dies poeniteat.

„ *De eadem re.*

„ Qui in Quadrageſima ante Pa- „ ſcha cognoverit uxorem ſuam, „ & noluerit abſtinere ab ea, uno an- „ no poeniteat, aut pretium ſuum, „ videlicet viginti ſex ſolidos, ad Ec- „ cleſiam tribuat, aut pauperibus di- „ vidat. Si per ebrietatem & ſine con- „ ſuetudine adciderit, quadraginta „ dies poeniteat.

„ *Quod ante communionem abſtinere debet a conjuge.*

„ Omnia homo ante ſacram Com- „ munionem a propria uxore ab- „ ſtinere debet VII. aut V. aut III. „ dies.

& poſt, tempore purgationis, hoc eſt quadraginta diebus & noctibus ſive maſculum, ſive feminam genuerit.

De his, qui divinationes expetunt.

CAPVT XXV.

Ex Concilio Ancyrano cap. 23.

QUi divinationes expetunt, aut more gentilium ſubſequuntur, aut in domos ſuas hujuſcemodi homines introducunt exquirendi aliquid arte malefica, aut expiandi cauſſa, ſub regula quinquennii jaceant ſecundum gradus poenitentiae definitos.

Quod non licet Chriſtianis obſervationes diverſas adtendere.

CAPVT XXVI.

Ex Concilio Bracarenſi

NOn liceat Chriſtianis traditiones Gentilium obſervare, vel colere elementa, aut lunae, aut ſtellarum curſum, aut inanem ſignorum fallaciam pro domo facienda, vel ob ſegetes, vel arbores plantandas, vel conjugia ſocianda. Scriptum eſt enim: *omnia quaecumque facitis in verbo, aut opere, in nomine Domini noſtri IESV Chriſti facite, gratias agentes Deo.*

De eodem.

NOn liceat in collectione herbarum, quae medicinales ſunt, aliquas obſervationes, vel incantationes adtendere, niſi tantum cum ſymbolo divino, & oratione Dominica, ut Deus, & Dominus honoretur.

Item.

NOn liceat mulieres chriſtianas vanitatem in ſuis lanificiis obſervare; ſed Dominum invocent adjutorem, qui eis ſapientiam texendi donavit.

In eodem.

CAPVT XXVII.

De Auguriis.

AUguriis, vel incantationibus ſervientem a conventu Eccleſiae ſeparandum.

De

De periuriis.

CAPVT XXVIII.

QUicumque vero ſciens periurium perpetraverit, annos ſeptem ſe poenitentiae ſubdat; & ita deinceps ad communionem revertatur.

De furto.

CAPVT XXIX.

QUi vero cupiditate captus furtum fecerit, quod abſtulit, reddat, & annis quinque poenitentiam agat.

De falſis teſtibus.

CAPVT XXX.

FAlſos teſtes a communione Eccleſiaſtica ſubmovendos, niſi poenitentiae ſatisfactione crimina admiſſa diluerint.

De diſcordantibus.

CAPVT XXXI.

OBlationes diffidentium (1) fratrum neque in ſacrario, neque in gazophylacio recipiantur. Ex Concil. Carthag. (2)

De his qui per odium ad pacem non revertuntur.

CAPVT XXXII.

PLacuit etiam, ut, ſicut plerumque fit, qui cum odio, aut longinqua inter ſe lite diſceſſerint, & ad pacem revocari diuturna intentione nequiverint, de Eccleſiae coetu juſtiſſime excommunicatione pellantur. Ex Concilio Agathenſi

(1) Ita etiam Codex, huic tamen verbo veluti correctio inſcriptum: *diſcordantium*. Ni hoc placet lege *diſſidentium*.
(2) IV. *cap.* 93.

De his, qui Sacramento ſe obligant, ne ad pacem redeant.

CAPVT XXIII.

Ex Concilio Ilerdenſi

QUi Sacramento ſe obligaverint, ut litigans in quolibet ad pacem nullo modo redeat, pro periurio unum annum a communione Corporis & Sanguinis Domini ſegregetur. Reatum ſuum eleemoſynis, & fletibus quantis potuerit jejuniis abſolvat; ad caritatem vero, quae operit multitudinem peccatorum, celeriter venire feſtinet.

Quod uſuram laici Chriſtiani exigere non debeant.

CAPVT XXXIV.

Ex epiſt. LEONIS Papae

NE hoc quoque praetereundum duximus, quoſdam lucri turpis cupiditate captos uſurariam exercere pecuniam, & foenore velle diteſcere. Quod non dicam in eos, qui ſunt in Clericali officio conſtitutos, ſed & in laicos cadere, qui chriſtianos ſe dici cupiunt, condolemus. Quod vindicari acrius in eos, qui fuerint computandi (1), decernimus, ut omnis peccandi opportunitas adimatur.

Nunc hucuſque de criminibus laicorum, quemadmodum in canonibus continetur, collectum eſt. Nunc vero ad judicia clericorum eſt tranſeundum.

Explicit libellus de Poenitentia laicorum feliciter.

INCIPIVNT REGULAE DE MINISTRIS ECCLESIAE, SI DEVIAVERINT, CANONICE PROLATAE.

CAPITVLA LIBRI V.

I. DE *Presbyteris; qui uxores acceperunt, vel fornicati ſunt.*
II. *De diaconibus ſimiliter.*
III. *De his, qui ad Presbyterium promoventur, & ante ordinationem peccatorum ſibi conſcii ſunt.*
IV. *De Canone Apoſtolorum.*
V. *De diverſis ordinibus ab uxoribus abſtinendis.*
VI. *Quod Sacerdotes, & Levitae cum mulieribus coire non debeant.*
VII. *De incontinentia Sacerdotum, vel Levitarum.*
VIII. *De ſubintroductis mulieribus.*

IX.

(1) *Computati* Cod. Editi S. LEONIS libri ep. I. ad Epiſcop. per Camp. Picen. &c. *conſtituti.*

IX *De clericis uſuras adcipientibus.*
X. *Ut nullus Presbyter, & Diaconus conductor exiſtat, & ut Clerici abſtineant ſe ab uſuris.*
XI. *Ut Clerici, vel continentes ad Virgines, & viduas ne accedant.*
XII. *De Clericis vel Monachis non manentibus in ſuo propoſito.*
XIII. *De Monachis & Virginibus propoſitum non ſervantibus.*
XIV. *Ut ad ſacrarium mulieres non introeant.*
XV. *De eadem re.*
XVI. *Quod nulli Sacerdoti canones liceat ignorare.*
XVII. *De pollutionibus interrogatio* AUGUSTINI *& reſponſio* GREGORII.
XVIII. *Quod nihil proſit Sacerdoti, etiam ſi bene vivat, ſi male viventibus tacendo non contradicit.*

De presbyteris, qui uxores adceperunt, vel fornicati ſunt.

CAPUT PRIMUM.

PResbyter, ſi uxorem adceperit, ab ordine deponatur. Si vero fornicatus fuerit, aut adulterium perpetraverit; amplius (1) pelli debet, & ad poenitentiam redigi (2). Ex Concilio Neocaeſar. cap. 1.

De diaconibus ſimiliter.

CAPUT II.

SImili modo etiam diaconus, ſi eodem peccato ſuccubuerit, ab ordine miniſterii ſubtrahatur. In eodem Concilio cap. 10.

De his qui ad presbyterium promoventur, & ante ordinationem peccatorum ſibi ſunt conſcii.

CAPUT III.

PResbyter ſi occupatus (3) corporali peccato, & confeſſus fuerit de ſe, quod ante ordinationem deliquerit, oblata non conſecret, manens in reliquis officiis propter ſtudium bonum. Quod ſi de ſe non fuerit ipſe confeſſus, & argui manifeſte nequiverit, poteſtati ſui judicii (4) relinquatur.

De

(1) Ab omni ſcilicet clericatus gradu.

(2) Quam qui in majoribus eſſent ordinibus conſtituti, non ſubibant.

(3) *Praeoccupatus*, & ita etiam *Chiemenſis* Codex.

(4) *Poteſtatis ſuae judicio* Cod.

De canone Apoſtolorum.

CAPVT IV.

Can. XXV.

PResbyter, aut Diaconus, qui in fornicatione, aut periurio, aut furto, aut homicidio (1) captus eſt, deponatur; non tamen communione privetur. Dicit enim Scriptura: *non judicabit* (2) *Dominus bis in idipſum*.

De diverſis ordinibus ab uxoribus abſtinendis.

CAPVT V.

Ex Concilio Carthag. cap. 4.

SAcerdotes Dei, & Diaconi, vel qui Sacramenta contrectant pudicitiae cuſtodes, ab uxoribus ſe abſtineant.

Quod Sacerdotes, & Levitae mulieribus coire non debeant.

CAPVT VI.

In decretali INNOC. Papae cap. 10.

PRaeterea quod dignum, & pudicum, & honeſtum eſt, tenere Eccleſiae omnimodo debent, ut Sacerdotes, & Levitae cum mulieribus non coeant, quia miniſterii quotidiani neceſſitatibus occupantur. Scriptum eſt enim: *Sancti eſtote, quoniam ego Sanctus ſum Dominus Deus veſter*.

De incontinentia Sacerdotum, vel Levitarum.

CAPVT VII.

INNOCENTII Papae cap. 21.

DE Presbyteris & Diaconibus divinarum legum eſt diſciplina, ut incontinentes in officiis talibus poſiti, omni honore Eccleſiaſtico priventur, nec admittantur ad tale miniſterium, quod ſola continentia oportet impleri.

De

(1) Haec clauſula *aut homicidio* in antiquis Canonum Apoſtolicorum editionibus non exſtat; hinc neque *Chiemenſis* AMORTII Codex, neque ISIDORVS, neque RHABANVS in *epiſt.* ad HERIBALDVM, neque HINCMARVS, qui *epiſt. XLIX. cap.* 3. Canonem illum deſcribit, illam habent. Fuere tamen Codices, in quibus ea legebatur, ut Codex, quo uſi ſunt GREGORIVS *Turonenſis lib. V. cap.* 19. & GREGORIVS IV. Similem habuiſſe HALITGARIVS videtur; ſimilem REGINO, niſi forte is ex HALITGARIO deſumpſit.

(2) *Vindicabit* Cod.

De ſubintroductis mulieribus.

CAPVT VIII.

INterdicit per omnia magna Synodus, non Epiſcopo, non Presbytero, non Diacono, non alicui omnino, qui in Clero eſt, licere ſubintroductam habere mulierem. Ex Concilio Niceno cap. 3.

De Clericis uſuras adcipientibus.

CAPVT IX.

QUoniam multi ſub regula conſtituti avaritiam, & turpia lucra ſectantur, oblitique divinae Scripturae dicentis: *qui pecuniam ſuam non dedit ad uſuram*; mutuum dantes, centeſimos exigunt: juſte cenſuit ſancta, & magna Synodus, ut ſi quis inventus fuerit poſt hanc definitionem uſuras adcipiens, aut ex inventione aliqua, vel quolibet modo negocium tranſigens, aut hemiolia, ideſt ſeſcupla exigens, vel aliquid tale prorſus excogitans turpis lucri gratia, dejiciatur a Clero, & alienus exiſtat a regula (1). In eodem Concilio cap. 16.

Ut nullus Presbyter & Diaconus conductor exiſtat, & Clerici abſtineant ſe ab uſuris.

CAPVT X.

PResbyteri & Diaconi non ſint conductores, aut procuratores, neque ullo turpi negocio, & inhoneſto victum quaerant, quia reſpicere debent, ſcriptum eſſe: *Nullus militans Deo implicat ſe negociis ſaecularibus*. Si quis commodaverit pecuniam, pecuniam adcipiat; ſi ſpeciem, eamdem ſpeciem, quantum dederat, adcipiat. Ex Concilio Carthag. III. cap. 16.

Ut Clerici, vel continentes ad virgines vel viduas non adcedant.

CAPVT XI.

CLerici, vel continentes, ad virgines, vel viduas non adcedant, niſi juſſu, vel permiſſu Epiſcoporum. Ex Concilio Africano cap. 5.

De

(1) Vide infra ad RHABANVM, qui hunc ipſum *Nicaenum* Canonem appellat.

De Clericis vel monachis non manentibus in ſuo propoſito.

CAPVT XII.

Ex Conc. Chalcedon. cap. 7.

QUi ſemel in Clero deputati ſunt, aut Monachorum vitam expetiverunt, ſtatuimus, neque ad militiam, neque ad dignitatem aliquam venire mundanam, aut hoc tentantes, & non agentes poenitentiam, quo minus redeant ad hoc, quod propter Deum primitus elegerunt, anathematizantur.

De Monachis, vel virginibus propoſitum non ſervantibus.

CAPVT XIII.

Ex Concilio Chalced. cap. 15.

VIrginem quae ſeſe Domino conſecravit, ſimiliter & Monachum, non licere nuptialia jura contrahere: quod ſi hoc inventi fuerint perpetrantes, excommunicentur. Confitentibus autem decrevimus, ut habeat auctoritatem ejuſdem loci Epiſcopus miſericordiam, humanitatemque largiri.

Ut ad Sacrarium mulieres non introeant.

CAPVT XIV.

Ex Concilio Laodic. cap. 44.

Quod non oporteat mulieres ingredi ad altare. Quod nefas ſit feminas ſacris altaribus miniſtrare, vel aliquid ex his, quae virorum ſunt, officiis deputata praeſumere.

CAPVT XV.

Ex epiſt. Papae GELASII cap. 15.

NIhilominus impatienter audivimus, tantum divinarum rerum ſubeſſe deſpectum, ut feminae ſacris altaribus miniſtrare firmentur, cunctaque nonniſi virorum famulatui deputata ſexum, cui non competit, exhibere: niſi quod omnium delictorum, quae ſigillatim perſtrinximus, noxiorum reatus omnis, & crimen eos reſpicit Sacerdotes, qui vel iſta committunt, vel committentes minime publicando, pravis exceſſibus ſe favere ſignificant.

Quod

Quod nulli Sacerdoti Canones liceat ignorare.

CAPVT XVI.

NUlli Sacerdotum ſuos liceat Canones ignorare, nec quidquam facere, quod Patrum poſſit regulis obviare. COELESTINI Papae cap. 10.

De pollutionibus interrogatio AVGVSTINI, & reſponſio GREGORII.

CAPVT XVII.

SI poſt illuſionem, quae per ſomnium ſolet accidere, vel Corpus Domini quislibet accipere valeat, vel, ſi Sacerdos ſit, ſacra myſteria celebrare. Interrogatio AVGVSTINI

Reſponſio GREGORII.

ET quidem hunc, teſtamentum veteris legis, ſicut in ſuperiori capitulo jam diximus pollutum, dicit (1), niſi lotum aqua. Ei (2) uſque ad veſperum intrare Eccleſiam non conceditur (3), quod tamen aliter etiam (4) populus ſpiritalis intelligens, ſub eodem intellectu accipiet, quo praefati ſumus: quia quaſi per ſomnium illuditur, qui tentatus immunditia, veris (5) imaginibus in cogitatione inquinatur; ſed lavandus eſt aqua, ut culpas cogitationis lacrymis abluat. Et niſi prius ignis tentationis receſſerit, reum ſe quaſi uſque ad veſperum cognoſcat. Sed eſt in eadem illuſione neceſſaria valde diſcretio, quae ſubtiliter penſari debeat, ex qua re accidat menti dormientis. Aliquando enim ex crapula, aliquando ex naturae ſuperfluitate, vel infirmitate, aliquando ex cogitatione contingit. Et quidem ſi ex naturae ſuperfluitate, vel infirmitate (6) evenerit, omnino haec illuſio non eſt timenda, quia hanc animus neſciens pertuliſſe magis dolendus eſt, quam feciſſe. Quum ergo ultra modum appetitus gulae in ſumendis alimentis rapitur, atque idcirco humorum receptacula gravantur, habet exinde (7) animus aliquem reatum, non tamen uſque ad prohibitionem percipiendi ſacri myſterii, vel Miſſarum ſolemnia celebrandi, quum fortaſſe aut feſtus dies exigit, aut exhiberi myſterium pro eo, quod Sacerdos Extat lib. 12. Reg. ep. 3. Interrog. II. Tom. IV. S. GREGOR. M. ed. Rom.

(1) *Cui niſi lotum* Cod.

(2) *Omittit* Cod.

(3) *Labbacana* editio T. V. Conc. col. 1575. *& niſi lotum aqua ei &c. non concedit*.

(4) Omittunt Codex, & LABBAEVS.

(5) Ita ſcriptum erat in Codice, ſed antiqua manus expunxit, correxitque *vanis*; quae LABBAEI quoque lectio eſt.

(6) *Evenit* Cod.

(7) Addit Codex *apud ſe*.

dos alios in loco deeſt, ipſa neceſſitas compellit. Nam ſi adſunt alii, qui implere * miniſterium valeant, illuſio per crapulam facta, ſed ab immolatione ſacri myſterii abſtinere, ut arbitror, humiliter debet, ſi tamen dormientis mentem turpis imaginatio non concuſſerit. Nam ſunt, quibus ita plerumque illuſio naſcitur, ut eorum animus etiam in ſomno corporis poſitus, turpibus imaginationibus non foedetur. Qua in re unum ibi oſtenditur, quod ipſa mens rea non tunc ſit, ſed ſuo judicio libera (8), quum ſe ex dormienti corpore nihil meminit vidiſſe, tamen in vigiliis corporis meminit in ingluviem cecidiſſe. Sin vero ex turpi cogitatione vigilantis oritur illuſio in mente dormientis, patet animo reatus ſuus. Videt enim, a qua radice inquinatio illa proceſſerit, quia quod cogitavit ſciens, hoc pertulit neſciens. Sed penſandum eſt, ipſa cogitatio utrum in ſuggeſtione, an in delectatione, vel quod majus, in peccati conſenſu ceciderit. Tribus enim modis impletur omne peccatum, videlicet ſuggeſtione, delectatione, conſenſu. Suggeſtio quippe fit per diabolum, delectatio per carnem, conſenſus per ſpiritum, quia & primam culpam ſerpens ſuggeſſit, *Eva* velut caro delectata eſt; *Adam* vero velut ſpiritus conſenſit. Et neceſſaria eſt magna diſcretio inter ſuggeſtionem, atque delectationem; inter delectationem, atque conſenſum, judicem ſui praeſidere animum. Quum enim malignus ſpiritus peccatum ſuggerit in mente, ſi nulla peccati delectatio ſequatur, peccatum omni modo perpetratum non eſt; quum vero delectari caro coeperit, tunc peccatum incipit naſci. Si autem etiam ad conſenſionem ex deliberatione deſcendit, tunc peccatum cognoſcitur perfici.

In ſuggeſtione igitur peccati ſemen eſt, in delectatione fit nutrimentum, in conſenſu perfectio. Et ſaepe contingit, ut hoc, quod malignus ſpiritus ſeminat in cogitatione, caro in delectatione trahat, nec tamen anima eidem delectationi conſentiat. Et quum caro delectari ſine animo nequeat, ipſe tamen animus carnis voluptatibus reluctans, in delectatione carnali aliquo modo ligatur invitus, ut ei ex ratione contradicat, ne conſentiat, & tamen delectatione ligatus ſit, ſed ligatum ſe vehementer ingemiſcat. Unde & ille coeleſtis exercitus praecipuus miles gemebat, dicens: *Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meae, & captivum me ducentem in lege peccati, quae eſt in membris meis.* Si autem captivus erat, minime pugnabat, ſed & pugnabat. Quapropter & captivus erat, & etiam pugnabat: igitur legi mentis lex, quae in membris eſt, repugnabat; ſi autem pugnabat, captivus non erat. Ecce itaque eſt homo captivus liber; liber ex juſtitia, quam diligit (9); captivus ex delectatione, quam portat invitus. Amen.

* vulg. ed. myſteriorum

Quod

(8) Locus hic eſt in MSS. Codicibus mire vexatus. In noſtro Codice ita legitur: *qua in re minus ſibi oſtenditur ipſa mens rea; non tamen ſit vel ſuo judicio libera.*

(9) *Juſtitia, quam de lege mentis* habet Cod.

Quod nihil proſit Sacerdoti, etiamſi bene vivat, ſi male viventem (1) tacendo non corrigit.

CAPVT XVIII. (2)

Quod vero dicit Apoſtolns, ut nos formam debeamus exhibere fidelibns, quid valebit, ſi is, cni vel hortandi (3) bonos, vel caſtigandi malos cura commiſſa eſt, bene vivendo ſe imitandum bonis exhibeat, & male tacendo non corrigat? Ad hoc enim, niſi me fallit opinio, ſancte vivendum eſt Sacerdoti; nam dicta ſua repugnantibus factis evacuet, ſi quod praedicat fieri debere, non faciat, aut ſi quod non facit, praedicare praeſumpſerit, nihil apud eos, qui ejus vitam novere (4), proficiat. Quia ad hoc eſt Eccleſiae Dei praepoſitus, ut non ſolum bene vivendo alios exemplo ſuae converſationis inſtituat, ſed etiam fiducialiter praedicando, ſingulis ante oculos peccata ſua conſtituat; quae poena maneat duros, quae gloria obedientes oſtendat. Nullus ſalutem deſperando contemnat, animas emendari nolentium plangat, imitatus Apoſtolum qui ait: *Ut lugeam multos ex his, qui ante peccaverunt, & non egerunt poenitentiam*. Et iterum: *Quis infirmatur, & ego non infirmor? Quis ſcandalizatur, & ego non uror?* Quapropter ſciens, quod ſi quibuslibet divitibus, ac potentibus male viventibus parcat, aut foveat eos, perdat (5) ſimul, & pereat, & ſancte debet vivere propter ſuae adminiſtrationis officium. Certus quod ei nihil ſua juſtitia ſuffragetur, de cujus manu anima pereuntis exigitur, quando quicumque alius perierit, quem nulla docendi neceſſitas manet, ſolus poenas ſui ſceleris dabit. Ille autem, cui diſpenſatio verbi commiſſa eſt, etiamſi ſancte vivat, & tamen perdite viventes arguere aut erubeſcat, aut metuat, cum omnibus, qui eo tacente perierunt, perit. Et quid ei proderit, non puniri ſuo, qui puniendus eſt alieno peccato? Mentior, niſi hoc Dominus poſt EZECHIELEM Prophetam, ſub cujuſdam terroris denuntiatione loquitur. dicens ad eum: *Et tu fili hominis, ſpeculatorem te dedi domui Iſrael*. Nec hoc tranſeunter debemus audire, quod Sacerdotem *ſpeculatorem* appellat. Ut, ſicut ſpeculatoribus eſt de loco editiori proſpicere, & plus omnibus contemplari, ita Sacerdos debet eſſe propoſitus, (6) ſublimitate celſior cunctis, ac majoris ſcientiae habere gratiam, qua poſſit ſub ſe viventes inſtruere. Videamus jam. quod divinus ſermo contiuet. *Audies*, inquit, *ex ore meo ſermonem, & annunciabis eis ex me*: ut hoc dicat Sacerdos, quod ex divina lectione didicerit, quod illi Deus inſpiraverit, non quod praeſumptione humani ſenſus invenerit, *Annuntiabis eis*, inquit, *ex me*: *ex me*, non ex te. Mea ver-

I. Petr. 2.
II. Cor. 12.
II. Cor. 11
Ezech. 33.
Ibid.

(1) Ita etiam PROSPER. At Codex *male viventes*.

(2) Hoc & ſequens caput ex PROSPERO ſumpta ſunt *de vita contempl. lib. 1. cap.* XX. & XXI.

(3) *Exhortandi* Cod. & PROSPERI Lugd. editio.

(4) Sic etiam PROSPER. *Noverint* Codex.

(5) Melius Lugd. PROSPERI editio: *foveat, eos perdet*.

(6) *Prepoſita* PROSPER: melius

verba loqueris: non eſt, quod ex eis tamquam Deus (7) inferis. Ex
Ibid. me, inquit, eis adnuncia. Sed jam quid adnunciet, audiamus. *Si me dicente ad impium: Impie morieris, non fueris loquutus, ut ſe cuſtodiat impius a via ſua, ipſe in iniquitate ſua morietur; ſanguinem vero ejus de manu tua requiram*. Quid potuit expreſſius? quid apertius poteſt dici? *Si impio*, inquit, *loquutus non fuerit, ut ſe ab impietate cuſtodiat, & ille perierit, ſanguinem ejus de manu tua requiram*. Hoc eſt dicere: ſi ei peccata tua non adnunciaveris, ſi eum non argueris, ut ab impietate ſua convertatur, & vivat, & te, qui non increpaſti, & ipſum, qui te tacente peccavit, flammis perennibus perdam. Quis rogo tam ſaxei pectoris, quis tam ferreus erit, quem ſententia iſta non terreat? quis tam alienus a fide, qui ſententiae iſti non credat?

Luctuoſa deſcriptio carnaliter viventium Sacerdotum.

CAPVT XIX.

SEd nos praeſentibus delectati, dum in hac vita commoda noſtra, & honores inquirimus, non ut meliores, ſed ut ditiores, non ut ſanctiores, ſed ut honoratiores ſimus ceteris, feſtinamus. Nec gregem Domini, qui nobis paſcendus, tuenduſque commiſſus eſt, ſed noſtras voluntates, dominationem, divitias, & cetera blandimenta carnaliter cogitamus. Paſtores dici volumus, nec tamen eſſe contendimus. Officii noſtri vitamus laborem, adpetimus dignitatem, immundorum ſpirituum feras a grege dilacerando non pellimus; & quod eis remanſerat, ipſi conſumimus, quando peccantes, divites, vel potentes non ſolum non arguimus, ſed etiam veneramur, ne nobis aut munera ſolita offenſi non dirigant, aut obſequia deſiderata ſubducant, ac ſi muneribus eorum, & obſequiis capti, immo per haec illis addicti, loqui eis de peccato ſuo, aut de futuro judicio formidamus: & ideo minaciter ſuperbiam noſtram divinus ſermo contundit; ſed noſter auditus nihil, unde proficiamus, admittit, quia praeſentis vitae capti dulcedine, quae poena negligentiam noſtram maneat in aeternum, nolumus cogitare. In Paſtores ergo iſta dicuntur, de quorum nobis inani appellatione blandimur: *Haec*
Ezech. 34. *dicit Dominus Deus: vae Paſtoribus Iſrael, qui paſcebant ſemetipſos; nonne greges paſcuntur a Paſtoribus? lac comedebatis, & lanis operiebamini; quod craſſum erat, occidebatis, gregem autem meum non paſcebatis. Quod infirmum fuit, non ſolidaſtis, & quod aegrotum, non ſanaſtis; quod fractum non alligaſtis, & quod abjectum, non reduxiſtis; quod perierat, non quaeſiſtis, ſed cum auctoritate (1) imperabatis eis, & cum potentia, &*
Ibid. *diſperſae ſunt oves meae, eo quod non eſſet Paſtor: Et factae ſunt in devorationem omnium beſtiarum agri*. Et paullo poſt: *Propterea Paſtores audite*

Codex *praepoſiti*.

(7) Corrige ex Cod. & PROSPERO: *tamquam de tuis*.

(1) *Cum auſteritate* PROSPER, & Codex.

te verbum Domini. Vivo ego, dicit Dominus Deus. Pro eo quod facti ſunt greges mei in rapinam, & oves meae in devorationem omnium beſtiarum agri, eo quod non eſſet Paſtor. Neque enim quaeſierunt Paſtores gregem meum, ſed paſcebant Paſtores ſemetipſos, & gregem meum non paſcebant. Propterea Paſtores audite verbum Domini. Haec dicit Dominus Deus: Ecce ego ipſe ſuper Paſtores requiram gregem meum de manu eorum, & ceſſare eos faciam, ut ultra non paſcant gregem, nec paſcant amplius Paſtores ſemetipſos. Quis ad haec non intremiſcat? quis iſta ſine intolerabili metu futurae examinationis adcipiat? niſi qui aut non intelligit, aut futura non credit: ſed omnia, quae Deus obſervare voluit, tam aperte poſuit, & ita ſui nominis auctoritate firmavit, ut ea facilius, quod dictu quoque nefas eſt, contemnamus, quam non intelligere, vel non credere tam aperta, & divina fingamus, quando audivimus: *Haec dicit Dominus*. Quis futurum eſſe non credat, quod dicit Deus; niſi qui Deo non credit? quod autem dicit: *Vae Paſtoribus*, iſtud *vae* pro maledicto poni, & *paſtorum* nomine nos ſignificari, quis non intelligat, niſi qui futurum non cogitat? Greges Domini paſcendos Paſtores facti ſuſcipimus: & nos ipſi paſcimur, quando non gregum utilitati proſpicimus, ſed quid foveat, & augeat noſtras voluptates, adtendimus. Lac, & lanas ovium Chriſti oblationibus quotidianis, ac decimis fidelium gaudentes adcipimus, & curam paſcendorum gregum, ac reficiendorum, a quibus perverſo ordine volumus paſci, deponimus. Non ſanamus ſpirituali conſilio peccatis infirmum. Non ſacerdotali ope conſolidamus, aut reficimus, diverſis tribulationibus fractum. Non ad viam ſalutis revocamus erroneum. Non requirimus ſollicitudine Paſtorali veniae deſperatione jam perditum. Ad hoc tantum potentes effecti, ut nobis in ſubjectos dominationem tyrannicam vindicemus, non ut adflictos contra violentiam potentum, qui in eos ferarum more ſaeviunt, defendamus. Inde eſt quod tam a potentibus hujus mundi, quam a nobis, quod pejus eſt, nonnulli graviter fatigati depereunt, quos ſe de manu noſtra Dominus requiſiturum terribiliter comminatur dicens: *Requiram oves meas de manu paſtorum,* Ibid.
& ceſſare eos faciam, ut ultra non paſcant. Quod quid eſt aliud, quam Paſtores, qui ſemetipſos, non greges meos paſcunt, ſublimitate ſuae dignitatis exſpoliem, & inter reprobos, quia honorem ſuum noluerunt cuſtodire, projiciam? Horum, & his ſimilium conſideratione perterritus, timor & tremor venerunt ſuper me, & contexerunt me tenebrae, & dixi: *quis dabit mihi pennas ſicut columbae & volabo, & requieſcam?* Ps. 54.
Et hoc eſt totum, quod imperitiae meae, ac futuri finis recordatus ingemui, & volui ſarcina Epiſcopatus mei depoſita elongare (a) fugiens, & manere in ſolitudine, & ibi exſpectare Deum, qui ſalvum me faceret, & a puſillanimitate mea, & ab ipſa intolerabilium mihi ſollicitudinum tempeſtate.

II.

(a) Niſi haec lacinia, ſit *Juliani* POMERII qui, ut dixi ſub PROSPERI nomine heic delitеſcit, panno ab alio adſuta, hinc diſcimus; fuiſſe illum Epiſcopum, ac de abdicando Epiſcopatu cogitaſſe, quum tamen nihil de ejus Epiſcopatu S. ISIDORUS indicarit, & GENNADIUS *cap.* 98. ſive alius quiſque hujus capitis auctor Presbyterum illum tantummodo appellet.

II.

RHABANI MAVRI
LIBER POENITENTIUM

In ſequentem RHABANI Librum

NOVI EDITORIS PRAEFATIO.

Rhabanus operis auctor

I. Librum, quem heic damus, vir celeberrimus, & eruditiſſimus *Antonius* AVGVSTINVS tanti fecit, ut licet cum ceteris RHABANI operibus a *Georgio* COLVENERIO editum, ſibi inter Canones Poenitentiales *Tarracone* duxerit recudendum. Hoc opus compoſuit RHABANVS juſſus OTGARII Archiepiſcopi *Moguntini*, ut ipſe teſtatur in epiſtula ad eum ſcripta. Meminit iſtius libri & RVDOLFVS Monachus in vita RHABANI. *Scripſit quoque libellum unum*, inquit *ad* OTGARIVM *Archiepiſcopum, in quo primum de poenitentia legitima & ſpe indulgentiae, deinde diverſa capitula de canonibus diverſorum Conciliorum ſubjunxit ad corrigenda hominum vitia, & inſtituta Chriſtianae religionis roboranda*.

quo illud tempore ſcripſerit

II. De tempore autem, quo lucubrationem illam confecit, non eſt difficile pronunciare. Nam ut BALVTIVS praefat. in RHAB. epiſt. ad HERIBALD. optime monuit, *quum in cap. XV. loquatur de calamitoſiſſimo illo, ac deteſtabili praelio, ut* IOHANNIS VIII. *verbo utamur, quod inter filios* LVDOVICI PII *commiſſum eſt, & ſumma contentione pugnatum, tot praeterea caedibus inſignium, ac nobiliſſimorum hominum nobilitatum, dubitandum non eſt, quin hic Liber poenitentialis editus a* RHABANO *fit haud ita multo poſt pugnam Fontaniacenſem, quae pugnata eſt in pago* Antiſſiodurenſi *anno* DCCCXLI. VII. *Kalendas Julii*. Exiſtimabat quidem judicatus COLVENERIVS, Poenitentiale iſtud ad OTGARIVM eſſe veluti juſtum quoddam compendium ceterarum RHABANI lucubrationum de hoc argumento, adeoque etiam poſteriorem locum obtinere debere poſt librum canonum poenitentialium ad HERIBALDVM. Verum falſus ille oppido eſt. Conſtat enim, RHABANVM de hoc argumento ſcripſiſſe ad HERIBALDVM decem circiter annis poſt editum librum poenitentialem OTGARIO inſcriptum. Praeterea certum eſt, quaeſtiones illas canonum poenitentialium ad HERIBALDVM, ut habet inſcriptio in editione COLVENERII, non eſſe RHABANI opus, ſed HALITGARII Epiſcopi *Cameracenſis*, illos nimirum libros, quos nuper exhibuimus. Igitur RHABANVS quum Abbas *Fuldenſis* eſſet, hoc opus ſcripſit jubente OTGARIO *Moguntino* Archiepiſcopo, in cujus ann. DCCCXLVII. defuncti locum ſuffectus deinde fuit.

& quibus ex fontibus

III. Quibus ex fontibus Canones hauſerit, idem, quem appellavimus AVGVSTINVS in praefatione notavit his verbis. *Vſus autem* RHA-

BA-

Digitized by Google

BANVS *eſſe videtur corpore canonum, & ISIDORI Mercatoris priori e-
ditione, quod ad Concilia tantum adtinet provincialia. Nam Romanorum Pon-
tificum epiſtolas nullas refert praeter eas, quae poſt* DAMASVM *conſeri-
ptae ſunt, & in Corpore Canonum exſtant*. „ Corpus Canonum, inquiunt
„ BALLERINII *de ant. Canon. Collect. pag.* CCLXXXI. vocat *Hadria-
„ nam* collectionem: pro ISIDORI autem *Mercatoris priori editione* me-
„ lius ſcripſiſſet *collectione Hiſpanica*. RHABANVS quidem (excepto
„ teſtimonio S. GREGORII in epiſtola ad SECVNDINVM) nullam
„ conſtitutionem Pontificiam adlegat, quae in *Hadriana* collectione non
„ invenitur; nullum vero Conciliorum Canonem, qui non ſit in *Ha-
„ driana*, vel in *Hiſpanica*. „ Haec illi. Siquid tamen adverſus doctiſſi-
morum *Ballerioniorum* ſententiam proferre mihi licet, exiſtimarim po-
tius RHABANVM ex *Acheriana* Poenitentiali collectione, quae ex
Hadriana, & *Hiſpanica* conſtat, profeciſſe, vel etiam ex HALITGA-
RII, quem *Acheriano* illo opere uſum fuiſſe ſupra notavimus, libris
non paucos Canones mutuatum fuiſſe; HALITGARIVM enim ſaepe
reddit.

IV. Addunt BALLERINII p. CCLXXXII., mirum eſſe „ RHA- Nam ex Pſeudo ISIDORO?
„ BANVM, qui eo tempore vixit, iiſque in locis verſatus eſt, in
„ quibus PSEVDOISIDORI collectio compacta & edita fuit, nihil ex
„ eadem recepiſſe. Neque vero opponas teſtimonium *de Clericis lapſis*
„ ex epiſtola S. GREGORII ad SECVNDINVM Servum Dei inclu-
„ ſum; quod ſuppoſititium ejuſdem epiſtolae additamentum in ISIDO-
„ RO legitur. Cum enim nihil ex tot aliis ſuppoſititiis ISIDORI mer-
„ cibus RHABANVS exceperit, nobis probabilius videtur hoc ejus E-
„ piſtolae additamentum ab alio anteriori impoſtore confictum, non ex
„ ISIDORO, ſed ex alio fonte RHABANVM derivaſſe. Enimvero
„ ea ad SECVNDINVM epiſtola cum eodem additamento deſcripta
„ legitur (1) in vetuſtiſſimo MS. *Corbejenſi* originali PAVLLI *Dia-
„ coni*, quod in Bibliotheca S. GERMANI a Pratis ſervatur. Hic e-
„ nim codex ab eodem PAVLLO miſſus ad S. ADELARDVM Ab-
„ batem *Corbejenſem* (ut patet ex ipſius PAVLLI epiſtola, quae col-
„ lectis in eodem codice S. GREGORII epiſtolis praemittitur) quin-
„ quaginta quatuor ejuſdem Pontificis epiſtolas continet, ex qui-
„ bus quatuor & triginta, teſtantibus editoribus *Benedictinis*, ipſius
„ PAVLLI manu correctae ſunt. Quum porro PAVLLVS Diaconus
„ e vivis exceſſerit anno DCCCI. illud additamentum ante ISIDORI
„ collectionem compactum agnoſcitur, ac propterea RHABANVS,
„ qui ex certis ISIDORI figmentis nihil deſcripſit, ex diverſo & an-
„ teriori fonte illud teſtimonium hauſiſſe dicendus eſt. „ Ac RHABA-
num quidem nihil ex pſeudo-ISIDORI mercibus in ſuam collectionem
tranſtuliſſe veriſſimum eſt. Non id tamen BALLERINIIS mirum vi-
deri debuerat, ſed quemadmodum quum paullo antea de HALITGA-
RIO loqueremur, Pſeudo-ISIDORI impoſturas poſt HALITGARIVM,
quod apud eum nihil ex illis occurrat, vulgatas ſcitiſſime confirma-
rant;

(1) Vide Tom. II. oper. S. GREGOR. editionis Maurinae col. 965. not. a. in ep. 62. lib. 9. & col. 963. not. 1.

rant; ita poſt RHABANVM *Iſidorianae* collectionis epocham collocandam colligere tuto poterant, quod RHABANVS neque in hoc opere, neque in poſteriore ad HERIBALDVM epiſtola illas in rem ſuam adhibuerit. Itaque non ſolum poſt annum DCCCXLI., quo RHABANVS Poenitentialem librum OTGARIO inſcripſit, uti in *Antiſebronio* conieceram (*T. II. Ceſen. edit. cap.* 3.) ſed etiam poſt annum DCCCLIII. quo ille epiſtolam ad HERIBALDVM dedit, *Iſidorianas* illas merces emerſiſſe, nequidquam obluctante FEBRONIO, ſi ſapimus, adſeremus; hincque facile intelligemus, cur ante annum DCCCLVII. nullus, qui illarum meminerit, indicari poſſit.

Quel heic iterum opuſculum edendum ſit.

V. Ad RHABANI Librum redeo. Ex codice, quem in HALITGARIVM praefatus accurate perecnſui, illum heic reddo cum AVGVSTINI tamen editione comparatum. Quum autem a viris doctis animadverſum ſit, RHABANVM in epiſtola, quam ad HERIBALDVM *Autiſſiodorenſem* anno, ut diximus, DCCCLIII. miſit, pleraque ex antiquiore ſuo *poenitentium* libro transfudiſſe, eam quoque conſului qualem Cl. BALVTIVS in appendice ad REGINONEM poſt STEWARTIVM evulgavit, ut inde varias interdum lectiones excerperem. Ad AVGVSTINI porro adnotationes quod ſpectat, eas fere omnes cooptavi; meas tamen ſubinde illis inſperſi, quibus aut major lux auctori adfulgeret, aut germana ejus lectio facilius erueretur. Illud enimvero eos, qui in hujus, atque etiam *Halitgariani* operis lectione verſabuntur, diligenter intelligant, velim, quanti poenitentia majoribus noſtris ſteterit, nec tam facile ſacros poenitentiae miniſtros accuſent, ſi graviores quaſdam poenas interdum infligant. Nam antiquam quidem illam poenitentiae ſeveritatem Eccleſia nonnihil relaxavit; non licet, tamen etiamnum, vetantibus id *Tridentinis* Patribus (*ſeſſ. xiv. cap.* 9.) leviuſculas ſatisfactiones gravibus criminibus iniungere, ne peccantes inconſulta quadam veniae facilitate decepti vitia ſua parvi pendant, in illiſque magno aeternae ſalutis diſcrimine tandem conquieſcant.

Domino in Domino Dominorum dilectiſsimo OTGARIO (1) Archiepiſcopo RHABANVS peccator in Chriſto optat ſalutem.

QUamdiu vos, Sancte Pater, ſperabamus, ad nos venturos citius ſore, adventum veſtrum optabamus. Sed quia poſtquam abiſtis a nobis, & moeſtos nos de abſceſſu veſtro reliquiſtis, orandum nobis eſſe cenſebamus, ut divina majeſtas incolumes vos ſervans concedat nobis iterum vos ſanos videre, quia ſanitas veſtra ſoſpitas eſt nobis. Si autem

(1) *Hunc*, inquit AVGVSTINVS in notis pag. 49. *arbitror fuiſſe ejuſdem Sedis Archiepiſcopum*, cui RHABANVS ſucceſſit. Recte. Addit continenter AVGVSTINVS: HERIBALDVM *vocant* IVO, *&* GRATIAN. *& liber* Tarracon. *in locis mox citandis*; ſed fallitur; hi enim auctores non noſtrum hunc libellum, ſed alium indicant HERIBALDO *Autiſſiodorenſi* a RHABANO poſtea inſcriptum, ut in Praefatione diximus.

tem aliquid vobis adverſi contigerit, triſtes nos, ac conturbatos ſine dubio efficiet. De cetero quoque quia quando heic praeſentialiter fuiſtis, placuit ſanctitati veſtrae cum parvitate noſtra aliquid tractare, atque conferre de diverſis tranſgreſſionibus, in quibus fragilitas humana divina praecepta tranſgreditur, quomodo per poenitentiam reſtaurari poſſint, atque Domino reconciliari hi, qui in diverſis ſceleribus praevaricantur legem Domini. Ideoque (2) juſſiſtis mihi, ut de canonibus, & Sanctorum Patrum ſententiis breviter excerperem, atque in unum colligerem, quae a magiſtris Eccleſiae, & hujuſmodi perſonis ad emendationem vitiorum promulgata ſunt. Feci quod mandaſtis, & in uno libello ea deſcripſi, quo haberetis in promptu ante oculos ad legendum. Quod mihi neceſſe erat ex diverſis libris in unum congregare, ut noſter labor veſtrae voluntati aliquo modo ſatisfaceret, & ne forte neceſſarium vobis foret in diverſis voluminibus id quaerere, quod vos jam conſtat in brevi exquiſitum habere. Huic quoque libello ſubiunxi alterum, quem nuper *de conſanguineorum nuptiis, & de magorum praeſtigiis, falſiſque divinationibus* confeceram, ut haberetis eos ſimul, quos ordo rationis concordes fecit. Legite ergo opuſculum, quod vobis directum eſt, & ſiquid in eo minus recte poſitum videatur, veſtro ſacro ſtudio ad utilitatem legentium corrigatur. Bene valete, & in ſacris orationibus veſtris mei peccatoris memoriam habetote (3).

INCIPIUNT CAPITULA (1).

I. *DE his, qui poſt ſacram ordinationem capitalia crimina committunt, & eorum poenitentia, ſeu excommunicatione.*

II. *De inceſtis conjunctionibus.*

III. *De his, qui adulterium committunt.*

IV. *De his, qui moechantur.*

V. *De his, qui ſacris Virginibus ſe ſociant, & de Virginibus velatis ſi moechaverint* (2).

VI. *De his, qui fornicantur irrationabiliter* (3).

VII. *De conjugatis, ſi quis eorum ductus fuerit in captivitatem.*

VIII. *Quod aliud ſit uxor, aliud concubina, & quod non ſit conjugii duplicatio, quando ancilla rejecta, uxor adſumitur.*

IX. *De illo, qui concubinam ſuper uxorem habet.*

X. *De eo, qui uxorem capti ſortitus eſt in matrimonio.*

XI. *De parricidio, & his qui partus ſuos necant.*

XII. *De homicidiis voluntarie commiſſis.*

(2) *Ideo quae*, perperam editio AUGUSTINI.

(3) Addit AUGUST. quae deſunt in Codice, *in nomine Domini*.

(1) Codicis titulum retinuimus, pro quo in AUG. edit. *Capitum elenchus* legitur.

(2) Magis latine AUG. *ſi moechatae fuerint*; ſed ipſa haec barbaries antiquitatem Scriptoris non dedecet.

(3) *Irrationabiliter fornicatur*: AUGUST.

XIII. *De homicidiis, & falſis teſtibus.*

XIV. *De his, qui ſervos ſuos extra judicem necant, & domina, quae per zelum ancillam ſuam* (4) *occiderit.*

XV. *De homicidiis non ſponte commiſſis, & illis, qui ſe excuſant quaſi inſontes ab homicidio in praelio commiſſo juſſu Principum.*

XVI. *De adminiſtratoribus, & his, qui preces criminales dictant.*

XVII. *De populi neceſſario commiſſu.*

XVIII. *De furto.*

XIX. *De conjuratione, vel conſpiratione.*

XX. *De his, qui Sacramento ſe obligant, ne ad pacem redeant.*

XXI. *De his, qui noxia juramenta conficiunt, quomodo eos* (5) *poenitere oporteat.*

XXII. *De his, qui ad Eccleſiae patrocinium confugiunt, ne tradantur perſequentibus in foedere pacti.*

XXIII. *De his, qui divinationes expetunt, & incantationibus, ſive auguriis deſerviunt.*

XXIV. *Quod non liceat Chriſtianis ſervare traditiones gentilium, nec ullis obſervationibus feſtis eorum communicare.*

XXV. *Quod non ſit cum paganis convivandum.*

XXVI. *De Chriſtianis, qui cum* Judaeis *veſcuntur, & quod* Judaeis *non liceat habere Chriſtianas uxores, vel concubinas, ſeu mancipium Chriſtianum.*

XXVII. *Quod non congruat Chriſtianis comeſſationibus intereſſe, nec hiſtriones fieri, nec ſaltare in nuptiis, neque in conviviis.*

XXVIII. *Ut ad menſam Epiſcopi Scripturae divinae legantur, & quod ſacris Ordinibus deditos viros non conveniat ebrietatem ſectari.*

XXIX. *De continentia, & caſtitate clericorum.*

XXX. *Quod non debeant Sacerdotes quaslibet in Eccleſiae familiis truncationes facere, nec aliquid, quod morte plectendum ſit, judicare.*

XXXI. *De Clericis, qui in mutuam coedem prorumpunt.*

XXXII. *De avaritia, & cupiditate, & quod non ſit uſura exigenda.*

XXXIII. *De apoſtatis.*

XXXIV. *De profeſſione Monachi.*

XXXV. *De poenitentiae temperamento, & quando reconciliandi ſint* (6) *ipſi poenitentes.*

XXXVI. *De his, qui in poenitentia poſiti vita exceſſerunt.*

XXXVII. *De his, qui in poenitentia violantes ſpernunt, & rurſus praevaricantur.*

XXXVIII. *Quod nulli ſit ultima poenitentia deneganda.*

XXXIX. *Quod oporteat eum, qui pro illicitis veniam poſcit, etiam a multis licitis abſtinere, & quod non oporteat, eum tempore poenitentiae lucra negociationis exercere.*

XL. *Quod ad militiam ſaecularem poſt poenitentiam rediri non debeat.*

Expliciunt Capitula.

Ex-

(4) *Suam* omittit AVG.

(5) *Eos* AVG. omittit.

(6) *Sunt*, AVG.

CAPVT I. (1)

De his, qui poſt ſacram ordinationem capitalia crimina committunt, & eorum poenitentia, ſeu excommunicatione.

IN primis (2) ergo viſum eſt vobis conſcribi de his, qui ſacros Ordines habent & ante vel poſt Ordinationem contaminatos in capitalibus criminibus ſe eſſe profitentur. In quibus, ut mihi videtur, haec diſtantia debet eſſe, ut ii, qui deprehenſi vel capti fuerint publice in periurio, furto, atque fornicatione, & ceteris hujuſmodi criminibus, ſecundum ſacrorum Canonum inſtituta a gradu proprio deponantur, quia ſcandalum eſt populo Domini tales perſonas ſuper ſe poſitas habere, quas ultra modum vitioſas conſtat eſſe. Nempe inde detrahunt homines (3) Sacrificio Domini, ſicut quondam filiis *Heli* peccantibus feciſſe leguntur; & rebelles hinc atque contrarii exiſtentes eorum pravis exemplis quotidie pejores fiunt (4). Qui autem de praedictis vitiis per occultam confeſſionem male a ſe abſconſe commiſſa coram oculis Domini, praeſente etiam Sacerdote, qui eis indicturus eſt poenitentiam, confitentur, & ſemetipſos graviter deliquiſſe accuſant, ſi veraciter poenituerint, & ſe per jejunia & eleemoſynas, vigiliaſque, atque ſacras orationes cum lacrymis purgare certaverint, his etiam, gradu ſervato, ſpes veniae de Miſericordia Domini promittenda eſt, qui omnes homines vult ſalvos fieri, & ad agnitionem veritatis pervenire, neque vult mortem peccatoris, ſed ut convertatur, & vivat. Nam de illis, qui ad honorem Presbyterii ſine examinatione provecti ſunt, in *Nicaeno* Concilio capite nono (5) taliter ſcriptum eſt „ Si qui Presbyteri
„ (6) ſine examinatione ſunt provecti, vel quum diſcuterentur pecca-
„ ta ſua confeſſi ſunt, & homines contra canones commoti manus con-
„ feſſis imponere tentaverint, tales regula non admittit, quia quod irre-

Eee 2 „ pre

(1) Quod heic primum caput eſt, decimum caput conſtituit epiſtolae ad HERIBALDVM, quacum etiam illud contendimus.

(2) Haec verba referunt IVO *Carnot. Lib. 3. tit. 11. cap.* 20. Panor, *&* *p.6. c.*400. decr. & Liber Tarracon. *Lib. 6. c.* 219. & GRATIAN. *diſt.* 50. *c.* 34. *de his*, & Poenitent. Rom. *tit.* 8. *cap.* 1. ex Concilio *Ilerdenſi* non recte. AVG.

(3) *Inde homines detrahunt*. BAL.

(4) Hoc comma ab illis verbis & *rebelles* ad *fiunt*, quod etiam exſtat in epiſt. ad HERIBALD., deeſt in AVG. editione.

(5) VIII. reperit AVG. in ſuo Codice; ſed recte monuit caput hoc nonum eſſe *Graecis*, & in corpore Canonum. *Nono* legitur etiam apud BAL. in epiſt. ad HERIB.

(6) Verba ſunt *Dionyſii* EXIGVI interpretis *Graeci* Canonis noni *Nicaeni*, ut apparet ex Corpore Canonum. Refert BVRCH. *lib.* 2. *c.* 13. & IVO *p.* 6. *c.* 33. decr. & ANSELM. *l.* 8. *c.* 13. Ex alio interprete GRATIAN. *diſt* 81. *c.* 4. *Si qui ſine*, & ex Mart. Bracar *c.* 24. *diſt.* 24. *c. ult.* AVG.

Digitized by Google

„ prehenſibile eſt, catholica defendit Eccleſia ſaltem in *Neocaeſarienſi* „ Coneilio capite nono (7) de hoc ita finitum eſt (8). Presbyter ſi „ praeocenpatus corporali peccato provehatur, & eonfeſſus fuerit de ſe, „ qnod ante Ordinationem deliquerit, oblata (9) nou eonſecret, ma- „ nens in reliquis officiis propter ſtudium bonum. Nam peccata reli- „ qua plerique dixerunt per manus impoſitionem poſſe dimitti. Qnod „ ſi de ſe non fnerit ipſe confeſſns, & argui manifeſte nequiverit (10), „ poteſtatis ſuae judicio relinqnatur.

Item in eodem Concilio *Cap.* X. „ Simili modo etiam Diaconus „ ſi eodem peccato ſubcnbuerit, ab Ordiae miniſterii ſnbtrahatur (11).

De illis quoque (12), qni poſt acceptum gradum peccaverint, in Apoſtolorum Canone *Cap.* XXV. (13) ita legitur: „ Epiſcopus, „ aut Presbyter, aut Diaconus, qui in fornicatione, aut perjurio, ant „ furto eaptus eſt, deponatur; non tamen eommunione privetur. Di- „ cit enim Scriptura: non vindicabit (14) Dominus bis in idipſnm.

Item in eodem (Canone) *Cap.* XXXIX. (15). „ Si quis Epi- „ ſcopus, aut Presbyter, aut Diaconus depoſitus juſte ſuper certis eri- „ minibus, auſus fuerit adtrectare miniſterium dudum (16) ſibi com- „ miſſum, hic ab Eccleſia penitus abſcidatur (17).

Accuſationem autem adverſus ſacri Ordinis viros facile non reci- piendam, ſed prius cauſſam diligentèr examinandam, & poſteà judicium inferendum Apoſtolus docet ſcribens ad TIMOTHEVM: *Accuſationem,* inquit, *adverſus Presbyterum non recipiae, niſi ſub duobus, aut tribus te- ſtibus; peccantes autem* (18) *coram omnibus argue, ut ceteri metum habeant.*

Quales autem ipſi teſtes eſſe debeant, in *Africano* Concilio mani- feſtatur, ubi capitulo xcvi. (19) ita ſcriptum eſt: „ Placuit ut omnes „ ſer-

---

(7) Et heic *octavum* caput ob- trudit editio AVG. qui tamen animad- vertit, caput IX. eſſe *Graecis & in cor- pore Canonum.*

(8) *Definitum eſt* AVG. *de his ita ſcriptum eſt.* BAL.

(9) Codex noſter *oblatam*; ſed quum non modo AVG. editio, ſed etiam DIONYSII, ex quo RHABA- NVS canonem deſcripſit, & vetera exempla, ut *Chiemenſe* AMORTII *obla- ta* habeant, hanc vocem praetulimus, licet ſequioris aevi Scriptores *oblatam* pro hoſtia non illibenter uſurparint.

(10) *Non quiverit* AVG.; *non po- teſt* BAL. Codici noſtro conſentit Codex Canonum *Chiemenſis* nuper indicatus.

(11) *Detrahatur* BAL.

(12) *Om.* BAL.

(13) Capitis indicationem om. AVG. perperam vero apud BAL. *ter- tio Apoſtolorum Canone.*

(14) *Judicabit* unus BAL.

(15) In eodem Concilio *cap.* XX- VIII. AVG. At neque heic Concilio locus, quum de Canonibus Apoſtolo- rum agatur, neque XXVIII. eſt Ca- non, quem mox recitabimus, ſed inter Apoſtolicos XXIX. Rectius BAL. *Item in Canone Apoſtolorum cap. XXIX.*

(16) *Dudum* om. BAL.

(17) *Projiciatur* BAL. *abſcindatur* AVG. & cetera DIONYSII, cujus ver- ſio heic a RHABANO redditur, exem- pla.

(18) Particulam *autem* om. BAL.

(19) In *Africano* Concilio *cap.* XCVI. *manifeſtatur, ubi ita* &c. AVG. Ceterum in Codice Greco-latino Eccle- ſiae *Africanae* Canon hic CXXIX. eſt; proprie autem ad Concilium *Carthagi- nienſe* VII. a. CCCCXIX. pertinet, eſt- que ejus Concilii Canon II.

„ ſervi, vel proprii liberti ad accuſationem non admittantur, vel omnes,
„ quos ad accuſanda publica crimina leges publicae non admittunt;
„ omnes etiam infamiae maculis adſperſi, ideſt hiſtriones, aut turpi-
„ tudinibus ſubjectae perſonae; haeretici etiam, aut pagani, ſeu Judaei.
„ Sed tamen omnibus, quibus accuſatio denegatur in cauſſis propriis,
„ accuſandi licentia deneganda eſt (20).

Item in eodem XCVIII. capitulo (21). „ Teſtes autem ad te-
„ ſtimonium non admittendos, qui nec ad accuſationem admitti prae-
„ cepti ſunt, vel etiam quos ipſe accuſator de ſua domo produxerit.
„ Ad teſtimonium autem intra annos XIV. aetatis ſuae non admittatur.

Item in Capitulo XCVII. „ placuit (22) quotieſcumque clericis
„ ab accuſatoribus multa crimina obiiciuntur, & unum ex ipſis, de quo
„ prius egerit, probare non valuerit, ad cetera jam (23) non ad-
„ mittatur.

De his autem (24), quorum occulta peccata ſunt, nec manifeſte ab aliquo argui poſſunt, ſi ſalubriter compuncti pro peccatis ſuis confeſſionem Epiſcopo, ſive Presbytero occulte faciunt, bonum mihi videtur, ut ſecundum id quod ſibi decretum fuerit, ab Epiſcopo, ſive Presbytero poenitentiam agant, non tepide (25), nec tarde, ſed ferventer, ac ſollicite; ac ſic ſe veniam peccatorum (26) a Domino percepturos, & gradum ſe recuperaturos confidant. Quod etiam beatus GREGORIVS Papa in epiſtola, quam ad SECVNDINVM Servum Dei incluſum ſcripſit (27) ita probat dicens: „ Nam tua Sanctitas in-
„ de (28) a nobis requiſivit, ut tibi reſeriberem de Sacerdotali officio
„ poſt lapſum reſurgendi, dum dicis de hoc Canones diverſas te legiſ-
„ ſe

(20) Ita etiam AVG. qui tamen ſapienter obſervat ſcribendum: *denegatur, in cauſſis propriis accuſandi licentia deneganda* NON *eſt*; additque: *in Corpore Canonum habetur*: *accuſandi licentia non neganda*: & in Concil. *non neganda eſt*. Habet IVO: *non eſt denegan-da*. Haec ille. Cum IVONE convenit *Labbeanae Carthaginienſis* Concilii editioni, immo & RHABANO in epiſtola ad HERIBALDVM.

(21) *Item in eodem Cap.* XCIX. BAL. *Item in eodem Concilio cap.* XCVIII. AVG.

(22) *Placuit*, *et* AVG, quam lectionem adſtruit cum *Africanum* Concilium *Labbeanae* editionis, tum Codex *Gr-lat. Ecclеſ. Afric.* Can. CXXX. Omittitur tamen particula *ut* ab ipſo RHABANO in epiſt. ad HERIBALD. & in Concilio *Africano Chiemenſis* Codicis apud AMORTIVM.

(23) Deeſt *jam* in RHABANI epiſtol. ad HERIBALD. & in editione AVG. Illud tamen exhibet Concilium *Africanum Labb.* edit., a qua *Chiemenſis* Codex non diſſentit, & Concilium *Carthag.* VII. cujus eſt Canon tertius; heic tamen *non admittantur* legitur.

(24) RHABANI verba ſunt, quae invenies in Poenitent. Rom. *tit.* 8. *cap.* 2. ut ex Concilio *Toletano* AVG.

(25) *Trepide* AVG.; ſed id forte ad typographica errata referendum.

(26) Om. *peccatorum* BALVZIVS; in *Colonienſi* tamen Codice, unde epiſtolam ad HERIBALDVM iterum HARTZHEIMIVS dedit, ea vox legitur.

(27) Exſtat *Lib. VII. reg. ep.* 53. (54)

(28) *Hoc* pro *inde* eſt in regiſtro; & apud IVON in decr. *Inde* habet BVRCHARDVS, neutrum PANHORM. & GRATIAN. & vetus Regiſtri liber. AVG. Neutrum habet quoque RHABANVS in epiſt. ad HERIB.

„ ſe, diviſaſque ſententias (29) alias reſurgendi, alias nequaquam poſ-
„ ſe. Nam nos generaliter a *Nicoena* incipientes, hanc eam reliquis
„ quatuor veneramur, quia (30) ipſam ſequentes, ceterae in cunctis ſen-
„ tentiis unanimes concordant. Nos ergo praecedentes nos Patres ſe-
„ quimur, quia auctore Domino a ſacra doctrina illorum non diſcor-
„ damus. A capite itaque incipientes uſque in quartum altaris miniſtrum
„ hanc formam ſervandam cognoſcimus, ut quia minorem major prae-
„ cedit, ſicut honore eſt major, ita ſit in crimine, & quem major ſe-
„ quitur culpa, major ei implicetur vindicta (31), & ſic poſtea poe-
„ nitentia credatur eſſe fructuoſa. Quid enim prodeſt triticum ſemina-
„ re, & fructum illius non colligere? aut domum conſtruere (32),
„ & non illic habitare? Poſt dignam enim (33) ſatisfactionem credi-
„ mus poſſe redire ad honorem, Propheta dicente: *numquid qui cadit*
„ *non adjiciat ut reſurgat? & qui averſus eſt, non revertetur?* Idem &
„ peccatori ait: *In quacumque die converſus ingemueris, tunc ſalvus eris.*
„ Unde & Pſalmiſta ait: *Cor mundum crea in me Deus, & ſpiritum re-*
„ *ctum innova in viſceribus meis; ne projicias me a facie tua, & ſpiritum*
„ *ſanctum tuum ne auferas a me.* Dum enim petit, ne a Domino (24)
„ proteratur pro lapſi (35) culpa, alienam quippe Rex ſimul & Pro-
„ pheta rapuiſſe ſe uxorem tremefactus (36) expavit Propheta indi-
„ cante flagitium ſuum, poenitentiam agens addidit: *Redde mihi laeti-*
„ *tiam ſalutaris tui, & ſpiritu principali confirma me.* Si enim ipſe dignam
„ Deo poenitentiam non feciſſet, nequidquam aliis praedicaret; ait
„ enim: *docebo* (37) *iniquos vias tuas, & impii ad te convertentur.* Dum
„ enim peccata ſua proſpexit Propheta mundata per poenitentiam,
„ non dubitavit praedicando caſtigare (38) aliena, & ſic ſacrificium
„ de ſemetipſo offerendo ſtuduit, quum diceret: *Sacrificium Deo ſpiri-*
„ *tus contribulatus.* Ad haec iſta ſufficerent, ſed omnis ſententia quo
„ plus ſacrae Scripturae teſtimoniis confirmatur, facilius creditur. De hoc
„ enim Propheta dicit: *nolo mortem peccatoris, ſed ut convertatur, & vi-*
vat.

---

(29) *De hoc Canones diverſos legiſ-ſe, & diverſas ſententias inveniſſe*: editus liber regiſtri. *De hoc in Canonibus diverſas te legiſſe, diviſaſque ſententiae*, vetus liber aptius: *de hoc Canones diverſos te legiſſe, diverſaſque ſententias*: BVRC. & IVO (* quibus adde RHABANVM ipſum in epiſt. ad HERIB. edit.) *de hoc Canonum diverſorum te legiſſe diverſas ſententias* AVG.

(30) *Ut quem minorem major praecedit, ſicut honore eſt major, ita ſit in crimine, & quem major ſequitur culpa, major ei implicetur vindicta* AVG. *Ut ſicut minorem major praecedit in honore, ita & in crimine, & quem major* cetera BAL. *Ut qui minor eſt, major ei praecedat, ſed ſicut honore, ita & crimine.* Vetus liber apud AVG. BVRCHARDVS noſtri Codicis lectionem exhibet.

(32) *Inſtruere* BAL.

(33) Haec melius apud BVRCH. & IVON. in decret. & RHABANVM ſunt, quam apud GRATIAN. *diſt.* 50. *cap.* 16. *quia Sanctiores* AVG.

(24) *Ne abjiciatur* BAL. Codex tamen *Colon.* addit *a Deo*. *Ne a Deo projiceretur*. AVG.

(35) *lapſus* BAL.

(36) *Rapuiſſe uxorem ſe expavit* BAL. *rapuiſſe uxorem ſe expavit*. Cod. *Colon.* epiſt. ad HERIBALD.

(37) *Doceam* AVG.

(38) Sic etiam BVRC. & IVO in decr. (adde his RHABAN. in ep. ad HEL.) *curare aliena*, regiſtr. AVG.

„ *vat*. De hoc peccantibus dicitur: *peccator in quacumque die converſus in-*
„ *gemuerit, omnes iniquitates ejus in oblivionem traduntur* (39). Si enim
„ Redemptor noſter, qui peccatores non perdere, ſed juſtificare venit,
„ in oblivione peccantium delicta derelinquit (40), quis hominum con-
„ demnanda reſervet, quum Apoſtolus dicat: *Si Deus juſtificat, quis eſt,*
„ *qui condemnet?* Ad fontem (41) miſericordiae recurrentes Evangelicam
„ proferamus ſententiam: *Gaudebo*, inquit, *ſuper uno peccatore poenitentiam*
„ *agente, quam ſuper nonagintanovem* (42) *juſtis, qui non indigent poeniten-*
„ *tia*: & ovem perditam, nonagintanovem non errantibus relictis hume-
„ ro ad ovile reportavit. Si ovis errans poſt inventionem ad ovile re-
„ portatur, cur iſte poſt poenam ad Eccleſiae miniſterium non revo-
„ cetur? (43) Quid eſt ergo gravius carnale delictum admittere, ſine
„ quo non multi, ſed pauci inveniuntur, aut Dei Filium timendo (44)
„ negare? In quo peccato ipſum Beatum principem Apoſtolorum PE-
„ TRVM, ad cujus nunc corpus indigni ſedemus, lapſum eſſe cogno-
„ ſcimus. Sed poſt negationem poenitentia ſecuta eſt, & poſt poeni-
„ tentiam miſericordia data, quia illum ab Apoſtolatu non dejecit (45),
„ qui ante ſeipſum negare praedixit. Tibi haec fili cariſſime, dicta
„ ſufficiant, ut illum, quem conſpicis delicta fletu delere in conſpe-
„ ctu divinitatis, non dubites miſericordiam conſequi, quia nullum pec-
„ cantem (46) reverſum deſpicit, qui peccatores ſanguine ſuo redime-
„ re venit.„ Hinc etiam & beatus AVGVSTINVS (47) ad PETRVM
diaconum de fide ſcribens ait: „ omni homini in hac vita eſſe poteſt uti-
„ lis poenitentia, quam quocumque tempore homo egerit, quamlibet
„ iniquus, quamlibet annoſus, ſi toto corde renuntiaverit peccatis prae-
„ teritis, & pro eis in conſpectu Dei non ſolum corporis, ſed etiam
„ cordis lacrymas fuderit, & malorum operum maculas bonis operi-
„ bus diluere curaverit, omnium peccatorum indulgentiam mox habe-
„ bit. Hoc enim nobis Dominus prophetico promittit eloquio dicens:
„ *ſi*

(39) *Tradentur* BAL.

(40) *Dereliquit* AVG.; quod non probo.

(41) *Fontem etiam* AVG.

(42) *Nonageſimumnonam* AVG. qui tamen in notis ſcribi jubet *nonagintanovem*, uti etiam eſt apud BAL.

(43) *Cur iſte poſt poenitentiam &c.* BAL. *cur iſto poſt poenam* AVG. qui in notis p. 53. addit: *cur poſt poenitentiam ad Eccleſiae miniſterium lapſus non revocetur?* Regiſtr. edit. *Poſt poenam*; vetus liber. *Cur iſte poſt poenitentiam &c.* BVRCH. *Cur lapſus poſt poenitentiam ad miniſterium non revocetur*, GRATIAN. cetera ut BVRCH. Addit ſolus GRATIAN, *ſicut in Apocal.* (Apoc. 2. *dicitur de Miniſtro Eccleſiae*: memento unde excideris, & age poenitentiam, & prima opera fac. Haec invenies in ISIDORI epiſtola, de qua poſtea.

(44) *Jurejurando* vetus Regiſtri lib. apud AVG.

(45) *Deijcit* erat in Codice, ſed praetulimus lectionem AVG. quam confirmat BAL.

(46) Sic etiam RHAB. apud BAL. BVRCH. IVO. *Quia ille peccatorem reverſum non deſpicit*. Regiſtr. edit. AVG.

(47) Sic etiam RHAB. BAL. & BVRCH. *lib.* 19. *c.* 43. Sed is liber ſcite inquit AVG., creditur non eſſe B. AVGVSTINI, ſed FVLGENTII. Haec autem verba ſunt *cap.* 3. Refert etiam IVO *p.* 15. *c.* 57. decr.

„ *ſi converſus fueris, & ingemueris* (48), *ſalvus eris*. Et alio loco dici-
„ tur: *Fili peccaſti; ne adiicias iterum, ſed & de praeteritis deprecare, ut*
„ *tibi dimittantur*. Numquam peccanti eſſet indicta pro peccatis depre-
„ catio, ſi deprecanti (49) non eſſet remiſſio concedenda. Sed etiam
„ poenitentia peccatori tunc prodeſt, ſi eam in Eccleſia Catholica ge-
„ rat, cui Dominus in perſona Beati PETRI ligandi, ſolvendique tri-
„ buit poteſtatem dicens: *quae adligaveris ſuper terram, erunt ligata &*
„ *in coelis, & quae ſolveris ſuper terram, erunt ſoluta & in coelis*. In qua-
„ cumque igitur homo aetate veram peccatorum ſuorum poenitentiam
„ egerit, & vitam ſuam Deo inluminante correxerit, non privabitur
„ indulgentiae munere, quia Deus per Prophetam dicit (50): *non vult*
„ *mortem morientis, quantum ut* (51) *revertatur a via ſua mala, & vi-*
„ *vat anima ejus*. Verumtamen nullus hominum debet ſub ſpe miſeri-
„ cordiae Dei in ſuis diutius remanere peccatis, cum etiam in ipſo
„ corpore nemo velit ſub ſpe futurae ſalutis diutius aegrotare. Tales
„ enim, qui ab iniquitatibus ſuis recedere negligunt, & ſibi de Deo in-
„ dulgentiam repromittunt, nonnumquam ita praeveniuntur repenti-
„ no Dei furore, ut nec converſionis tempus, nec beneficium remiſſio-
„ nis inveniant. Ideo unumquemque noſtrum (52) Sancta Scriptura
„ benigne praemonet dicens: *nec tardaveris converti ad Dominum, &*
„ *ne differas de die in diem: ſubito enim veniet ira ejus, & in tempore*
„ *vindictae diſperdet te*. Dicit etiam beatus David: *hodie ſi vocem ejus*
„ *audieritis, nolite obdurare corda veſtra*. Cui Beatus quoque (53) PAVL-
„ LVS concordat his verbis: *Videte fratres, ne forte ſit in aliquo veſtrum*
„ *cor malum incredulitatis* (54) *diſcedendi a Deo vivo, ſed & hortamini*
„ *voſmetipſos ſuper ſingulos dies, donec hodie cognominatur, ut non obdure-*
„ *tur quis ex vobis fallacia peccati*. Obdurato corde igitur (55) vivit
„ ſive qui non convertitur deſperans de indulgentia peccatorum, ſive
„ qui ſic miſericordiam Dei ſperat; ut uſque in finem vitae praeſen-
„ tis in ſuorum criminum perverſitate remaneat. Proinde diligentes
„ miſericordiam Dei, metuenteſque juſtitiam nec de remiſſione pecca-
„ torum deſperemus, nec remaneamus in peccatis, ſcientes, quia illa
„ omnium hominum debita ſit exactura aequitas juſtiſſimi judicis, quae
„ non dimiſerit miſericordia clementiſſimi Redemptoris. Sicut enim
„ miſericordia ſuſcipit, abſolvitque converſos, ita juſtitia repellet & pu-
„ niet obduratos. Hi ſunt, qui peccantes in Spiritum Sanctum, ne-
„ que

(48) *fuerit, & ingemuerit, ſalvus erit* BAL. *Si converſus ingemueris* AVG, ſed noſtri Codicis lectionem confirmant BVRCH. & IVO, quin ipſe FVLGENT.

(49) *Peccanti*, unus AVG.

(50) *Sic dicit* AVG. *Sicut per Prophetam dicit* BAL.

(51) *Tantum ut* AVG. & BAL. *Magis ut* BVRCH. & IVO ſed Cod. *Colon*. ep. ad HELIB. & FVLG. noſtro Codici conſentit.

(52) *Veſtrum* AVG.

(53) *Cui quoque beatus* AVG. & BAL.

(54) FVLG. BVRCH. IVO, RHAB. apud BAL. *incredulitas* AVG. qui paullo poſt habet *adhortemini*.

(55) *Igitur corde* AVG & BAL. *Vivit corde* AVG. & BAL. *Vivit corde* BVRCH. *obdurato ergo vivit corde*, IVO. *obduratus igitur vivit*, FVLG. editus

„ que in hoc ſaeculo, neque in futuro remiſſionem accipient peccatorum. „ Nam & (56) de hoc ISIDORVS *Hiſpalenſis* Epiſcopus ad *inquiſitionem* Maſſionis (57) *Epiſcopi* ita reſcripſit dicens: „ Verum „ quod ſequenter (58) in epiſtolis venerabilis fraternitas tua innotuit, „ nulla eſt in hujuſmodi ſententiis decretorum diverſitas intelligenda, „ quod alibi legitur (59) in lapſu corporali ad reſtaurandum honoris „ gradum poſt poenitentiam, alibi poſt hujuſmodi delictum nequaquam „ reparandum antiqui ordinis meritum. Haec enim diverſitas hoc mo„ do diſtinguitur. Illos enim ad priſtinos officii gradus redire canon „ praecepit, quos poenitentiae praeceſſit ſatisfactio, vel digna pecca„ torum confeſſio. At contra hi, qui neque a vitio corruptionis emen„ dantur, atque hoc ipſum carnale delictum, quod admittunt, etiam „ vindicare quadam ſuperſtitioſa temeritate nituntur, nec gradum „ utique honoris, nec gratiam communionis recipiunt (60) Ergo „ ita eſt utraque dirimenda ſententia, ut neceſſe ſit illlos reſtau„ rari in loco honoris, qui per poenitentiam reconciliationem merue„ runt divinae pietatis. Hi nec inmerito conſequuntur adeptae digni„ tatis ſtatum, qui per emendationem poenitentiae recepiſſe noſcuntur „ vitae remedium. Id enim, ne forte magis ambiguum ſit, divinae au„ ctoritatis ſententia confirmetur. EZECHIEL enim Propheta ſub ty„ po praevaricatricis Hieruſalem oſtendit, poſt poenitentiae ſatisfactio„ nem priſtinum reſtaurari poſſe honorem. *Confundere*, inquit, *o Ju„ da, & porta ignominiam tuam*; & poſt paullulum: *& tu*, inquit, *& „ filiae tuae revertimini ab iniquitate veſtra* (61). Quod dixit (62)

(56) *Nam de hoc* AVG. adſtipulantibus BVRCH. & IVONE.

(57) *Manſonis* Cod. *Col.* ep. ad HERIB. *Maſſionis*, ut in Codice noſtro, AVG. qui in notis p. 55. haec ſubdit. *Maſſionis Epiſc.* BVRCH. & IVO. *Maſſanum* appellat GRATIAN. *diſt.* 50. *c.* 28. *Domino*, Maſonem 33. *q.* 2. *c.* 11. *hoc ipſum*: quod placet. *Maſſonem* BVRCH. *l.* 19. *c.* 73. *Maſſanum* IVO *lib.* 3. *tit.* 11. *c.* 17. PANHORM. *Maſſionem* idem *p.* 6. *c.* 397. *decr.* *Maſonem p.* 15. *c.* 86. & liber Tarrac. *l.* 2. *c.* 84. *Maſonum* ANSELMVS *lib.* 8. *c.* 37. & Caeſaraug. *lib.* 8. *c.* 69. Extat haec epiſtola ISIDORI ante librum *ſententiarum*, ſive *de ſummo bono*, in qua eſt editum *ad beatum Maſſenum*, ſed in veteri eſt: *Maſoni Epiſcopo*.

(58) *Conſequenter* eſt in veteri libro, & in libro Tarrac. apud AVG.

(59) Sic etiam ISID. & BVRCH. dicto *cap.* 43. *&* 73. & IVO *d. cap.* 397. *&* 57. *&* 86. (adde RHABANVM apud BAL.) At in veteri libro, & apud ANSELM. & in libro Tarracon. eſt: *quod alibi* legitur, ideſt *in Canone* Anquiritano *capitulo* XIX. *poſt lapſum corporalem*, & in PANHORM. IVONIS, *videlicet quod in Canone* Anquiritano *cap.* XIX. *legitur poſt lapſum corporalem*. Sic etiam apud GRATIAN. Vide Ancyran. *cap.* 20. Graece, latinis quibuſdam c. 19. & Martin. Bracar. *c.* 77. RHAB. c. 3. hujus libri. AVG.

(60) *Accipiunt* BAL.

(61) Sic etiam BAL. & AVG. qui pro eadem lectione in notis BVRCHARDVM laudat; ſed addit: *revertimini ad iniquitatem veſtram*. vetus liber; *revertimini ad antiquitatem veſtram* ISID. in d. epiſt. & IVO in Panh. & d. c. 57. & ANSELM. & liber Tarrac. *Tuam* pro *veſtram* GRATIAN. cetera ut ISIDOR.

(62) *Quando dixit* AVG.

„ *confundere*, oſtendit poſt confuſionis, ideſt peccati opus (63) debere
„ quemquam (64) erubeſcere, & pro admiſſis ſceleribus verecundam
„ frontem humi proſtratam demergere, pro eo quod dignum confu-
„ ſionis perpetraverat (65) opus. Deinde praecepit, ut portet ignomi-
„ niam depoſitionis ſuae, lugens cum humilitate, quod peccaverit (66).
„ Sic quoque revocari (67) ſecundum Prophetam ad priorem ſtatum
„ poterit. Item IOHANNES Evangeliſta Angelo *Epheſi* Eccleſiae inter
„ cetera ſimile quiddam ſcripſit (68): *memor eſto*, inquit, *unde ceci-*
„ *deris, & age poenitentiam, & prima opera fac: alioquin veniam tibi,*
„ *& movebo candelabrum tuum de loco ejus*. In Angelo Eccleſiae praepo-
„ ſitum utique, ideſt Sacerdotem oſtendit, juxta MALACHIAM, qui
„ dicit: *Labia Sacerdotis cuſtodiunt ſapientiam, & legem exquirunt* (69)
„ *de ore, quia angelus Domini eſt*. Praepoſitus ergo lapſus in vitium per
„ Evangeliſtam monetur, ut memor ſit, unde ceciderit, & poeniten-
„ tiam agat, & prima faciat opera, ut non moveatur candelabrum
„ ejus. Nam candelabrum Angeli doctrina eſt Sacerdotalis, vel honor
„ poteſtatis, quem geſtat, intelligitur, juxta quod ſcriptum eſt apud
„ SAMVELEM in damnatione (70) HELI: *oculi ejus caligaverant,*
„ *nec poterant videre lucernam Dei, antequam extingueretur*. Lucerna quippe
„ Dei fuerat, quando dignitate Sacerdotali pollens juſtitiae claritate ful-
„ ge-

---

(63) Ita etiam BVRCH. & IVO *d. c.* 57. *poſt confuſionis & deprecationis opus* RHAB. BAL. Inepte Cod. AVG. *poſt confeſſiones id eſſe peccati opus*. *Poſt confuſionem*, ideſt peccara vetus liber apud AVG. alius *poſt confeſſionem*, *ideſt peccati opus*. Editus ISIDORVS: *poſt confuſionis confuſionem, ideſt poſt peccati opus*.

(64) *Debere quemquam* malebat non immerito AVG., ut in quibuſdam libris eſt.

(65) *Perpetraverit* BAL. *perpetravit* alii libri.

(66) *Peccaverat* AVG.

(67) In veteri eſt: *deinde praecipit, ut poſt ignominiam, ideſt dejectionem nominis, ſive dignitatis revertatur ad antiquitatem. Ergo dum quiſque poſt opus confuſionis ſuae confunditur, atque ignominiam portat, & depoſitionem ſuam luget cum humilitate, revocari &c.* In epiſtola edita: *deinde praecepit, ut portet ignominiam, ideſt dehonorationem nominis ſuae dignitatis. Ergo dum quiſque poſt opera confuſionis ſuae confunditur, atque ignominiam depoſitionis ſuae lugens, cum humilitate portaverit, revocari &c.* Pro *ſuae dignitatis* eſt in veteri *ſive dignitatis*, cetera ut in edita. *Siuque revocari &c.* BVRCH.; cetera ut RHABAN. Sic etiam IVO *d. c.* 57. *Deinde praecipit, ut poſt ignominiam & dejectionem ſui nominis, ſive dignitatis, revertatur ad ſuam antiquitatem. Ergo dum quiſque poſt opus confuſionis ſuae confunditur, atque ignominiam portans, depoſitionem ſuam cum humilitate luget, revocari &c.* IVO in PANNORM. *Deinde praecepit ut poſt &c.* ANSELM. cetera ut in primo veteri. *Quiſquam* pro *quiſque* Tarracon cetera ut in eodem veteri. *Opus confeſſionis* GRATIAN. pro *opus confuſionis*; cetera, ut PANHORM. AVG.

(68) *Scribit* BAL.

(69) *Sapientiam .... & legem exquiram* BAL. Audi jam varias lectiones ab AVG. notatas *p.* 58. *Ex* pro *de*, vetus liber, in quo additur vox *exercituum* ante verbum *eſt*. *Requirunt ex ore* habet ISID. in edita epiſt. *Cuſtodiunt Sapientiam, & legem exquirunt ex ore*; vetus epiſt. *Exquirent ex ore*, habet BVRCH. *Et exercituum eſt: requirunt ex ore*, IVO p. 15. cap. 94. decr. *Et exercituum eſt*, in libro Tarracon; ut in primo veteri.

(70) *Damnationem* AVG.

Digitized by Google

,, gebat: quam exſtinctam Propheta aſſerit, dum ob ſcelera filiorum
,, Sacerdotii poteſtatem, meritorumque lumen amiſit. Candelabrum er-
,, go, ſive lucerna Sacerdotis, qua intelliguntur chariſmata honoris,
,, tunc penitus juxta IOHANNEM exſtinguitur, vel movetur, quan-
,, do poſt delicti caſum neglecta poenitentia admiſſa ſcelera non deflen-
,, tur. Non enim dixit, *pro eo quod cecidiſti, commovebo candelabrum tuum*.
,, Ergo quemquam praepoſitum peccantem, ſi praevenerit poenitentia
,, delicti, utique ſequitur & meriti (71). Et in proverbiis ſcriptum eſt:
,, *qui abſcondit ſcelera ſua, non dirigetur; qui confeſſus fuerit, & reliquerit ea,*
,, *miſericordiam conſequetur*. Nam & ipſum, quod canonum cenſura poſt
,, VII. annos remeare poenitentem in ſtatum priſtinum praecepit, non
,, hoc electione proprii arbitrii Sancti Patres, ſed potius ex ſententia
,, divini judicii ſanxerunt. Nam legitur, quod MARIA Soror AA-
,, RON propheteſſa, dum ob detractiones (72) adverſus MOYSEN
,, incurriſſet delictum, illico ſtigmate leprae perfuſa eſt. Quumque pe-
,, teret MOYSES, ut emundaretur, praecepit eam Dominus extra ca-
,, ſtra ſeptem diebus egredi, & poſt emundationem rurſus eam in ca-
,, ſtra admitti. MARIA ergo Soror AARON caro intelligitur Sacer-
,, dotis, quae dum ſuperbiae dedita ſordidiſſimis corruptionum conta-
,, giis maculatur (73), extra caſtra VII. diebus, hoc eſt extra col-
,, legium ſanctae Eccleſiae VII. annis projicitur; ubi poſt emundatio-
,, nem vitiorum loci, ſive priſtinae dignitatis recipiet meritum. Ecce
,, in quantum valuimus, Concilii antiquam plane, & plenam auctorita-
,, te ſententiam (74) ſacris teſtimoniis explanavi, oſtendens, eum poſ-

(71) *Sequitur & meriti* BAL. *poenitentia, delicti utique ſequitur & venia* AVG.. At, ut idem AVG. adnotat, *ſi praevenerit poenitentia delicti, utique ſequitur & reparatio meritorum*, habet vetus liber. *Si praevenit poenitentia delicti, utique ſequitur reparatio meriti*, ISID. in epiſt. edita. *Praevenirit*, vetus alius liber, & *ſequeretur*. *Meriti* pro *meritorum* ANSELM. cetera ut prior vetus. Sic etiam liber *Tarracon.*

(72) *Obdurationis*, RHABAN. BAL. *obtrectationibus* vetus liber, & Tarrac. apud AVG. *obtrectationis* ISIDOR. in epiſt. edita BVRCH. IVO *p.* 15. *cap.* 95. decreti, & ANSELM, *detractionis*, IVO *par.* 6. *c.* 398. decr. & GRATIANVS. In Codice noſtro quum ſcriptum eſſet *ob detrectiones*, correctum antiquitus fuit *e* in *i* communicato.

(73) Ita etiam RHABAN. BAL. Verum *ſordidiſſimis cogitationum contagiis maculatur*, habet AVG. ut IVO *d. c.* 398. & GRATIAN. qui etiam pro *contagiis maculatur*, legit *maculatur erroribus* BVRCH. & IVO *p.* 15. *c.* 95. decr. *illecebris* idem IVO d. *c.* 398. ubi tamen in margine adſcriptum: *contagiis*.

(74) *Valui, Concilii* Anquiritani *antiquam &c.* vetus liber. IVO in PANH. ANSELM. & Tarrac. apud AVG. *valui conſilio, antiquum*, ISID. in ep. ed. *valui, Concilii* Anquiritani *plene auctoritatem*, vetus; *Ancyritani*, GRATIAN. *& plenam auctoritatem*, cetera ut prior vetus. *Valui Concilii* Ancyrani *antiquam plane, & plenam auctoritate ſententiam*. RHAB BAL. Verba *Ancyrani* Concilii, quae ſuſpicor, ISIDORVM vidiſſe, ſunt haec Can. XIX. *Siquis adulterium commiſerit, ſeptem annis in poenitentia completis perfectioni* (ſacrae ſcilicet communioni) *reddatur ſecundum priſtinos gradus*. Vide cap. 3. RHABANI.

„ ſe reſtaurari proprio honore (75), qui per poenitentiae ſatisfactionem novit propria delicta deflere; eum vero non poſſe reſtaurari, „ qui nec luget quae egit, & lugenda ſine ullo pudore religionis, vel „ timore judicii divini committit (76). In fine autem (77) epiſtolae hoc adjiciendum putavi, ut quotieſcumque in geſtis Conciliorum „ diſcors ſententia invenitur, illius magis teneatur ſententia, cujus antiquior, aut potior (78) exſtitit auctoritas.

In Concilio igitur (79) *Hilerdenſi* cap. V. de his, qui altario ſerviunt, ſi ſubito carnis fragilitate corruerint, ita ſcriptum eſt (80). „

„ In

---

(75) *In proprio ordine*, vetus lib. IVO in Panh. ANSELM. & Tarrac. lib. *in proprio gradu*, GRATIAN. *proprio honori poſſe* ISID. in epiſt. edita. AVG.

(76) *Qui vero non luget, quae geſſit, ſed lugenda &c. divini judicii committit, cum nullo modo poſſe ad priſtinum gradum reſtaurari*. Vetus liber, ANSELM. & Tarrac. *geſſit* pro *egit* ISID. in ep. edita; cetera ut RHABAN. *Qui vero negligit, nec luget, quae geſſit, nec lugenda &c. committit, cum nullo modo poſſe ad priſtinum gradum reſtaurare cognoſcas*, IVO in PANH. *Et lugenda &c. divini judicii committit &c. reſtaurari cognoſcas*. GRATIAN. cetera ut IVO AVG.

(77) Haec ad ea verba *exſtitit auctoritas* omittit RHABANVS in epiſt. ad HERIBALD. Sequitur autem. „ „ Huc uſque ISIDORVS. AVGVSTINVS ad BONIFACIVM: Ut, inquit, „ in Eccleſia ſanciretur, ne quiſquam „ poſt alicujus criminis poenitentiam „ clericatum accipiat, vel ad clericatum „ redeat, vel in clericatu maneat, non „ deſperatione indulgentiae, ſed rigore factum diſciplinae. Alioquin contra claves Eccleſiae datas diſputaretur, de quibus dictum eſt: *Quae ſolveritis ſuper terram, erunt ſoluta & in coelo*. Sed ne forſitan de criminibus ſpe honoris eccleſiaſtici intumeſcens animus ſuperbe ageret „ poenitentiam, ſeveriſſime placuit, „ ut poſt actam de crimine damnabili „ poenitentiam nemo ſit Clericus, ut „ deſperatione temporalis altitudinis, „ medicina verior, & major eſſet humilitatis. Nam & DAVID de criminibus mortiferis egit poenitentiam, & tamen in honore ſuo permanſit. Sed non ideo ſupervacua putanda eſt poſterior diligentia, qui, „ ubi ſaluti nihil detrahebatur, humilitati aliquid addiderunt, quo ſalus tutius muniretur, experti, credo, „ aliquorum fictas poenitentias per affectatas honorum potentias. Cogunt „ enim invenire multas medicinas multorum experimenta morborum. „

(78) *Et potior exſtitit* AVG., qui ad hoc comma iſta adnotat p. 60. *Illa quippe teneatur opinio, cujus antiquior, aut potior exſtat auctoritas*: vetus liber. *Illius Concilii magis teneatur ſententia, cujus aut antiquior, aut potior exſtat auctoritas. Data pridie Kal. Mart. anno tertio* Wiſerici *Regis*: ISIDOR. in ep. edita. *Cujus antiquior, aut potior exiſtat auctoritas*. IVO PANH.; cetera ut ISID. exceptis *data &c Exſtat* pro *exſtitit* IVO *p.* 6. *c.* 398. cetera ut RHABAN. *Illius Concilii teneatur ſententia, cujus antiquior, aut potior exſtat auctoritas*. ANSELM. *Majus teneatur* Tarrac. cetera, ut ANSELM. *Illius Concilii ſententia magis teneatur &c. potior &c.* GRATIAN.; cetera ut ANSELM.

(79) RHABANI verba ſunt, inquit AVG. p. 60. Vox *igitur* ſupervacanea eſt. Eam enimvero omittit RHABAN. BAL.

(80) Titulus hic apud AVG. immo & apud RHABANVM BAL. ipſi Concilii Canoni immiſcetur. Hinc AVG. *hi, qui* ſcribendum juſſerat. Huic porro emendationi ſi Codicis lectio praeferatur, locus non eſt.

„ Hi vero, qui altario Dei (81) deſerviunt, ſi ſubito flenda carnis fra-
„ gilitate corruerint, & Domino reſpiciente digne poenituerint, ita ut
„ mortificato corpore cordis contriti ſacrificium Deo offerant, maneat
„ in poteſtate Pontificis vel veraciter afflictos non diu ſuſpendere, vel
„ diſſidioſos prolixiori tempore ab Eccleſiae corpore ſegregare; ita ta-
„ men ut ſic officiorum ſuorum loca recipiant, ne poſſint ad altiora
„ officia ulterius promoveri. Quod ſi iterato velut canes ad vomitum
„ reverſi fuerint (82), non ſolum dignitate officii careant, ſed etiam
„ ſanctam Communionem, niſi in exitu, non percipiant (83).

Item in Concilio *Carthaginenſi cap.* XXVII. ſcriptum eſt, quod Presbyteri, & diaconi in graviore culpa convicti manus impoſitionem tanquam laici nequaquam ſuſcipiant. „ Confirmatum eſt, ut ſi quan-
„ do Presbyteri, vel Diaconi in aliqua graviore culpa convicti fuerint,
„ qua eos a miniſterio neceſſe ſit removeri, non eis manus tanquam poe-
„ nitentibus, vel tanquam fidelibus laicis (84) imponatur, neque per-
„ mittendum, ut rebaptizati ad clericatus gradum promoveantur (85).

CAPVT II. (1)

De inceſtis conjunctionibus.

DE inceſtis autem (2) in Concilio *Agathenſi cap.* XXI. (3) ita ſcriptum eſt. Inceſtis conjugiis (4) nihil prorſus veniae reſervamus, niſi cum adulterium ſeparatione ſanaverint. Inceſtos vero (5) nullo modo conjugii nomine deputandos, quos etiam deſignare funeſtum eſt; hos enim eſſe cenſemus: Si quis relictam fratris, quae pene

(81) Idem AVG. quum titulum a Canone ejus liber non ſecerneret, ex Conciliis poſt vocem *altario* addendum *Dei* monuerat.

(82) *Et veluti ſues in volutabris luti jacuerint*, additur in Conciliis. *Immerſi* pro *luti* habent BVRCH. & IVO. Vide *Prov.* 26. & 2. *Pet.* 2. AVG.

(83) *Vt ſi officiorum ſuorum loca retineant, non poſſint ad altiora &c. nonniſi in exitu percipiant*. RHABAN. BAL.

(84) *Imponatur, vel tanquam fidelibus laicis* RHAB. BAL. *Tamquam poenitentibus laicis* AVG. Ceterum noſtri Codicis lectionem confirmant Codex Eccleſiae *Africanae*, BVRCHARDVS, & alii.

(85) Hic Canon ſecundus eſt Concilii *Carthagin.* V.

(1) Caput hoc in epiſtola ad HERIBALDVM XX. eſt.

(2) *Om.* AVG.

(3) In codice ſcriptum erat XLI manifeſto amanuenſis errato.

(4) *Coniunctionibus* habent edita *Agathenſis*, Concilii exempla apud LABBEVM *T. IV. Pariſ. edit. col.* 1293.; ſicque etiam praeter BVRC. IVONEM, ANSELMVM, & GRATIANVM legerunt Patres Concilii *Epaonenſis* c. 30. *Turonenſis* II. Cap. 22. *Arelatenſis* ſub CAROLO C. XI. Noſtram tamen lectionem ab ipſo RHABANO profectam fuiſſe non ſolum AVG. Codex. ſed RHABANVS in ep. ad HERIBALD. ſuadet.

(5) Videndus GREGORIVS *Lib.* XII. *Reg. ep.* 31. AVG.

pene prius ſoror exſtiterat, carnali conjunctione violaverit (6): Si quis novercam duxerit: ſiquis conſobrinae ſuae (7) ſe ſociaverit. Quod ita praeſenti tempore prohibemus, ut ita quae ſunt ante nos conſtituta, non diſſolvamus (8). Si quis relictae vel filiae avunculi miſceatur, aut patris filiae, vel privignae ſuae concubitu polluatur, habebunt ineundi melioris conjugii libertatem.

„ Item de eiſdem concilio *Aurelianenſi* (9) *cap.* XIV. ſcriptum „ eſt: „ Ne frater ſuper thorum defuncti fratris aſcendat, ne quiſquam (10) amiſſa uxore ſorori audeat ſociari; quod ſi fecerit, ab Eccleſiaſtica diſtrictione feriatur.

„ Item de eiſdem in Conciiio *Hilerdenſi cap.* IV. ita dictum eſt; „ Qui ſe inceſti pollutione commaculant, placuit quouſque in ipſo deteſtando & inlicito carnis contubernio perſeverant, uſque ad Miſſam tantum Catechumenorum in Eccleſia permittantur; cum quibus etiam nec cibum ſumere ulli Chriſtianorum, ſicut Apoſtolus juſſit, oportet.

„ Item de his in *Ancyrano* Concilio *cap.* XXIV. (11) ita ſcriptum eſt.„ Quidam habens ſponſam (12) ſororem ejus violavit, & gravidam reddidit; poſtmodum deſponſatam ſibi uxorem. Illa vero, quae corrupta eſt, laqueo ſe peremit. Hi, qui fuerunt conſcii, poſt decennem ſatisfactionem juſſi ſunt ſuſcipi ſecundum gradus (13) poenitentiae conſtitutos.

„ Item in *Neocaeſarienſi* Concilio *cap.* II. De his, quae duobus fra„ tribus nupſerint, vel qui duas ſorores uxores acceperint, ita dictum „ eſt (14). „ Mulier ſi duobus fratribus nupſerit, abijciatur uſque ad mor-

(6) *Polluerit*, *Labbeana* editio. Pro noſtra lectione ſtant AVG. BAL. & Concilia *Epaonenſe*, *Turonenſe*, & *Arelatenſe*.

(7) Sunt om. LABB. *conſobrinae ſe ſuae* BAL. *conſobrinae*, *ſobrinaeque* Turon. Concil.

(8) Sic etiam in *Epaon.* & *Turon.* Concil. legitur. Aliter *Agathenſe* apud LABB. ubi poſt ea verba: *ſiquis conſobrinae ſuae ſe ſociaverit* continenter ſubditur: „ Siquis relictae vel filiae „ avunculi miſceatur, aut patrui fi„ liae, vel privignae ſuae: aut qui „ ex propria conſanguinitate aliquam, „ aut quam conſanguineus habuit, „ concubitu polluerit, aut duxerit „ uxorem. Quos omnes & olim, at„ que ſub hac conſtitutione inceſtos „ eſſe non dubitamus, & inter cate„ chumenos uſque ad legitimam ſa„ tisfactionem manere, & orare praecipimus. Quod ita praeſenti tem„ pore prohibemus, ut ea quae ſunt „ hactenus inſtituta, non diſſolvamus. „ Sane quibus &c. „

(9) *In Concilii* Aurelianenſis *cap.* BAL.

(10) *Nec ſe quiſquam &c. audeat ſociare*. Ita ipſum Concilium.

(11) XXV. *Graecis*.

(12) *Sponſam habens*, AVG. BAL. & *Chiemenſis* AMORTII Codex.

(13) *Juſſi ſunt ſuſcipere gradus* AVG. *Omnes, qui ejuſmodi fuerunt conſcii, decem annos in poenitentiam redigantur ſecundum canones conſtitutos*. RHAB. BAL. ubi haec adduntur.

„ In decretis SIRICII Papae C. IV. „ Omnimodis prohibemus, ne quis „ ſponſam alterius ducat uxorem: „ quia illa benedictio, quam nuptu„ rae Sacerdos imponit, apud fideles „ cujuſdam ſacrilegii inſtar eſt, ſi ul„ la tranſgreſſione violetur.

„ Deſponſatas puellas, & poſt ab „ aliis raptas, placuit erui, & eis „ reddi, quibus ante fuerant deſpon„ ſatae, etiamſi eis a raptoribus vis „ illa conſtiterit. „

(14) Paullo aliter AVG. *Item in* Neocaeſarienſi *Concilii Cap.* II. *ita dictum eſt, de his &c.* RHABANVS vero BAL. *de his &c. acceperint in* Neocaeſarienſis *Concilii Cap.* II. *ita dictum eſt*.

mortem. Verumtamen in exitu propter miſericordiam, ſi promiſerit, quod facta incolumis hujus conjunctionis vincula diſſolvat, fructum poenitentiae conſequatur (15). Quod ſi defecerit mulier, aut vir in talibus nuptiis, difficilis (16) erit poenitentia in vita permanenti (17).

„ Item de muliere, quae duos fratres ſumit conjugio, vel vir, „ qui duas Sorores habuerit in Concilio MARTINI Epiſcopi *cap.* „ LXXIX. (18) ita ſcriptum eſt. „ Siqua mulier duos fratres, aut ſiquis vir duas ſorores duxerit, a communione abſtineantur (19) uſque ad mortem. In morte eis communio pro miſericordia detur (20). Si vero ſupervixerint communione accepta, & de infirmitate convaluerint, agant plenam poenitentiam tempore conſtituto.

„ Item in Canone Apoſtolorum *cap.* XIX. ita (21) ſcriptum eſt: „ Qui duas in conjugium ſorores acceperit, vel filiam fratris, clericus eſſe non poterit.

CAPVT III. (1)

De his, qui adulterium committunt.

ADulterium autem non ſolum lex damnat, ſed etiam Evangelica auctoritas omnino fieri vetat. Vnde & Sancti Patres coeleſti magiſterio imbuti de hoc quid ſervandum ſit, ſanciverunt (2). Nam in *Ancyrano* Concilio *cap.* XVIII. ita ſcriptum eſt. „ Si cujus uxor adulterata fuerit, vel ſi ipſe adulterium commiſerit, ſeptem annorum poenitentiam agentem, oportet eum perfectionem conſequi ſecundum priſtinos gradus (3).

Item

(17) *Et communio ei concedatur*, addit IVO; quod tamen ignorarunt DIONYSIVS, cujus verſionem heic reddit RHABANVS, & ISIDORVS *Mercator*.

(16) Nempe *auſtera*.

(17) Addunt RHAB. BAL. & AVG. Eliberitani *Concilii Canonem*. Reddo illum ex edit. BAL. adſcriptis intra parentheſim variis AVG. lectionibus.

„ Ita (*Item*) de his, qui duabus ſororibus copulantur in *Elibertino* „ (*Eliberitano*) Concilio cap. LXI. „ ita ſcriptum eſt. Si quis poſt obitum uxoris ſuae ſororem ejus duxerit uxorem (AVG. *omittit* uxorem), & ipſa fuerit fidelis, quinquennium a communione placuit abſtinere, niſi forte velocius dari pacem neceſſitas coegerit infirmitatis.

(18) LXXVIII. AVG. *Item de muliere, quae duos fratres ſumit in conjugio, in Canonibus* MARTINI *Epiſcopi ſic ſcriptum eſt*. BAL. Exſtat autem hic Canon in Collectione MARTINI Epiſcopi *Braccarenſis* ex Synodis *Orientis Cap.* 80.

(19) *Abſtineant* AVG., *abiiciantur* BAL.

(20) *Viaticum accipiant* BVRCH. & IVO.

(21) *Om.* AVG.

(1) XXI. in epiſtola ad HERIBALDVM.

(2) *Santiaverunt*, eſt in Cod. noſtro; ſed ex AVG. emendavi. *Sanxerunt* habet BAL.

(3) ISIDORVS in ep. ad MASONEM (V. de dicta cap. I.) de cle-

ricis

Digitized by Google

Item in *Africano* Concilio *cap.* LXIX. (4) de his qui uxores, aut quae viros dimittunt, ut ſic maneant, ſcriptum eſt. „ Placuit, ut ſecundum evangelicam, & apoſtolicam diſciplinam neque dimiſſus ab uxore, neque dimiſſa a marito alteri conjungatur; ſed ita (5) maneant, aut ſibimet reconcilientur. Quod ſi contempſerint, ad poenitentiam redigantur, in qua cauſſa legem Imperialem petendum promulgari.

Item in decretis INNOCENTII Papae *cap.* XXIV. (6) ſcriptum eſt, quod viri cum adulteris non conveniant. „ Et illud deſideratum eſt ſciri, cur communicantes viri cum adulteris uxoribus non conveniant, cum contra uxores in conſortio adulterorum virorum manere videantur. Super hoc Chriſtiana Religio adulterium in utroque ſexu pari ratione condemnat. Sed viros ſuos mulieres non facile de adulterio accuſant, & non habent latentia peccata vindictam. Viri autem liberius uxores adulteras apud Sacerdotes deferre conſueverunt, & ideo mulieribus, prodito earum crimine, communio denegatur. Virorum autem latente commiſſo non facile quiſquam ex ſuſpicionibus abſtinetur. Qui utique ſubmovebitur, ſi ejus flagitium detegatur. Cum ergo par cauſſa ſit, interdum probatione ceſſante, vindictae ratio conquieſcit.

Item in ejuſdem Papae (7) decretis *Cap.* XXVI. (8) ſcriptum eſt, quod hi, qui intercedente repudio divortium pertulerunt, ſi ſe aliis nuptiis adjunxerint, adulteri eſſe monſtrentur. „ De his etiam requiſivit dilectio tua, qui interveniente repudio alii ſe matrimonio copularunt, quos in utraque parte adulteros eſſe manifeſtum eſt. Qui vero vel uxore vivente, quamvis diſſociatum videatur eſſe conjugium, ad aliam copulam feſtinarunt, neque poſſunt adulteri non videri, in tantum etiam ut hae perſonae, quibus tales conjuncti ſunt, etiam ipſae

---

ricis lapſis, ut reſtituantur peracta poenitentia, putat canonem cenſuiſſe. Ego mentionem clericorum nullam video. Nam *priſtinos gradus poenitentiae* interpretor, non ordinem, aut dignitatem (Videndus GREGOR. *Thaumaturgus*). Ut perinde ſit, ac ſi diceret *per gradus ad plenam communionem perveniat*. Sic *Triburienſe Cap.* LIV. Adde *Cap.* XXIII. ejuſdem *Ancyrani* AVG. cujus ſententiam mirifice confirmat priſca Canonum editio *latina* a BALLERINIIS vulgata (*T. III. oper.* S. LEON. M. *col.* 488.) *gradus enim priſtinos* ea reddit *ſecundum gradus, qui procedunt*; canonem autem XXIII. ſic exhibet: *Qui divinant, & conſuetudines gentium ſequentes, aut introducentes aliquos in domibus ſuis ad requiſitionem divinandi, qualibet cauſſa maleficiorum, aut incantantium, ſi de Clero ſunt, abjiciantur. Si vero ſaeculares, in Canone jaceant quinquennii ſecundum gradus definitos*. Viden? de gradibus heic loqui Concilium non certe ordinis (quum de ſaecularibus agat); igitur poenitentiae, ut diſerte in *Dionyſiana* verſione, quae tamen illud Clericorum & ſaecularium diſcrimen ignorat.

(4) Ita etiam apud LABBEUM, in *Chiemenſi* tamen *Africani* Concilii Codice LXVIII. canon eſt; ſecundus autem & centeſimus in Codice *Graecolat.* Eccleſiae *Africanae*. Ceterum Canon ſumptus eſt ex *Milevitano II.* Concilio an. CCCCXVI. *can. XVII.*

(5) *Ut ita* AVG.

(6) Ex epiſtola ſcilicet INNOCENTII ad EXUPERIUM *cap.* 3.

(7) *Om.* AVG.

(8) XXVII. AVG. qui tamen id emendat in notis. XXVII. habet etiam RHAB. BAL. Codex tamen ejuſdem *Colonienſis* XXVI. Et hoc decretum ex indicata ad EXUPERIUM *Toloſanum* epiſtola promptum eſt.

ſae adulterium commiſiſſe videantur, ſecundum illud, quod legimus in Evangelio: *qui dimiſerit uxorem ſuam, & duxerit aliam* (9), *moechatur. Similiter & qui dimiſſam duxerit, moechatur*; & ideo omnes a communione abſtinendos. De parentibus autem, aut propinquis eorum nihil tale ſtatui poteſt, niſi ſi incentores illiciti conſortii fuiſſe detegantur.

In Concilio quoque *Elibertano* (10) *cap.* IX. de feminis, quae adulteros maritos reliquerunt, & aliis nubunt, ſcriptum eſt ſic. Femina fidelis, quae adulterum maritum reliquerit (11) fidelem, & alterum ducit, prohibeatur, ne ducat. Si duxerit, non prius accipiat communionem, niſi quem reliquit, de ſaeculo exierit, niſi forte neceſſitas infirmitatis dare compulerit.

CAPVT IV. (1)

De his, qui moechantur.

ITem in Concilio *Elebertano* (2) *cap.* XXX. de moechis ſcriptum eſt, Subdiacones (3) eos ordinari non debere, qui in adoleſcentia ſua fuerint moechati, eo quod poſtmodum ſubreptione ad altiorem gradum promovebantur. Siqui ſunt in tempore praeterito ordinati, amoveantur.

Item in eodem Concilio *cap.* XXXI. de adoleſcentibus, qui poſt lavacrum moechantur, ſcriptum eſt. Adoleſcentes, qui poſt fidem lavacri ſalutaris fuerint moechati, cum duxerint uxores, acta legitima poenitentia, placuit ad communionem eos admitti.

Item in eodem *cap.* XLVII. de eo, qui uxorem habens ſaepius moechatur, ſcriptum eſt. Siquis fidelis habens uxorem non ſemel, ſed ſaepe fuerit moechatus, in fine mortis eſt conveniendus. Quod ſi ſe promiſerit ceſſaturum, detur ei communio. Si reſuſcitatus rurſus fuerit moechatus, placuit ulterius non ludere (4) eum de communione pacis.

Item (5) in eodem Concilio *cap.* XIII. de virginibus Deo ſacratis, ſi adulteraverint, ſcriptum eſt. Virgines, quae ſe Deo dicaverunt, ſi pactum perdiderint virginitatis, atque eidem libidini ſervierint, non intelligentes quid admiſerint (6), placuit nec in finem eis dandam

(9) *Aliam duxerit* AVG.

(10) *Eliberitano* AVG. *Elibertino* BAL.

(11) *Reliquit* AVG. & BAL.

(1) In XXII. & XXIII. caput epiſt. ad HERIB. translatum hoc caput videas.

(2) *Elibertino* BAL., *Eliberitano* AVG.

(3) *Subdiaconos* AVG. & BAL.

(4) *edere* AVG.

(5) Heic incipit caput XXIII. ep. ad HERIBALD.

(6) *Amiſerint* RHAB. BAL. *Colon.* Concilium ſub CAROLO III. *c.* 6. *Moguntinum* III. ſub ARNVLFO *cap. ult.* GRATIAN. 27. *q.* 1. *c.* 25. *virgines*; immo edita *Eliberitani* Concilii exempla.

eſſe communionem. Quod ſi ſemel perſuaſae (7) ab infirmi corporis lapſu poſt commiſſa vitia tempore vitae ſuae hujuſmodi feminae egerint poenitentiam, ut abſtineant ſe a coitu, placuit in finem communionem accipere debere.

Item in eodem *cap.* XIV. de virginibus ſaecularibus ſi moechaverint, ſcriptum eſt. Virgines, quae virginitatem ſuam non cuſtodierint, ſi eoſdem (8), qui eos violaverint, duxerint, & tenuerint maritos, eo quod ſolas nuptias violaverint, poſt annum ſine poenitentia reconciliari debebunt; vel ſi alios cognoverint viros, eo quod moechatae ſunt, placuit poſt quinquennii tempora, acta legitima poenitentia, admitti eas ad communionem debere.

Item in *Ancyrano* Concilio *cap.* XVIII. de his, qui virginitatem profeſſi ſunt, & de his, quae ſub ſororis habitu cum aliquibus commorantur, ſcriptum eſt. Quotquot virginitatem promittentes irritam faciunt ſponſionem, inter bigamos cenſeantur. Virgines autem, quae conveniunt cum aliquibus tamquam ſorores habitare, prohibemus.

CAPVT V. (1)

De his, qui ſacris virginibus ſe ſociant, & de virginibus velatis, ſi moechaverint.

ITem (2) in decretis GELASII Papae *cap.* XX. (3) de his, qui ſe ſacris Virginibus ſociant, & foedera inceſta commiſcent (4), quod communicare non poſſunt, niſi forte publicam poenitentiam geſſerint, dictum (5) eſt. Virginibus ſacris temere ſe quoſdam ſociare cognovimus, & poſt dicatum Deo propoſitum inceſta foedera, ſacrilegaque miſcere; quos protinus aequum eſt a ſacra communione detrudi, & niſi per publicam, probatamque poenitentiam omnino non recipi; aut his certe viaticum de ſaeculo tranſeuntibus, ſi tamen poenituerint, non negetur.

Item in decretis INNOCENTII Papae *cap.* XX. (6) de virginibus non velatis, ſi deviaverint, ſcriptum eſt. Hae vero, quae necdum ſacro velamine tectae, tamen in propoſito virginali ſemper ſe ſimulaverant (7) permanere, licet velatae non fuerint, ſi forte nupſerint, his

(7) *Perſuaſu ſuo* AVG. *perſuaſae ad infirmi corporis vitia lapſae* BAL. *Quod ſi ſemel perſuaſae, aut infirmi corporis lapſu vitiatae*; Concilium Eliber. LABB. edit. ubi tamen in margine adſcriptum: *quod ſi ſemetipſos poenituerint, quod infirmitate corporis lapſae fuerint, & toto tempore.*

(8) *Fer* AVG.

(1) Epiſt. ad HERIBALD. cap. XXIV.

(2) *Om.* BAL.

(3) Ex *epiſt.* I. ad Epiſcopos Lucaniae *cap.* 22. Confer. Concil. *Tribulienſe cap.* 23.

(4) Totum hoc comma & *foedera &c.* uſque *geſſerint om.* BAL. *committunt* AVG.

(5) *Scriptum* BAL.

(6) Ex *epiſt.* INNOC. ad VICTRICIVM *Rothomag. cap.* XII.

(7) *Simulaverunt* BAL. In *Dieſſenſi* Codice, unde AMORTIVS INNOC. epiſtolam dedit, legitur *promiſerant ſe.*

his agenda aliquamto tempore poenitentia eſt, quia ſponſio earum a Domino (8) tenebatur. Si enim inter homines ſolet bonae fidei contractus nulla ratione diſſolvi; quanto magis iſta pollicitatio, quam cum Deo pepigit (9), ſolvi ſine vindicta non poterit (10). Nam ſi Apoſtolus PAVLLVS illas, quae a propoſito viduitatis diſceſſerunt, dixerat habere damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt; quanto potius virgines, quae prioris promiſſionis fidem frangere ſunt conatae.

CAPVT VI. (1)

De his, qui fornicantur irrationabiliter.

IN Concilio *Ancyrano* (2) de his, qui fornicantur irrationabiliter, ideſt, qui miſcentur pecoribus, aut cum maſculis polluuntur, *cap.* XV. ſcriptum eſt. De illis, qui irrationabiliter verſati ſunt, ſive verſantur, quotquot autem ante viceſimum annum tale crimen commiſerint, quindecim annis exactis in poenitentia communionem mereantur orationum. Deinde quinquennio in hac communione durantes, tunc demum oblationis ſacramenta contingant. Diſcutiatur autem & vita eorum, qualis tempore poenitudinis extiterit (3), & ita miſericordiam conſequantur. Quod ſi inexplebiliter his haeſere criminibus, ad agendam poenitentiam prolixius tempus inſumant. Quotquot autem peracta viginti annorum aetate, & uxores habentes in hoc peccato prolapſi ſunt, vigintiquinque annis poenitudinem gerentes in communione ſuſcipiantur orationum: in qua quinquennio perdurantes, tunc demum oblationis ſacramenta percipiant. Quod ſi & (4) uxores habentes, & tranſcendentes quinquageſimum annum aetatis ita deliquerint, ad exitum vitae communionis gratiam conſequantur.

Item in eodem Concilio (5) de his, qui in pecudes, vel in maſculos, aut olim polluti ſunt, aut hactenus hoc vitio tabeſcunt *cap.* XVI. ſcriptum eſt. Eos, qui irrationabiliter vixerunt (6), & lepra injuſti (7) criminis alios polluerunt, praecepit Sancta Synodus, inter eos orare, qui ſpiritu periclitantur immundo (8).

(8) *Dieſſenſis* Codex a *Deo*.

(9) *Pepigit*, *quomodo* BAL. & AVG.

(10) BAL. & AVG. quum ſupra addant *quomodo*, negantem heic particulam omittunt. *Dieſſenſis* autem codex habet *non debet*; Turonenſe Concilium *non poteſt*.

(1) Caput eſt XXXII. in *epiſt.* ad HERIBALD. *Balutianae* editionis.

(2) Cap. XV. BAL. & AVG. qui infra omittunt; *Graecis* caput XVI.

(3) *Chiemenſis* AMORTII Codex noſtram lectionem confirmat. *At quales tempore poenitudinis extiterint* legunt AVG. & BAL.

(4) *Quod ſiqui &* AVG. adſtipulante *Chiemenſi* AMORTII Codice.

(5) *Om.* hanc vocem AVG. addit autem BAL. *cap.* XVI.

(6) *Vixerint*, & paullo poſt *polluerint*, BAL. *Vixere* AVG.

(7) *Injuſti* AVG. & BAL. *Injuſti* etiam in *Chiemenſi* Codice legitur, uti & apud BVRCH. & IVONEM.

(8) Nempe Energumenos, quibus peculiaris in Eccleſia locus adſignatus olim fuerat.

CAPVT VII.

De conjugatis, ſiquis eorum ductus fuerit in captivitatem (1).

IN decretis quoque INNOCENTII Papae *cap.* XXXVII ſcriptum eſt. Quod ſicujus uxor in captivitatem fuerit abducta, & alteram maritus acceperit, revertente prima, ſecunda mulier debet excludi. INNOCENTIVS PROBO (2): conturbatio procellae barbaricae facultati legum intulit caſum. Nam bene conſtituto matrimonio inter FORTVNIVM, & VRSAM captivitatis incurſus faceret naevum, niſi ſancta Religionis ſtatuta providerent. Cum enim in captivitate praedicta VRSA mulier teneretur, aliud conjugium cum RESTITVTA FORTVNIVS memoratus iniiſſe cognoſcitur; ſed favore Domini reverſa VRSA nos adiit, & nullo diffitente uxorem ſe memorati eſſe perdocuit. Quare, Domine Fili merito illuſtris, ſtatuimus, fide Catholica ſuffragante, illud eſſe conjugium, quod erat primitus gratia divina fundatum; conventumque ſecundae mulieris, priore ſuperſtite, nec divortio rejecta, nullo pacto poſſe eſſe legitimum.

CAPVT VIII.

Quod aliud ſit uxor, aliud concubina, & quod non ſit conjugii duplicatio, quando ancilla rejecta uxor adſumitur (1).

IN decretis quoque LEONIS Papae *cap.* XIX. (2) ſcriptum eſt, quod aliud ſit uxor, aliud (3) concubina, nec erret quiſquis (4) filiam ſuam in matrimonium tradiderit ei, qui habuit concubinam. Non omnis mulier viro juncta uxor eſt viri, quia nec omnis filius heres eſt Patris; nuptiarum autem foedera inter ingenuos ſunt legitima, & inter aequales, & multo prius hoc ipſum Domino conſtituente, quam initium *Romani* juris exiſteret. Itaque aliud eſt uxor, aliud concubina,
Gal. IV. ſicut aliud ancilla, aliud libera. Propter quod etiam Apoſtolus ad ma-
Gen. XXI. nifeſtandam harum perſonarum diſcretionem teſtimonium ponit ex *Geneſi*, ubi dicitur ABRAHAE: *eiice ancillam, & filium ejus; non enim heres erit filius ancillae cum filio meo* ISAAC. Vnde cum ſocietas nuptiarum ita ab initio conſtituta ſit, ut praeter ſexuum conjunctionem habe-

(1) Nihil de hoc argumento habet RHABANVS in epiſt. ad HERIBALD.

(2) *Ep.* IX. inter epiſtolas INNOC. ad PROBVM.

(1) Silet de hoc, & de ceteris, quae ſequentibus capitibus IX. & X. continentur, RHABANVS in epiſt. ad HERIBALD.

(2) Sumptum hoc eſt ex LEONIS epiſt. ad RVSTICVM, ſive RVSTICVM *Narbonenſem*.

(3) *Et aliud concubina* AVG.

(4) AVG. in Codice *quiſquam*, quod ferri poſſet, ubi adderetur *ſi*.

haberet in ſe Chriſti & Eccleſiae Sacramentum, dubium non eſt, eam mulierem non pertinere ad matrimonium, in qua docetur nuptiale non fuiſſe myſterium. Igitur cujuslibet loci clericus, ſi filiam ſuam viro habenti concubinam in matrimonium dederit, non ita accipiendum eſt, quaſi eam conjugato dederit, niſi forte illa mulier & ingenua facta, & dotata legitime & publicis nuptiis honeſtata videatur. Paterno arbitrio viris junctae carent culpa, ſi mulieres, quae a viris habeantur, in matrimonio non fuerint, quia aliud eſt nupta, aliud concubina.

Item in ejuſdem decretis *cap.* XX. ſcriptum eſt, quod non ſit conjugii duplicatio, quando ancilla rejecta uxor adſumitur. Ancillam a thoro abijcere, & uxorem certae ingenuitatis accipere, non duplicatio conjugii, ſed profectus eſt honeſtatis. Culpanda ſit ſane (5) talium negligentia, ſed non penitus deſperanda, ut crebris cohortationibus incitati, quod neceſſarie expetiverunt, fideliter exſequantur. Nemo enim deſperandus eſt, dum in hoc corpore conſtitutus eſt, quia nonnumquam quod diffidentia aetatis differunt, conſilio maturiori perficitur (6).

CAPVT IX. (1)

De eo, qui concubinam ſuper uxorem habet.

IN *Toletano* (2) Concilio *cap.* XVII. (3) ſcriptum eſt de eo, qui uxorem habet, ſi concubinam habuerit, quod non communicet. Si quis habens uxorem fidelem, ſi concubinam habeat, non communicet. Ceterum is, qui non habet uxorem, & pro uxore concubinam habeat, a communione non repellatur, tamen ut unius mulieris, aut uxoris, aut concubinae, ut ei placuerit, ſit contentus. Alius vero vivens abijciatur, donec deſinat, & ad poenitentiam revertatur.

CAPVT X.

De eo, qui uxorem capti ſortitus eſt in matrimonium.

ITem in decretis LEONIS Papae *cap.* XLIII. (1) ſcriptum eſt, quod non videatur eſſe culpabilis, qui uxorem capti in matrimonio videatur eſſe ſortitus (2). Nec tamen culpabilis judicetur, & tamquam alieni juris

(5) *Dieſſenſis* AMORTII Codex ita reddit hunc LEONIS ex eadem ad RVSTICVM epiſtola locum cap. VII. *Culpanda eſt talium negligentia, ſed non penitus deſerenda vita.*

(6) Addit AVG. *in matrimonio videtur eſſe*; monet tamen in notis *p.* 72. haec non eſſe in *Corpore Canonum*, & aliena eſſe.

(1) Decimum eſt hoc caput apud AVG. quod vero decimum in Codice noſtro eſt, IX. in AVG. codice exſtat

(2) Primo.

(3) VII. perperam apud AVG. qui tamen in notis Codicis ſui erratum ſcite emendavit.

(1) Ex epiſtola LEON. M. ad NICETAM *Aquilejenſem*.

(2) Haec tantum habet AVG. *uxorem capti ſortitus eſt*.

juris pervaſor habeatur, qui perſonam ejus mariti, qui jam non eſſe exiſtimatur, adſumpſit, Sic enim multa, quae ad eos, qui in captivitatem ducti ſunt, pertinebunt, in jus alienum tranſire potuerunt, & tamen plenum juſtitiae eſt, ut eiſdem reverſis, propria reformentur. Quod ſi in mancipiis, vel in agris, aut etiam in domibus, ac poſſeſſionibus rite ſervatur; quanto magis in conjugiorum redintegratione faciendum eſt, ut quod bellica neceſſitate turbatum eſt, pacis remedio reformetur.

CAPVT XI. (1)

De parricidio, & his qui partus ſuos necant.

PArricidium autem quam ſit deteſtabile crimen, in judicio facto inter CAIN & ABEL fratrem ſuum Dominus ipſe oſtendit, cum ad CAIN parricidam ait: *maledictus eris ſuper terram, quae aperuit os ſuum, & ſuſcepit ſanguinem fratris tui de manu tua. Cum operatus* (2) *fueris eam, non dabit tibi fructus ejus: vagus & profugus eris ſuper terram*. In quo etiam poſuit ſignum, hoc eſt ut tremens & gemens profugus ſemper viveret, nec auderet uſpiam ſedes habere quietis (3). Sed quia in modernis temporibus parricidae profugi diſcurrunt per diverſa loca, & variis vitiis, atque gulae illecebris deſerviunt, melius mihi videtur, ut uno loco manentes poenitentia diſtricta ſemetipſos caſtigent, ſi forte a Domini bonitate indulgentiam facinoris ſui percipere mereantur. Non enim eis licebit ultra militiae cingulum ſumere, & nuptiis, atque conjugii copula uti, quia ſacri Canones hoc eis non conſentiunt, ſicut poſtmodum (4) de poenitentibus pro culpis gravium criminum decreta ſynodalia decernere oſtenſuri ſumus.

Itaque in *Ancyrano* Concilio *cap*. XX. ſcriptum eſt de his, qui partus ſuos ex fornicatione diverſis modis interimunt. De mulieribus, quae fornicantur, & partus ſuos necant, vel quae habent ſecum, ut utero conceptus excutiant, antiqua quidem definitio uſque ad exitum vitae eas ab Eccleſia removet (5). Humanius autem nunc diffinimus, ut eis decem annorum tempus ſecundum praefixos gradus (6) poenitentiae largiamur.

Item in Concilio *Elibertano cap*. LXIII. ſcriptum eſt de his, quae filios ex adulterio necant. Si qua per adulterium abſente marito conceperit, idque poſt facinus occiderit, placuit vix in fine dandam eſſe communionem, eo quod geminaverit ſcelus.

Item

(1) Tria capita in epiſt. ad HERIBALD. hoc conſtituit, ſeptimum de *parricidio*, octavum *de his, qui partus ſuos ex fornicatione perimunt*, & nonum, quod praenotatur *de his, qui aborſum faciunt*.

(2) Totum hoc comma *quum operatus &c.* ad *fructus ejus om*. BAL. AVG. vero non habet, niſi *fructus ejus: vagus*. In vulgata habemus *fructus ſuos*.

(3) *Quietas* AVG.

(4) *Modo* AVG.

(5) *Removeri juſſit*. BAL.

(6) RHAB. BAL. omittit ea verba *ſecundum praefixos gradus*, quae tamen extant in Codice *Colonienſi*.

Item in Concilio *Hilerdenſi cap.* II. ſcriptum eſt de his, qui abortum faciunt, vel natos ſuos extinguunt. Hi vero qui male conceptos ex adulterio factos vel editos necare ſtuduerint, vel in ventris matrum potionibus aliquibus conliſerint, in utroque ſexu adulteris, poſt VII. annorum curricula communio tribuatur; ita tamen ut omni tempore vitae ſuae fletibus, & humilitati inſiſtant.

CAPVT XII. (1)

De homicidiis voluntarie commiſſis.

IN Concilio *Ancyrano* (2) *cap.* XXI. de homicidiis ſcriptum eſt. Qui voluntarie homicidium fecerint, poenitentiae quidem jugiter ſe ſubmittant; perfectionem vero circa vitae (3) exitum conſequantur.

CAPVT XIII. (1)

De homicidiis, & falſis teſtibus.

IN Concilio *Agatenſi cap.* XXXVII. de homicidiis, & falſis teſtibus ſcriptum eſt. Itaque cenſuimus homicidas, & falſos teſtes a communione eccleſiaſtica ſubmovendos, niſi poenitentiae ſatisfactione crimina admiſſa diluerint.

CAPVT XIV. (1)

De his, qui ſervos ſuos extra judicem necant, & de Domina; quae per zelum ancillam ſuam occiderit.

IN Concilio (2) *Agatenſi cap.* LXII. ſcriptum eſt de his, qui ſervos ſuos extra judicem necant. Siquis ſervum ſuum ſine conſcientia judicis occiderit, excommunicatione, vel poenitentia bienni reatum ſanguinis emundabit.

In Concilio *Eliberitano* (3) *cap.* V. ſcriptum eſt, ſi domina per zelum ancillam occiderit. Siqua femina furore zeli accenſa flagellis verberaverit ancillam ſuam, ita ut infra diem tercium animam cruciatu effundat, & quod (4) incertum ſit, voluntate, an caſu occiderit, ſi voluntate VII. annos; ſi caſu, per quinquennii tempora (5) acta legi-

(1) Primum caput eſt in ep. ad HERIBALD.

(2) *Neocaeſarienſi* AVG. qui deinde in notis codicem ſuum emendat. Et in noſtro ſcriptum primo fuerat *Neocaeſarienſi*, ſed antiqua item manus erratum correxerat.

[3] *Om.* AVG.

(1) in *ep.* ad HERIBALD. *cap.* II.

(2) Ejuſd. *ep. cap.* III.

[2] *Item in Concilio* AVG. & BAL.

[3] *Item in Conc.* Eliberitano AVG. *Item in Conc.* Elibertino BAL.

[4] *Eo quod* BAL. & AVG.

(5) *Per quinque annorum curricula* BAL.

Digitized by Google

legitima poenitentia a communione placuit abſtineri (6): quod ſi infra tempora conſtituta fuerit infirmata (7), accipiat communionem.

CAPVT XV. (1)

De homicidiis non ſponte commiſſis, & illis, qui ſe excuſant quaſi inſontes ab homicidio in praelio commiſſo juſſu Principum.

IN Concilio *Ancyrano* (2) *capitulo* XXII. ſcriptum eſt de his, qui non ſponte homicidium commiſerunt. De homicidiis non ſponte commiſſis prior quidem diffinitio poſt ſeptennem poenitentiam perfectionem conſequi praecepit; ſecunda vero quinquennii tempus explere. Quod autem quidam homicidium, quod nuper in ſeditione, & praelio Principum noſtrorum (3) perpetratum eſt, excuſant, quaſi non neceſſe ſit pro hoc cuilibet agere poenitentiam, eo quod juſſu Principum peractum ſit, & Dei judicio ita finitum. Scimus enim, quod Dei judicium ſemper juſtum eſt, & nulla reprehenſione dignum. De quo etiam ſcriptum eſt: *Juſtus Dominus in omnibus viis ſuis, & ſanctus in omnibus operibus ſuis. Qui judicat orbem terrae in aequitate, & populos in veritate ſua.* Sine quo nec paſſer cadit ſuper terram. Sed nemo omnia judicia Dei penetrare poteſt. Quoniam ſcriptum eſt: *judicia Dei abyſſus multa.* Unde oportet eos conſiderare, qui hanc necem nefariam defendere cupiunt, utrum illos coram oculis Dei quaſi innoxios excuſare poſſint, qui propter avaritiam, quae omnium malorum radix eſt, & idolorum ſervituti comparatur, atque propter favorem dominorum ſuorum temporalium aeternum Dominum contempſerunt, & mandata illius ſpernentes non caſu, ſed per induſtriam homicidium perfecerunt. Nam de his legimus, qui homines non ſponte interfecerunt, Deum per legislatorem urbes refugii deputaſſe, ad quas confugientes ſalvarentur ab ultore ſanguinis proximi ſui, & non morerentur. Vnde in Deuteronomio ſcriptum eſt: *haec erit lex homicidae, cui vita ſervanda eſt. Qui proximum ſuum percuſſerit neſciens, & heri & nudius tertius nullum contra eum habuiſſe odium comprobatur, ſed abiiſſe ſimpliciter cum eo in ſylvam ad ligna caedenda, & in ſucciſione lignorum ſecuris fugerit de manu, aut ferrum lapſum de manubrio amicum ejus percuſſerit & occiderit, hic ad unam urbium ſupradictarum confugiet, & vivet, ne proximus ejus, cujus ſanguis fuſus eſt, ſtimulo doloris percutiat animum ejus.* De eo vero, qui per induſtriam aliquem occiderit in Exodo ita praeceptum eſt. *Siquis de induſtria,*

(6) *Ad communionem admitti placuit* BAL. *ad communionem placuit admitti.* AVG.

(7) *Infirma* AVG. & BAL.

(1) *Cap.* IV. in epiſt. ad HERIBALD.

(2) *Neocaeſarienſi* mendoſe apud AVG. qui tamen in notis *Ancyranum* ſcribendum monuit.

(3) LOTHARII, LVDOVICI, & KAROLI. Intelligit autem, animadvertente BALVZIO, pugnam *Fontinaicenſem*, ut ſtatim inde colligitur, & REGINO docet. Vide quae in Praefatione diximus.

ſtria, & per inſidias occiderit proximum, ab altari meo evelles eum, ut moriatur. Et in Deuteronomio. *Siquis*, inquit, *odio habens proximum ſuum inſidiatus fuerit vitae ejus, & ſurgens percuſſerit illum, & mortuus fuerit, & fugerit ad unam de ſupradictis urbibus, mittent ſeniores civitatis illius, & eripient eum de loco refugii, & tradent eum in manus proximi ejus, cujus ſanguis effuſus eſt, & morietur, nec miſereberis ejus*. Si ergo eum, quem Dominus dignum morte eſſe judicavit, reum non eſſe quis dicit, quomodo contrarius legi Dei non exiſtit qui hoc, quod Deus praecepit, caſſum eſſe contendit? Videndum ergo illi eſt, ne forte ipſe in illorum numero ſit, quibus per Prophetam dicitur: *Vae vobis, qui conſuitis pulvillos ſub omni cubitu, & cervicalia ad decipiendas animas*. Et alibi (4). *Vae vobis, qui dicitis malum bonum, & bonum malum, ponentes* (5) *lucem tenebras, & tenebras lucem, dicentes* (6) *amarum dulce, & dulce amarum*. Tales ergo mortificant animas, quae non moriuntur, & vivificant, quae non vivunt. Quiſquis ergo malorum operum ſine condigna poenitentia quemquam veniam a Deo percipere poſſe dixerit, penitus errat, & dum deceptus alios decipere feſtinat, duplici noxa conſtringitur, hoc eſt proprii erroris, & alienae deceptionis. Sed inter haec ſciendum, quod magna diſtantia eſt inter legitimum principem, & ſeditioſum tyrannum, inter eum, qui ſubvertere nititur Chriſtianae pacis tranquillitatem, & illum, qui armis contra iniquitatem certat defendere aequitatem. De quo plurima ſub lege Vetere, & ſub Teſtamento Novo fortium virorum inveniuntur exempla, quae poſſunt nos inſtruere, quid de hujuſcemodi facto debeamus ſentire. Ezech. XIII.

CAPVT XVI. (1)

De adminiſtratoribus, & his qui preces criminales dictant.

DE adminiſtratoribus autem, qui judicia ſaecularia ſecundum legem majorum ſuorum exercent, quid ſacri Canones inde ſentiant, facile eſt invenire. In decretis INNOCENTII Papae *cap*. XXIII. (2) ita legitur. Quaeſitum eſt etiam ſuper his, qui poſt baptiſmum adminiſtraverunt, aut etiam capitalem protulerunt ſententiam. De his nihil legimus a majoribus definitum. Meminerant enim, a Deo poteſtates has fuiſſe conceſſas, & propter vindictam noxiorum gladium fuiſſe permiſſum (3), & Dei miniſtrum eſſe datum in hujuſmodi vindicem. (4) Quemadmodum igitur reprehenderent factum, quod auctore Domino viderent eſſe conceſſum? De his ergo ita ut hactenus ſervatum eſt, ſic

(4) *Om.* BAL. *Vae vobis, qui conſuitis &c.* uſque *& alibi*.

(5) *Om.* BAL. ſed pro *dicentes* habet *vel*.

(1) Et hoc caput RHABANUS in epiſtolam ad HERIBALD. tranſtulit, ſed quincto capite.

(2) Nempe ex INNOC. epiſtola ad EXVPERIVM.

(3) *Promiſſum* mendoſe AVG.

(4) *Eſſe datum, vindicem eſt in hujuſmodi*; minus perſpicue apud AVG. *datum eſſe in hujuſmodi vindicem* BAL.

habemus, ne aut diſciplinam evertere, aut contra auctoritatem Domini venire videamur: ipſis autem in ratione reddenda geſta ſua omnia ſervabuntur (5).

Item in ejuſdem decretis *cap.* XXV. (6) ſcriptum eſt, quod qui preces criminales dictant, habeantur immunes. Illud etiam (7) ſciſcitari voluiſti, an preces dictantibus liberum concedatur, utique poſt (8) Baptiſmi regenerationem, a Principibus poſcere mortem alicujus, vel ſanguinem de reatu. Quam rem Principes numquam ſine cognitione concedunt, ſed ad judices commiſſa ipſa, vel crimina ſemper remittunt, ut cauſſa cognita vindicentur. Quae cum Quaeſitori fuerint delegata, aut abſolutio, aut damnatio pro negocii qualitate profertur; & dum legum in improbos exercetur auctoritas, erit dictator immunis.

CAPVT XVII. (1)

De populi neceſſario commiſſu.

DE populi autem neceſſario commiſſu quomodo multum ſoleat praeteriri, idem Papa quibuſdam Epiſcopis de *Macedonia*, ad interrogata reſpondens, ita ſcripſit dicens. Praevideat (2) ergo dilectio veſtra hactenus talia tranſiſſe (3), & advertite, quod utique, ut dicitis, neceſſitas imperavit, in pace etiam Eccleſias conſtitutas non poſſe praeſumere, ſed ut ſaepe accidit, quoties a populis, aut a turba (4) peccatur, quia in omnes propter multitudinem non poteſt vindicari, multum ſolere tranſire. Priora ergo dimittenda dico Dei judicio; de reliquo maxima ſollicitudine praecavendum. Non enim (5) hic, ut mihi videtur, iſte doctor Apoſtolicus dicit, non neceſſarium eſſe populo pro male commiſſis agere poenitentiam: ſed quia in omnes propter multitudinem non poteſt vindicari, priora dimittenda Dei judicio, de reliquo magna ſollicitudine praecavendum, ne fiat (6).

CA-

(5) *Ipſi autem ... ſervabunt*. AVG.

(6) Ex eadem epiſtola. Ceterum XXX. habet AVG.

(7) *Autem* AVG. Idem error erat in noſtro Codice, ſed a veteri manu correctus eſt.

(8) *Propter* AVG.

(1) Sextum eſt in epiſt. ad HERIBALD.

(2) *Provideat* BAL.

(3) *Manſiſſe* AVG.

(4) *Et a turba* AVG.

(5) RHABANI verba ſunt INNOCENTIVM explanantis.

(6) *ſiant* AVG. & BAL.

CAPVT XVIII. (1)

De furto.

DE furto vero in Concilio *Agatenſi cap.* V. ita ſcriptum eſt. Si Clericus furtum Eccleſiae fecerit, peregrina (2) ei communio tribuatur.

Item in eodem Concilio *cap.* XXVI. ſcriptum eſt. Si qui vero Clerici documenta, quibus Eccleſiae poſſeſſio firmatur, aut ſupprimere, aut negare, aut adverſariis fortaſſe tradere damnabili & punienda obſtinatione praeſumpſerint (3), quidquid per abſtinentiam documentorum damni Eccleſiae illatum eſt, & de propriis facultatibus reddant, & communione priventur, etiam qui in damno Eccleſiae impie ſollicitati a traditoribus ſuſceperint.

CAPVT XIX. (1)

De conjuratione, vel conſpiratione.

DE conjuratione, vel conſpiratione in Concilio *Chalcedonenſi cap.* XIV. ſcriptum eſt. Conjurationis vel conſpirationis crimen & ab exteris legibus eſt omnino prohibitum, multo magis hoc in Dei Eccleſia ne fiat, admonere convenit (1). Siqui ergo Clerici, vel Monachi reperti fuerint conjurantes, aut conſpirantes, aut inſidias ponentes Epiſcopis, aut Clericis, a gradu (2) proprio penitus abjiciantur.

CAPVT XX.

De his, qui Sacramento ſe obligant, ne ad pacem redeant.

DE his vero, qui ſacramento ſe obligant, ne ad pacem redeant, in Concilio *Hilerdenſi cap.* VII. ita ſcriptum eſt. Qui ſacramento ſe obligaverit, ut litigans (1) cum quolibet ad pacem nullo modo redeat, pro periurio uno anno a communione Corporis & Sanguinis Domini ſegregetur (2), reatum ſuum eleemoſynis, & fletibus,

 quan-

(1) Nihil de furto, aliiſque pluribus, quae ſequuntur exſtat in epiſtola ad HERIBALDVM. Si quid occurrerit, monebo.

(2) De communione peregrina in onomaſtico Rituali erit agendi locus.

(3) *Praeſumpſerunt* AVG.

(1) *Convenit* AVG.

(2) *Gradu* omiſſa praepoſitione *a* AVG.

(1) *Litiget cum quolibet, ne ad pacem &c.* AVG.

(2) *Segregatur* AVG.

quantis potuerit (3) jejuniis abſolvat; ad caritatem vero, quae operit multitudinem peccatorum, celeriter venire feſtinet.

CAPUT XXI.

De his, qui noxia juramenta conficiunt, quomodo eos poenitere oporteat.

DE iniquo ergo juramento, & ad proximi noxam pertinente in *Toletana* (1) Synodo (2) ita ſcriptum continetur. Etenim dum periurare compellimur, Creatorem quidem offendimus, ſed nos tantummodo maculamus. Cum vero noxia promiſſa complemus, & Dei juſſa ſuperbe contemnimus, ut proximis impia crudelitate noceamus, & nos ipſos crudeliore mortis gladio trucidamus: illic enim duplici culparum telo perentimur, hic tripliciter jugulamur. Reſtat ergo, ut eo noſtra pergat ſententia, quo miſericordiae patuerit via, quae ita Domino probatur accepta, ut plus eam cupiat, quam ſacrificia veneranda, dicente ipſo: *miſericordiam volui, & non ſacrificium*. Hac indulgentiae conceſſa licentia miſerationis ipſius opus in glorioſi Principis poteſtatem redigimus, ut quod Deus illi miſerandi aditum patefecit, remedia pietatis ipſe quoque non deneget. Quae ita principali diſcretione moderata perſiſtunt, ut & illis ita ſit (3) miſericordia contributa, ut nuſquam gens, aut patria per eoſdem, aut periculum quodcumque perferat, aut jacturam. Haec miſerationis obtentu temperaſſe ſufficiat. Ceterum quae juramenta pro regiae pietatis (4) ſalute, vel conſtitutione gentis & patriae vel hactenus ſunt exacta, vel deinceps exſtiterint (5) exigenda, omni cuſtodia, omnique vigilantia indiſſolubiliter decernimus obſervanda membrorum truncatione, mortiſque ſententia, Religione penitus abſoluta. Sed ne pravarum mentium verſuta nequitia noſmet ad periurii aliquando provocet culpam, nec (6) a ſanctae fidei regula hanc adſerat venire ſententiam, tam divinae auctoritatis oracula, quam praecedentium Patrum huic narrationi curavimus innectenda. Sic enim per

MATTH. IX. (beside "dicente ipſo")

HIER. XVIII. HIEREMIAM dixit: *Repente loquar adverſus gentem, & adverſus regnum, ut eradicem, & diſperdam illud. Si poenitentiam egerit gens illa a malo ſuo, quod loquutus ſum adverſus eam, agam & ego poenitentiam ſuper*

EZECH XVIII. *malo, quod cogitavi, ut facerem ei*. Et per EZECHIELEM. *Si dixero*, inquit, *juſto, quod vita vivat, & confiſus in juſtitia ſua fecerit iniquitatem, omnes juſtitiae ejus oblivione tradentur, & in iniquitate ſua, quam operatus eſt, in ipſa morietur. Si autem dixero impio: morte morieris; & egerit poenitentiam, vita vivet, & non morietur*. Si ergo noſtra converſio ſic divinam mutat ſententiam, cur miſerorum tantae lacrymae, vel preſſura tam crudam non temperent ex miſeratione vindictam? Hic etiam

(3) *& quantum* AVG.
(1) Octava.
(2) Addit AVG. *Cap.* II,
(3) *Et illis ita ſit, quatenus* AVG.
(4) *Regiae poteſtatis* AVG.
(5) *Exſtiterunt exigenda* AVG.
(6) *Neve a ſanctae &c.* AVG.

etiam populo *Iſraelitico* ſaepe ultio promiſſa ſuſpenditur, & *Ninivitarum* perditio divinae ſententiae permutatione ſedatur (7). Nam Sanctus AMBROSIVS *in libro tertio de officiis* ita ait: *purum igitur, & ſincerum oportet eſſe affectum, & unuſquiſque* (8) *ſimplicem ſermonem proferat, vas ſuum in ſanctitate poſſideat, ne fratrem circumſcriptione verborum inducat* (9), *nihil promittat inhoneſtum, ac ſibi promittere quaerat. Tolerabilius eſt, promiſſum non facere, quam facere quod turpe ſit. Saepe plerique conſtringunt ſe* (10) *jurisjurandi Sacramento, & cum ipſi cognoverint, promittendum non fuiſſe, Sacramenti tamen* (11) *contemplatione faciunt quod ſpoponderunt.* MATTH. XIV.
Sicut de HERODE *ſupra ſcripſimus, qui ſaltatrici praemium turpiter promiſit, & crudeliter ſolvit; turpe, quod regnum pro ſaltatione promittitur; crudele, quod mors Prophetae pro jurisjurandi religione donatur: quanto tolerabilius tale fuiſſet periurium ſacramento!* Et poſt pauca de IEPHTE diſcernens (12); *miſerabilis neceſſitas, quae ſolvitur parricidio: melius eſt,* Judic. XI.
non vovere id, quod ſibi is, cui promittitur, nolit exſolvi. Et poſt paullulum: *non ſemper igitur promiſſa ſolvenda omnia ſunt. Denique ipſe Dominus, ſicut Scriptura indicat, frequenter ſuam mutat ſententiam.* Vir quoque ſanctiſſimus AVGVSTINVS (13) inveſtigationis (14) acumine acutus, inveniendi arte praecipuus, adſerendi copia profluus, eloquentiae flore venuſtus, ſapientiae fructu foecundus, haec in ſuis narrat affectibus. *Duo ſunt enim* (15) *omnino genera mendaciorum, in quibus non magna culpa eſt, ſed tamen non ſunt ſine culpa; cum aut jocamur, aut cum proximis mentimur. Illud primum in iocando ideo non eſt pernicioſiſſimum, quia non fallit; novit enim ille, cui dicitur, ioci cauſſa eſſe dictum. Secundum autem ideo mitius eſt, quia retinet nonnullam benevolentiam.* Idem ipſe alibi: *non auferat,* inquit, *veritas miſericordiam, non miſericordia impediat veritatem. Si enim pro veritate, aut quaſi rigida veritate oblitus fueris miſericordiam, non ambulabis in via Domini, in quo miſericordia & veritas obviaverunt ſibi.* Ps. LXXXIV.
Hinc beatus Papa GREGORIVS in libris *Moralium* ſic ait (16): *Cum mens inter minora & maxima peccata conſtringitur, ſi omnino nullus ſine peccato evadendi aditus patet, minora ſemper eliguntur, quia & qui murorum ambitu ne fugiat, clauditur, ibi ſe in fugam praecipitat, ubi brevior murus invenitur.* Hinc & ISIDORVS ait (17). *tol-*

---

(7) In *Toletanae* VIII. Synodi actis alia ſequuntur ex primo S. AMBROSII libro *de Officiis*: tum additur: *Item in libro tertio: purum igitur &c.*

(8) *Ut unuſquiſque* AVG. & ipſum *Toletanum* Concilium apud LABB. *Tom.* VII. *col.* 403.

(9) In margine LABB. edit. *ſeducat*.

(10) *Se ipſos jurisjurandi* AVG.

(11) *Sacramentum, tamen*: minus apte AVG.

(12) Ita & AVG.; ſed rectius in Actis Concilii *diſtrens*.

(3) Qui ſequitur locus fere ad verba ISIDORI apud AVG. mendoſiſſimus eſt, ac mutilus. Integer quidem exſtat in noſtro Codice, ſed non ſine mendis. Nos ex ipſis Concilii actis eum reſtituimus, paucis retentis, in quibus varias tamen Concilii lectiones dabimus.

(14) *Veſtigationis* Concil.

(15) omittit *enim* Concil.

(16) In Concilio aliqua ex GREGORIO exſcribuntur heic omiſſa. Quum neceſſaria non ſint, ea nos quoque praeterimus.

(17) *In lib. I. ſentent. cap.* 31.

Digitized by Google

tolerabilius eſt enim, non implere Sacramentum, quam permanere in turpi flagitio. Similiter in *Synonimis: in malis promiſſis reſcinde fidem, in turpi voto muta decretum: quod incaute voviſti, non facias; impia eſt enim* (18) *promiſſio, quae ſcelere adimpletur. Unde neceſſe eſt, ut male jurans dignam poenitentiam agat eo quod nomen Domini contra praeceptum illius ſumpſit in vano, quia in Exodo ſcriptum eſt*: nec enim inſontem habebit Dominus eum, qui adſumpſit nomen Domini Dei ſui fruſtra. *Et in* Levitico: non periurabis in nomine meo, nec pollues nomen Domini Dei tui. Ego Dominus. *Tamen malum, quod facturum ſe ſacramento devoverat, omnino non faciat, quia ſtulta vota frangenda ſunt.*

Exod. XX.

CAPUT XXII.

De his, qui ad Eccleſiae patrocinium confugiunt, ne tradantur perſequentibus in foedere pacti.

De his (1) qui ad Eccleſiam confugiunt, ne tradantur, in Concilio *Arauſicano Capitulo* V. ita ſcriptum eſt. Eos autem, qui ad Eccleſiam confugerint, tradi non oportere, ſed loci ſancti reverentia & interceſſione defendi.

In Concilio *Aurelianenſi* (2) de homicidiis, & adulteris, & furibus ſi ad Eccleſiam confugerint *cap.* I. ita ſcriptum eſt. Id conſtituimus obſervandum, quod Eccleſiaſtici Canones decreverunt, & lex *Romana* conſtituit, ut ab Eccleſiae atriis, vel domo Epiſcopi eos abſtrahere omnino non liceat, ſed nec alteri conſignari, niſi ad evangelia datis ſacramentis de morte, & debilitate, & omni poenarum genere ſint ſecuri: ita ut qui reus fuerit criminoſus, de ſatisfactione conveniat. Quod ſi ſacramenta ſua convictus fuerit violaſſe, reus periurii non ſolum a communione Eccleſiae, vel omnium Clericorum, verum etiam & a Catholicorum convivio ſeparetur. Quod ſi cui reus eſt, noluerit ſibi intentione faciente componi, & ipſe reus de Eccleſia actus timore diſceſſerit, ab Eccleſiae clericis non quaeratur.

Item in eodem Concilio *cap.* II. ſcriptum eſt de raptoribus, ſi ad Eccleſiam confugerint. De raptoribus autem id conſtituendum eſſe cenſuimus, ut ſi ad Eccleſiam raptor cum rapta convenerit, & feminam ipſam violentiam pertuliſſe conſtiterit, ſtatim liberetur de poteſtate raptoris, & raptor mortis, vel poenarum impunitate conceſſa, ad ſerviendum ſubjectus ſit, aut redimendi ſe liberam habeat facultatem. Si vero quae rapitur, patrem habere conſtiterit, & puella raptori conſenſerit, poteſtati patris excuſata reddatur, & raptor a patre ſuperioris conditionis ſatisfactione teneatur obnoxius.

Item in eodem Concilio *cap.* III. ſcriptum eſt de ſervis, ſi ad Eccleſiam confugerint. Servus qui (3) ad Eccleſiam confugerit pro qualibet culpa, ſi a Domino omiſſa culpa ſacramentum ſuſceperit, ſtatim

ad

(18) Om. *enim* AVG. & Concil.

(1) *Ergo* addit AVG.

(2) *Cap.* I. AVG., qui poſtea om.

(3) *Si* AVG.

ad ſervitium Domini ſui redire cogatur, & poſteaquam dato Sacramento domino ſuo fuerit conſignatus, ſi aliquid poenae pro eadem culpa, qua excuſatur, probatus fuerit pertuliſſe, pro contemptu Eccleſiae, & praevaricatione fidei a Communione & convivio catholicorum, ſicut ſuperius comprehenſum eſt, extraneus habeatur.

Si vero ſervus pro culpa ſua ab Eccleſia defenſatus ſacramenta Domini clericis exigentibus de impunitate perceperit, exire nolentem a Domino liceat occupari.

CAPVT XXIII.

De his, qui divinationes expetunt, & incantationibus, ſive auguriis deſerviunt.

IN *Ancyrano* Concilio (1) de his, qui divinationes expetunt *cap.* XXIII. ita ſcriptum eſt. Qui divinationes expetunt, & morem gentilium ſubſequuntur, aut in domos ſuas hujuſcemodi homines introducunt, exquirendi aliquid arte malefica, aut expiandi cauſſa, ſub regula quinquennii jaceant ſecundum gradus poenitentiae definitos.

In Concilio *Laodicenſi* (2) de his, qui incantationibus, & phylacteriis utuntur, *capitulo* XXXVI. ita ſcriptum eſt. Quod non oporteat ſacris officiis deditos, vel clericos magos, aut incantatores exiſtere, aut facere phylacteria, quae animarum ſuarum vincula eſſe comprobantur. Eos autem, qui his utuntur, ab Eccleſia pelli praecipimus.

In Concilio *Agatenſi* de ſortilegis (3), vel augurium ſervantibus, ut ab Eccleſia ſeparentur *cap.* XLII. ita ſcriptum eſt. Ne de eo fortaſſe videatur omiſſum, quod maxime fidem Catholicae Religionis infeſtat, quod aliquanti clerici, ſive laici ſtudent auguriis, & ſub nomine fictae Religionis, quas Sanctorum ſortes vocant, divinationis ſcientiam profitentur, aut quarumcumque ſcripturarum inſpectione futura promittunt; hoc quicumque clericus vel laicus detectus fuerit vel conſulere vel docere, ab Eccleſia habeatur extraneus.

In Concilio *Toletanenſi cap.* XXIX. Siquis Epiſcopus, aut Preſbyter, ſive Diaconus, vel quilibet ex ordine Clericorum magos, aut aruſpices, aut ariolos, vel ſortilegos, aut eos, qui profitentur artem aliquam curioſam, aut aliquis eorum ſimilia exercentes conſulens fuerit deprehenſus, ab honore dignitatis ſuae depoſitus monaſterii curam excipiat, ibique perpetua poenitentia deditus ſcelus admiſſum ſacrilegii ſolvat.

In Synodo MARTINI (4) Epiſcopi *cap.* LIX. ita ſcriptum eſt. Non

(1) *Cap.* XXIV. AVG. qui deinde hoc omittit; ſed monet in notis XXIII. ſcribendum ex DIONYSIO.

(2) *Cap.* XXXVI. AVG. qui poſtea id praeterit.

(3) *Sortilegiis* AVG. minus apte, ut ipſemet animadvertit.

(4) MARTINI *Bracarenſis*.

Non liceat Sacerdotibus, aut Clericis incantatores eſſe, & ligaturas facere, quod eſt conligatio animarum: Siquis haec facit, de Eccleſia proijciatur.

CAPVT XXIV.

Quod non liceat Chriſtianis ſervare traditiones gentilium, nec ullis obſervationibus feſtis eorum communicare.

ITem in eadem Synodo *capitulo* LXXII. ſcriptum eſt, quod non liceat Chriſtianis tenere traditiones gentilium, & obſervare lunae aut ſtellarum curſus. Non liceat Chriſtianis obſervare, vel colere elementa, aut lunae, aut ſtellarum curſum, aut inanem ſignorum fallaciam pro domo facienda, vel ad ſegetes, vel arbores plantandas, conjugia ſocianda. Scriptum eſt enim; *omnia, quae facitis aut in verbo aut in opere, omnia in nomine Domini noſtri IESV Chriſti facite gratias agentes Deo.* 1. Cor. X.

Item in eadem Synodo (1) *cap.* LXXII. ita ſcriptum eſt, quod non liceat Kalendas obſervare. Non liceat iniquas obſervationes agere Kalendarum, & otioſis vacare rebus, neque lauro, aut viriditate arborum cingere domos: omnis haec obſervatio paganiſmi eſt.

Item in eodem Concilio *cap.* LXXIII. ſcriptum eſt, quod non liceat medicinales herbas aliqua obſervatione colligere. Non liceat collectione herbarum, quae medicinales ſunt, aliquas obſervationes vel incantationes adtendere, niſi tantum cum ſymbolo divino & oratione Dominica, ut Deus (2) & Dominus honoretur.

In Concilio *Laodicenſi cap.* XXXIX. ſcriptum eſt de his Chriſtianis, qui celebrant feſta gentilium. Quod non oporteat cum gentilibus feſta celebrare, & communicare pravitatibus eorum, qui ſine Deo ſunt.

CAPVT XXV.

Quod non ſit cum Paganis convivandum.

IN Concilio *Africano cap.* XXVII. ſcriptum eſt de Paganorum conviviis auferendis. Illud etiam petendum, ut quoniam contra praecepta divina convivia multis in locis exercentur, quae ab errore gentili adtracta ſunt; ita ut nunc a Paganis Chriſtiani ad haec celebranda cogantur, (ex qua re temporibus Chriſtianorum Imperatorum perſequutio altera fieri occulte videatur), vetari talia jubeantur, & de civitatibus, & de poſſeſſionibus impoſita poena prohiberi; maxime cum etiam natalibus Beatiſſimorum Martyrum per nonnullas civitates, & in ipſis

(1) *In eodem Concilio* AVG.

(2) *Ut tantum Deus Creator omnium* AVG.

ipſis ſacris talia committere non reformident . Quibus diebus etiam , quod pudoris eſt dicere , ſaltationes ſceleratiſſimas per vicos , atque plateas exercent , ut matronalis honor , & innumerabilium feminarum pudor devote venientium ad ſacratiſſimum diem injuriis laſcivientium appetatur , ut etiam ipſius ſanctae Religionis pene fugiatur acceſſus .

Item in decretis LEONIS Papae *cap.* XXX. (1) ſcriptum eſt de his , qui convivio gentilium , & eſcis immolaticiis uſi ſunt . Si qui convivio ſolo gentilium , & eſcis immolaticiis uſi ſunt , poſſunt jejuniis , & manus impoſitione purgari , & deinceps ab idolothytis abſtinentes Sacramentorum Chriſti poſſint eſſe participes . Si autem aut idola adoraverunt , aut homicidiis , vel fornicationibus contaminati ſunt , ad communionem eos niſi per poenitentiam publicam non oportet admitti .

CAPVT XXVI.

De Chriſtianis , qui cum Judaeis veſcuntur , & quod Judaeis non liceat habere Chriſtianas uxores , vel concubinas , ſeu mancipium Chriſtianum .

IN Concilio *Elibertano cap.* LV. ſcriptum eſt de Chriſtianis , qui cum *Judaeis* veſcantur . Si vero quis Clericus , vel fidelis cum *Judaeis* cibum ſumpſerit , placuit eum a communione abſtineri , ut debeat emundari .

In Concilio *Toletanenſi* (1) *cap.* XIV. ſcriptum eſt de *Judaeis* . Suggerente Concilio id glorioſiſſimus Domnus noſter canonibus inferenda praecepit : Vt *Judaeis* non liceat Chriſtianas habere uxores , vel concubinas , neque mancipium Chriſtianum in uſus proprios comparare ; ſed & filii , qui ex tali conjugio nati ſunt , aſſumendos eſſe ad baptiſmum : nulla officia publica eos opus eſt agere , per quae eis occaſio tribuatur poenam Chriſtianis inferre . Siqui vero Chriſtiani ab eis *Judaeis* in ritu ſunt maculati , vel etiam circumciſi , non reddito pretio ad libertatem , & Religionem redeant Chriſtianam .

CAPVT XXVII.

Quod non congruat Chriſtianis comeſſationibus intereſſe , nec hiſtriones fieri , nec ſaltare in nuptiis , neque in conviviis .

IN Concilio *Laodicenſi cap.* LV. ſcriptum eſt , non congruere Chriſtianis comeſſationibus intereſſe . Quod non oporteat Sacerdotes , aut Clericos ex collatis , vel comeſſationibus convivia celebrare ; hoc autem nec laicis poſſe congruere .

In Concilio *Africano cap.* XXX. ſcriptum eſt de hiſtrionibus Chriſtianis factis . Et de his etiam petendum , ut ſiquis ex qualibet ludicra

(1) Ex epiſtola ad RVSTICVM *Nerbon.*

(1) Quarto.

arte ad Chriſtianitatis gratiam venire voluerit, ac liber ab ea macula permanere, non eum liceat a quoquam iterum ad eadem exercenda reduci, vel cogi.

In Concilio *Laodicenſi capitulo* LIII. ſcriptum eſt, ut in Chriſtianorum non ſaltetur nuptiis. Quod non oporteat Chriſtianos euntes ad nuptias plaudere, vel ſaltare, ſed venerabiliter coenare, vel prandere, ſicut Chriſtianos decet.

CAPVT XXVIII.

Ut ad menſam Epiſcopi Scripturae divinae legantur, & quod ſacris Ordinibus deditos viros non conveniat ebrietatem ſectari.

IN Concilio *Toletanenſi* (1) *cap.* VII. ſcriptum eſt, ut ad menſam Epiſcopi Scripturae divinae legantur. Pro reverentia Dei, & Sacerdotum id univerſa ſancta conſtituit Synodus, ut quia ſolent crebro menſis otioſae fabulae interponi, in omni Sacerdotali convivio lectio ſcripturarum divinarum miſceatur; per hoc enim & animae aedificantur ad bonum, & fabulae non neceſſariae prohibeantur.

In Canone Apoſtolorum *cap.* XLII. ſcriptum eſt, quod Epiſcopus, Presbyter, aut Diaconus aleator, & ebrioſus eſſe non debeat. Epiſcopus, Presbyter, aut diaconus aleae, atque ebrietati deſerviens aut deſinat, aut certe damnetur.

CAPVT XXIX.

De continentia, & caſtitate clericorum.

IN Concilio *Carthaginenſi* (1) *cap.* III. de continentia ita ſcriptum eſt. AVRELIVS Epiſcopus dixit: cum praeterito Concilio de continentiae, & caſtitatis moderamine tractaretur, gradus iſti tres, qui conſtrictione quadam caſtitatis per conſecrationes adnexi ſunt, Epiſcopos, inquam, Presbyteros, & Diaconos ita placuit, ut condecet ſacros Antiſtites, ac Dei Sacerdotes, nec non & Levitas, vel qui Sacramentis divinis inſerviunt, continentes eſſe in omnibus, quo poſſint ſimpliciter, quod a Deo poſtulant, impetrare; ut quod Apoſtoli docuerunt, & ipſa ſervavit antiquitas, nos quoque cuſtodiamus.

CA-

(1) Tertio.

(1) Secundo *cap.* II.

CAPVT XXX.

Quod non debeant Sacerdotes quaſlibet in Eccleſiae familiis truncationes facere, nec aliquid, quod morte plectendum ſit, judicare.

IN Concilio *Toletanenſi* (1) *capitulo* VI. ſcriptum eſt, non debere Sacerdotes quaſlibet in Eccleſiae familiis truncationes facere, nec aliquid, quod morte plectendum, judicare. His verò, quibus Domini Sacramenta tractanda ſunt, judicium ſanguinis agitare non licet. Et ideo magnopere talium exceſſibus prohibendum eſt, ne indiſcretae praeſumptionis motibus agitati, aut quod morte plectendum eſt, ſententia propria judicare praeſumant, aut truncationes quaslibet perſonis aut per ſe inferant, aut inferendas praecipiant. Quod ſi quiſquam horum immemor praeceptorum, aut in eccleſiae ſuae familiis, aut in quibuslibet perſonis tale aliquid fecerit, & conceſſi Ordinis honore privatus, & loco ſuo perpetuo damnationis teneatur relegatus ergaſtulo. Cui tamen communio exeunti ex hac vita non neganda eſt propter Domini miſericordiam, quae non vult peccatoris mortem, ſed ut convertatur, & vivat.

CAPVT XXXI.

De Clericis, qui in mutuam coedem prorumpunt.

IN Concilio *Ilerdenſi cap.* XI. ſcriptum eſt de Clericis, qui in mutuam coedem prorumpunt. Siqui Clerici in mutuam coedem proruperint, prout dignitas officiorum in tali exceſſus contumelia pertulerit, a Pontifice diſtrictius vindicetur.

CAPVT XXXII.

De avaritia, & cupiditate, & quod non ſit uſura exigenda.

IN Concilio *Carthaginenſi* (1) *cap.* V. de avaritia ſcriptum eſt, AVRELIVS Epiſcopus dixit: avaritiae cupiditas (2), quam rerum omnium malarum matrem eſſe nemo qui dubitet, proinde inhibenda (3) eſt, ne quis alienos fines uſurpet, aut per praemium terminos Patrum ſtatutos tranſcendat; nec cuiquam Clericorum liceat de qualibet re foenus accipere, quamquam novellae ſuggeſtiones, quae vel ob- ſcu.

(1) XI.
(1) *Cap.* XIII.
(2) *Deteſtanda* AVG.
(3) *Inhibendum* AVG.

ſcurae ſunt, vel ſub genere latent inſpectae, a nobis formam adcipient. Ceterum de quibus apertiſſime divina Scriptura ſanxit, non eſt differenda ſententia, ſed potius exequenda. Proinde quod in Laicis reprehenditur, id multo magis debet in Clericis praedamnari. Vniverſum Concilium dixit: nemo contra Prophetas, nemo contra Evangelia facit ſine periculo.

In Concilio *Toletanenſi* (4) *cap.* XXXIII. ſcriptum eſt de avaritiae malo. Avaritia radix cunctorum malorum, cujus ſitis etiam Sacerdotum mentes obtinet; multi enim fidelium in amore Chriſti, & Martyrum in Parochiis Epiſcoporum Baſilicas conſtruunt, oblationes conſcribunt. Sacerdotes haec auferunt, atque in uſus ſuos convertunt; inde eſt, quod cultores Sacrorum deficiunt, dum ſtipendia ſua perdunt, inde labentium Baſiliearum ruinae non reparantur, quia avaritia Sacerdotali omnia auferuntur. Pro qua re conſtitutum eſt a praeſenti Concilio, Epiſcopos ita dioeceſes ſuas regere, ut nihil ex earum jure praeſumant auferre, ſed juxta priorum auctoritatem Conciliorum tam de oblationibus, quam de tributis ac frugibus tertiam partem conſequantur. Quod ſi amplius quidpiam ab eis praeſumptum extiterit, per Concilium reſtauretur, appellantibus aut ipſis conditoribus, aut certe propinquis eorum, ſi jam a ſaeculo diſceſſerunt. Noverint autem conditores Baſilicarum, in rebus, quas eiſdem Eccleſiis conferunt, nullam poteſtatem habere, ſed juxta Canonum inſtituta ſicut Eccleſiam, ita & dotem ejus ad ordinationem Epiſcopi pertinere.

In Concilio *Nicaeno* de Clericis uſuras adcipientibus *cap.* XVII. ſcriptum eſt. Quoniam multi ſub regula conſtituti avaritiam, & turpia lucra ſectantur, oblitique divinae Scripturae dicentis: *qui pecuniam ſuam non dedit ad uſuram*, mutuum dantes, centeſimas exigunt: juſte cenſuit Sancta & magna Synodus, ut ſiquis inventus fuerit poſt hanc definitionem uſuras adcipiens, & ex inventione aliqua vel quolibet modo negotium tranſiens, aut hemiolia, ideſt ſeſcupla exigens, vel aliquid tale prorſus excogitans turpis lucri gratia, deijciatur a Clero, & alienus exiſtat a regula (5).

In decretis LEONIS Papae *cap.* III. (6) ſcriptum eſt, quod uſuram non ſolum Clerici exigere non debeant, ſed nec laici Chriſtiani. Nec hoc quoque praetereundum eſſe duximus, quoſdam lucri turpis cupiditate captos uſurariam exercere pecuniam, & foenore velle diteſcere (7), quod nos non dicam in eos, qui ſunt in Clericali officio con-

(4) IV.

(5) „ Illis temporibus, *inquit in hunc Canonem* AMORTIVS pag. 17. *Ven. edit.* more *Romanorum* gentilium omni menſe exigebatur pars centeſima ſummae mutuatae. Moderatiores juxta paraphraſim *Arabirum* exigebant dimidium tertius, puta centeſimae; & hoc dimidium totius vocabatur *Hemiolia*, qui terminus eſt aequivocus, & in aliis materiis ſignificat totum cum dimidio, ſeu *ſeſcuplum*, *ſeſquialterum*, prout hoc loco interpres latinus intellexit: Verum prior adceptio textui magis congruit. Sic etiam dicitur, *Hemiſphaerium*, *hemitagium*, *hemicycla &c.*

(6) Ex epiſtola ad Epiſcopos *Campaniae*.

(7) Haec verba *& foenore velle diteſcere* deſunt apud AVG.

conſtituti, ſed & in laicis cadere, qui Chriſtianos ſe dici cupiunt, condolemus: quod vindicari acrius in eos, qui fuerint confutati, decernimus, ut omnis peccandi opportunitas adimatur.

CAPVT XXXIII.

De Apoſtatis.

IN decretis SIRICII (1) Papae de Apoſtatis (2) *cap.* III. ſcriptum eſt. Adjectum eſt etiam, quoſdam Chriſtianos ad apoſtaſiam, quod dici nefas eſt, tranſeuntes, & idolorum cultu, ac ſacrificiorum contaminatione profanatos, quos a Chriſti Corpore, & Sanguine, quo dudum redempti fuerant renaſcendo, jubemus abſcindi, & ſi reſipiſcentes forte aliquando fuerint ad lamenta converſi, his quamdiu vivunt agenda poenitentia eſt, & in ultimo fine ſuo reconciliationis gratia tribuenda, quia docente Domino, *nolo mortem peccatoris, tantum ut convertatur, & vivat.* EZECH. XVIII.

In Concilio *Arelatenſi cap.* XXII. ſcriptum eſt, de Apoſtatis, qui tardius revertuntur, niſi per dignam poenitentiam non recipiantur. De his, qui apoſtatant, & numquam ſe ad Eccleſiam repraeſentant, nec quidem poenitentiam agere quaerunt, & poſtea infirmitate arrepti petunt communionem, placuit non dandam eis communionem, niſi revelaverint, & egerint fructus dignos poenitentiae.

Item in eodem Concilio *cap.* XXV. de Apoſtatis ſi non revertantur, ſcriptum eſt. Hi qui poſt ſanctae Religionis profeſſionem apoſtatant, & ad ſaeculum redeunt, & poſtmodum poenitentiae remedia non requirunt, ſine poenitentia penitus communionem non accipiant; quos etiam jubemus ad Clericatus officium non admitti, & quicumque ille poſt poenitentiam habitum ſaecularem non praeſumat: quod ſi praeſumpſerit, ab Eccleſia alienus habeatur.

CAPVT XXXIV.

De profeſſione Monachi.

IN Synodo *Toletana* (1) *cap.* XLIX. ſcriptum eſt de profeſſione Monachi: Monachum autem paterna devotio, aut propria profeſſio facit: quidquid horum fuerit alligatum, tenebit. Proinde his ad mundum reverti intercludimus (2) aditum, & omnes ad ſaeculum interdicimus regreſſus.

CA-

(1) Ex epiſt. ad HIMER. *Tarracon.* Epiſc.
(2) *De apoſtatis ſcriptum eſt.* AVG.

(1) Quarta *cap.* XLVIII.
(2) *Interdicimus* AVG.

CAPVT XXXV.

De poenitentiae temperamento, & quando reconciliandi ſint poenitentes.

IN *Africano* Concilio *cap.* X. de poenitentibus ita ſcriptum eſt. Vt poenitentibus ſecundum differentiam peccatorum Epiſcopi arbitrio poenitentiae tempora decernantur, & ut Presbyter Epiſcopo inconſulto non reconciliet poenitentem, niſi abſentia Epiſcopi neceſſitate cogente. Cujuſcumque autem poenitentis publicum, & vulgatiſſimum crimen eſt, quod univerſam Eccleſiam commoverit, ante abſidam manus ei imponatur.

In decretis INNOCENTII (1) Papae *cap.* VII. de poenitentibus ſcriptum eſt. De poenitentibus autem, qui ſive ex gravioribus commiſſis, ſive ex levioribus poenitentiam gerunt, ſi nulla intervenit aegritudo, quinta feria ante Paſcha eis remittendum *Romanae* Eccleſiae conſuetudo demonſtrat. Ceterum de pondere aeſtimando delictorum ſacerdotis eſt judicare, ut adtendat ad confeſſionem poenitentis, & ad fletus, atque lacrymas corrigentis, ac tum jubere dimitti, cum viderit congruam ſatisfactionem. Sane ſiquis in aegritudinem inciderit, atque uſque ad deſperationem devenerit, ei eſt ante tempus Paſchae relaxandum, ne de ſaeculo abſque communione diſcedat.

CAPVT XXXVI.

De his, qui in poenitentia poſiti vita exceſſerunt.

IN Concilio *Arelatenſi cap.* XV. ſcriptum eſt de his, qui in poenitentia poſiti vita exceſſerunt. Placuit, nullum communione vacuum debere dimitti, ſed pro eo quod oravit poenitendo, oblatio illius recipiatur.

In Concilio *Arauſicano cap.* VI. ſcriptum eſt de poenitentibus, qui de corpore exeunt. Qui recedunt de corpore poenitentia accepta, placuit ſine reconciliatoria manus impoſitione eis communicare, quod morienti ſufficit conſolationis (1) ſecundum definitiones Patrum, qui hujuſmodi communionem congruenter Viaticum nominaverunt: Et ſi ſupervixerint, ſtent in ordine poenitentium, ut oſtenſis neceſſariis poenitentiae fructibus legitimam communionem cum reconciliatoria manus impoſitione recipiant.

CA-

(1) In epiſt. ad DECENTIVM *Eugubinum*.

(1) Ita etiam AVG.; ſed legendum *morienti ſufficit conſolationi*, ſeu ut alii, *reconciliationi*.

CAPVT XXXVII.

De his, qui poenitentiam violantes ſpernunt & rurſus praevaricantur.

IN Concilio *Aurelianenſi cap.* VII. (1) ſcriptum eſt de his, qui poenitentiam violant.

Hi vero, qui ſuſceptam poenitentiam, religionemque ſuae profeſſionis obliti ad ſaecularia relabuntur, placuit, eos a communione ſuſpendi, & ab omnium Catholicorum conviviis ſeparari; quod ſi poſt interdictum eum eo quiſque praeſumpſerit manducare, & ipſe communione privetur.

In Concilio *Toletano* (2) *cap.* LV. ſcriptum eſt de ſaecularibus adcipientibus poenitentiam. Qui ſe totonderunt, & rurſus praevaricantes laici effecti ſunt, comprehenſi ab Epiſcopo ad poenitentiam, ex qua receſſerunt, revocentur. Quod ſi aliqui per poenitentiam irrevocabiles ſunt, nec admoniti revertuntur, vere ut poſtea eoram Eccleſia anathematis ſententia condemnentur. Non aliter & hi, qui detonſi a parentibus fuerint, aut ſponte ſua miſſis parentibus ſeipſos Religione devoverunt, & poſtea habitum ſaecularem ſumpſerunt, & iidem a Sacerdote comprehenſi ad cultum religionis acta prius poenitentia revocentur. Quod ſi reverti non poſſunt, ut apoſtatae anathematis ſententiae ſubjiciantur (3). Quae forma ſervabitur etiam in viduis, virginibuſque ſacris, ac poenitentibus feminis, quae ſanctum Monialem habitum induerunt, & poſtea aut veſtem mutaverunt, aut ad nuptias tranſierunt.

CAPVT XXXVIII.

Quod nulli ſit ultima poenitentia deneganda.

IN decretis COELESTINI Papae *cap.* XV. (1) ſcriptum eſt, quod nulli ſit ultima poenitentia deneganda. Agnovimus enim poenitentiam morientibus denegari (2), nec illorum deſideriis adnui, quod obitus ſui tempore animae ſuae cupiunt remedio ſubveniri. Horremus, fateor, tantae impietatis aliquem reperiri, ut de Dei pietate deſperet, quaſi non poſſit ad ſe quovis tempore concurrenti ſuccurrere, & periclitantem ſub onere (3) peccatorum hominem pondere, quo ſe ille expedire deſiderat, liberare. Quid hoc, rogo, aliud eſt, quam morienti mortem addere, ejuſque animam ſua crudelitate, ne abſoluta eſſe poſſit,

occi-

(1) Perperam in Cod. AVG. IV.

(2) Quarto.

(3) *Abjiciantur* AVG.

(1) Ex ep. ad Epiſcopos *Galliae cap.* 2. Hoc caput XV. etiam appellatur in *Triburienſi* Concilio *cap.* 31.

(2) *Non denegari* AVG., qui tamen aptius legendum *denegari* in notis fatetur.

(3) *Horrore* AVG.

occidere? Cum Deus ad ſubveniendum paratiſſimus invitans ad poenitentiam ſic promittat peccatori: *Peccator in quacumque die converſus fuerit, peccata ejus non reputabuntur ei*. Et iterum: *nolo mortem peccatoris, ſed tantum convertatur, & vivat*. Salutem ergo homini adimit quiſqois mortis tempore poenitentiam denegarit, & deſperavit de clementia Dei, qoi eum ad ſubveniendum morieoti ſufficere vel momento poſſe non eredidit. Perdidiſſet latro io Cruce praemium ad Chriſti dexteram pendeos, ſi illum unius horae poeniteotia noo juviſſet: cum eſſet in poena, poenituit, & per uoius ſermoois promiſſiooem habitaculum Paradiſi Deo promittente promeruit. Vera ergo ad Deum converſio in ultimis poſitorum mente potius eſt aeſtimanda, quam tempore, Propheta hoc taliter adſereote: *cum converſus ingemueris, tunc ſalvus eris*. Cum ergo Domious ſit cordis inſpector, qoovis tempore non eſt deneganda poeniteotia poſtulanti, eum illi ſe obliget judici, cui occulta omnia noverit revelare.

EZECH. XVIII. Ibid.

CAPVT XXXIX.

Quod oporteat eum, qui pro illicitis veniam poſcit, etiam a multis licitis abſtinere, & quod non oporteat, eum tempore poenitentiae lucra negociationis exercere.

IN decretis LEONIS Papae *capitulo* XXII. (1) ſcriptum eſt, quod oporteat eum, qui pro illiciris veniam poſcit, etiam a multis licitis abſtinere. Aliud qoidem eſt debita juſte repoſcere, alind propria perfectionis amore contemnere. Sed illicitorum veniam poſtulantem oportet etiam a licitis abſtiocere, dicente Apoſtolo: *omnia mihi licent, ſed non omnia expediunt*. Vode ſi poenitentes habeot cauſſam, quam negligere forte non debeaot, melius experit quis (2) ecclesiaſticum, quam foreoſe judicium.

1. Cor. VI.

Item in eiſdem decretis *capitulo* XXIII. (3) ſcriptum eſt, qood poenitenti nulla lucra negociationis exercere cooveniat. Qualitas negociantem aut excuſat, aut arguit, quia eſt inhoneſtus (4) queſtus, & torpis. Verumtamen poenitenti utilius eſt diſpendia pati, quam periculis negotiationis adſtriogi (5), quia difficile eſt inter ementis, vendentiſque commercium non interveoire peccatum.

CA-

(1) Ex ep. ad RVSTIC. *Narbon.*

(2) *Expedit eis* AVG. *Melius eſt illi, ut expetat* ANSELMVS. GRATIANVS vero 11. q. 1. c. 64. *melius exſpectet*.

(3) Ex eadem LEONIS epiſtola.

(4) *Honeſtus*, BVRCH., IVO, GRATIANVS, Codex AMORTII *Dieſſenſis*, idque ipſa ſententia poſtulare videtur. *Inhoneſtus* tamen habet etiam AVG.

(5) *Obſtringi* AVG. cum *Dieſſenſi* Codice.

CAPVT XL.

Quod ad militiam ſaecularem poſt poenitentiam rediri non debeat.

ITem in eiſdem decretis *capitulo* XXIV. quod ad militiam ſaecularem poſt poenitentiam rediri non debeat. Contrarium omnino eſt Eccleſiaſticis regulis, poſt poenitentiae actionem redire ad militiam ſaecularem, cum Apoſtolus dicat: *nemo militans Deo implicat ſe negociis ſaecularibus*. Vnde non eſt liber a laqueis diaboli, qui ſe militia mundana voluerit implicare.

EPILOGVS.

HAec tibi, ſancte Pater, pauca Capitula ex Sanctorum Patrum Conciliis colligere curavi, ut haberes in promptu ex eorum ſententiis, quo judicare poſſes (1) rudes & indomitos animos novellae gentis, apud quam modo converſaris, ut ſciant ſe impunite peccare non poſſe, ſed paratam ſententiam ſemper a vobis fore; orientia vitia perverſorum citius reſecare, & humilibus, atque digna (2) ſatisfactione peccata ſua plorantibus opportunum ſolamen conſolationis conferre. Oportet enim, ut quia veſtra Sanctitas inter illos modo conſiſtit, per praedicationem verbi Dei, & cuſtodiam verae Religionis omnibus ſacerum ſtudium veſtrum innoteſcat, quatenus hic fructus boni laboris laudem vobis adquirat, & in futuro mercedem, & gloriam pariat ſempiternam (3).

(1) *Poſſis* AVG.
(2) *Digne* AVG.
(3) *Amen*, addit AVG.

A D D E N D A

Erit fortaſſe qui typographicos quoſdam errores a me emendari velit, ut p. 104. *Petro* GELASINIO, pro GALESINIO; ſed eos Lectorum comitati condonandos, judicio corrigendos relinquo. Aliqua potius heic addam, quae ex eorumdem Lectorum re erit omiſſa adſcribere.

p. 5. anno MDCCLXIII. exiit. *Leges.*

ANno MDCCLXIII.: ſexta, cui diſſertatio de NESTORIANIS praemittitur, anno MDCCLXXI. exiit.

p. 27. a CASSANDRO deſcripta eſt. *Adde.*

Eadem Liturgia *Armenice*, & *Italice* prodiit *Venetiis* MDCXC. 4. apud *Michaelem Angelum* BARDONI interprete *Iohanne* AGOP. Docet id titulus, qui ejuſmodi eſt: *la dichiaratione della Liturgia* Armena, *fatta in* Italiano *dal* M. R. D. Giovanni AGOP *Miſſionario Apoſtolico*:

p. 28. apud *Jacobum Langum*. 4. *Adde.*

In Bibliotheca D. Marchionis de CAMBIS *Avenione* exſtabat Codex MS. in quo *ordo Miſſae* MARONITARVM *Gallice* redditus. Vide perrarum librum, cujus nonniſi LX. exemplaria excuſa fuiſſe adcepi, praenotatum: *Catalogue raiſonné des principaux manuſcrits du Cabinet de* M. Joſeph-Louis-dominique de CAMBIS Avenione MDCCLXX. 4. p. 392.

p. 31. ac pereruditis adnotationibus illuſtratum. *Adde.*

Codicem antea ignotum indicabo. Exſtat ille *Avenione* inter MSS. Codices March. *de* CAMBIS, qui eum deſcribit in MSS. ſui Muſei Codicum *Catalogo* p. 208.

p. 47. MENARDVS eruditiſſime differit. *Adde.*

Addamus tertium in 8. auctore D. *Guillermo de* MONTELAVDVNO, quod *Avenione* ſervabat Bibliotheca *D. Joſephi Aloyſii Dominici* Marchion. *de* CAMBIS. Vide ejus Catalogum *p.* 206.

p. 56. *Illyrica* Lingua redditum a *Simone* COSICICH, ſive BEGNA *Madraſſenſi* Epiſcopo, quod. *Lege*.

Illyrica lingua redditum *Venetiis* a. MDXXVIII. primum prodiit, curante *Fr. Paullo de* MODRVSSA Ord. *Minor. Conventualium*: deinde operam, ſumptuſque conferente *Simone* COSICICH, ſive BEGNA *Madraſſenſi* Epiſcopo.

p. 57. ejuſdem Epiſcopi expenſis: *dele*; tum *adde*.

Iterum *Venetiis* cum Breviario, & Rituali exiit MDLXI. cura *Nicolai* BROZICH.

ibid. MDCXLI. 4. *Lege*.

MDCXXXI. 4., iterumque MDCCVI., ac tertio MDCCXLV. curante *Matthaeo* CARAMANIO poſtea *Jadrenſi* Archiepiſcopo. Conferatur *Joſephus Aloyſius* ASSEMANVS Vir Cl. T. IV. *Kalendar. univ. Eccleſ.* p. 432. ſeqq.

p. 62. Miſſale AVRELIANENSE, *Leges*.

Miſſale AVENIONENSE, ſeu potius Sacramentarium non longe a XIII. ſaeculi initio exaratum exſtabat in Muſeo March. *de* CAMBIS, qui illud in Catalogo MSS. ſuorum Codicum accuratiſſime recenſet p. 24-64. Aliud Miſſale ſub XV. ſaeculi primordia conſcriptum ad uſum Sodalitatis *Avenionenſis S. Crucis* in eodem Muſeo adſervabatur. Vide eumdem Catalogum *p.* 64-70. Conferri etiam poterunt, quae de alio Miſſali XV. Saeculi diſſerit idem Marchio *p.* 536. *ſeqq.* Miſſale AVRELIANENSE.

p. 110. not. 3. In Bibliotheca *Romani* Collegii. *Adde*.

Tertium accedat *Avenione* in Bibliotheca D. Marchion. *de* CAMBIS adſervatum, eodemque ſaeculo XV. deſcriptum. Vide ejus Bibliothecae Catalogum *p.* 210-230.

p. 131. Toleti *in menſe Aprilis*. *Adde*.

Nova hujus Breviarii editio *Matriti* a. MDCCLXXV. curata eſt apud *Joachimum* IBARRA. S. C. R. M. & dignit. Archiep. Typographum; duobus illa conſtat ingentibus voluminibus, ſed ea cum magnificentia, tum elegantia excuſis, ut ſatis commendari non poſſint. Vidi illa apud Sanctiſſ. D. N. PIVM VI., qui etiam titulum mihi exſcribendum pro incredibili ſua humanitate curavit.

vit. Eſt autem hujuſmodi : *Breviarium* GOTHICVM *ſecundum regulam Beatiſſimi* ISIDORI *Archiep.* Hiſpalenſis *juſſu Cardinalis* Franciſci XIMENII *de* CISNEROS *prius editum, nunc opera Excellentiſſ.* D. Franciſci Antonii LORENZANA *Sanctae Ecclesiae* Toletanae Hiſpaniarum *Primatis Archiepiſcopi recognitum ad uſum ſacelli* MOZARABVM.

ibi. Tandem memorabimus *Romanum* Breviarium lingua *Sclavonica* vulgatum. *Lege.*

Tandem memorabimus *Romanum* Breviarium Lingua *Sclavonica* redditum. Mitto antiquiora exempla MSS. quorum duo exſtant in Bibliotheca Collegii Urbani *Fide propaganda de*, alterum a. MCCCLXXXVII. alterum duobus poſt annis exaratum. Breviarium Slavo-Latinum a *Raphaele* LEVACOVICH *Acridano* Archiepiſcopo editum, poſtea a *Methodio* TERLECKI Epiſcopo *Chelmenſi*, & *Belcenſi* emendatum, probatumque vulgatum fuit.

ibi. MDCXLVIII. 8. *Adde.*

Praefixis INNOCENTII X. Apoſtolicis litteris, & iterum MDCLXXXVIII. Vide de hujuſmodi Slavicis Breviariis *Joſephum Simonium* ASSEMANVM *T.* IV. *Kalend. Eccleſ. univ.* p. 422. & 426. *ſeqq.*)

p. 135. *Horas* titulus praeſefert. *Adde.*

Curſus nomine prodiit *Roſtochii* MDXXII. En titulum. *Curſus de* DOMINA (ſic *Hungari*, aliique MARIAM ſanctiſſimam Deiparentem appellare conſueverunt.) *ſecundum Eccleſiam* HAMBVRGENSEM. Praemittitur autem *Curſus de aeterna Sapientia*, ſeu de Chriſti laudibus: in fine autem exſtat *Curſus de Paſſione Domini, & Vigiliis defunctorum.*

p. 148. *iter Liturgicum* (p. 368.) *Adde.*

CREMENSE *Brixiae* exiit a. MDLXXXV. iterumque MDXCV. hoc titulo: *Rituale Sacramentorum, aliarumque Caeremoniarum ex Romanae Eccleſiae ritu Illuſtriſſ. & Reverendiſſ.* D. Johannis Jacobi DIEDI *Epiſcopi* Cremae *juſſu impreſſum ad uſum ſuae Eccleſiae.*

p. 158. Bononiae MDXXI. *Adde.*

Cathecuminorum liber juxta ritum Sancte Romane Eccleſie, cum multis aliis orationibus ſuper morientes dicendis, & aliis officiis nuper additis, Venetiis *apud heredes* Petri RAVANI, *& ſocios* MDLVI. 8.

Habent

p. 161. (*art.* V. & XV.) *Adde*.

Habent & ſuos Pontificales libros CHALDAEI. Sex in *Vaticana* Bibliotheca hujuſmodi Codices adſervantur, quatuor ſcripti a JOSEPHO *Indoran* Epiſcopo in *Maſembich* a. MDLVI. duo vero ſub hujus ſaeculi initium a IOSEPHO I. CHALDAEORVM Patriarcha litteris *Chaldaicis* exarati. Eos deſcribit *Joſephus Aloyſius* ASSEMANVS in erudita Praefatione, quam praemiſit SYRORVM CHALDAEORVM NESTORIANORVM *Sacris ordinationibus*, ſeu *Codicis Liturgici lib.* VIII. *p.* VI. *p.* 45. *ſeq.*

p. 173. A. MDCXLIV. *Adde*.

Inſignis *Romani Ordinis* Codex inter INNOCENTII IV. & BONIFACII VIII. tempora exaratus extat *Avenione* in Muſeo Cl. March. *de* CAMBIS. Vide in ejus Catalogo diligentiſſimam hujus Codicis recenſionem *p.* 70-205. Vtinam ſi quando veteres hujuſmodi Ordines recudantur, liceat hunc Codicem edere! Multa certo in eo ſunt parum obvia, & quae ad quorumdam Rituum aut confirmandam antiquitatem, aut explicandas origines maxime faciunt.

INDEX

Rerum notabilium hoc volumine contentarum.

A

ABSIS quid in *Carthaginienſis* III. Concilii canone deſignet? 287.
AETHIOPVM libri Liturgici 26. libri ad horas 95. Rituales libri 141.
AGENDAE 153.
ALEXANDER VII. ejus Breve in *Gallicam* Miſſalis *Romani* verſionem 57.
AMBROSIANA Liturgia aduenientibus *Romanis* Pontificibus confirmata. L. ejus libri 64. *Ambroſianum* Breviarium 128.
ANAGNOSTES *Graecorum* liturgicus liber 17. alius pro horis eorumdem Canonicis 82.
ANGLICARVM orthodoxarum Eccleſiarum libri Miſſales 64. haereticarum 77. Breviaria 131.
S. ANNAE antiqua Miſſa 52.
ANTHOLOGIVM 91. *Novum* 92.
ANTIPHONARIVM Liturgicus *Latinorum* liber 29. item ad horas 101.
APOSTOLI a Chriſto jus Liturgicum acceperunt XIII. illudque praeſcriptis ritibus exercuerunt XIV. ſeqq. praeſertim circa Liturgiam XXI. ſeqq. idque pro *lege* XXIV. ſeqq.
APOSTOLICVM. V. *Apoſtolus*, *Epiſtolare*, *Lectionarium*.
APOSTOLO-EVANGELIVM, *Graecorum* Liturgicus liber 18.
APOSTOLVS, *Graecorum* Liturgicus liber 17. item *Latinorum* 35.
AQVILEIENSIS Liturgiae veteris libri 57. Quei exoleverit LIII. Ejuſdem Eccleſiae Breviarium 127.
ARCANI diſciplina LXVI.
ARABVM Rituales libri 141.
ARCHIERATICVM 161.
ARMENORVM libri Liturgici 27. & 354. Breviarium 94. Rituales libri 141. Pontificale 161.
ATHENOGENES, ejus hymnus 86.

B

BAPTISMALE 157.
BAPTISTERIVM i. e. liber Baptiſmi 157.
BARONII Card. *Caeſaris* Martyrologium 104. ſeq.
S. BASILII Liturgia 12.
BELGICARVM Eccleſiarum Miſſales libri 60. Breviaria 129.
BENEDICTIONALE 158.
BENEDICTVS XIV. Euchologium *Graecorum* emendari curat 138. Item Rituale Romanum 147. Pontificale 165. Martyrologium 105.
BINGHAMVS notatus XXVII.
BOEHMERI jus liturgicum ad jura Principis *Majeſtatica* referentis ſyſtema refellitur. VI. *ſeqq.* Ejus argumentis ſatisfit. IX. *ſeqq.* Aliud illius decretum ſtatuentis, nihil circa ritus fuiſſe ab Apoſtolis ex

lege

Digitized by Google

lege ſervanda ſancitum confutatur. XXIV. *ſeq.*
BREVIARIVM *Romanum* S. GREGORII VII. contractum 107. ab HAYMONE *Franciſcanorum* Generali Miniſtro reformatum 109. tum a QVIGNONIO Cardin. 110. poſtea a S. PIO V. 114. & a CLEMENTE VIII. 119. ab VRBANO VIII. recognitum 120. *Sclavonice* verſum 131. & 356. Breviaria *Occidentalium* Eccleſiarum 121. Monaſtica 131.
BVRCHARDI *Johannis* ordo Miſſae Romanae 58. Pontificale 164.

C

CAEREMONIALE *Romanum* 175. ſeqq. Epiſcoporum 178. Monachorum 179.
CALENDARIVM, *Graecorum* liber 88.
CAPITVLARE 37. & 39. Capitulare *Florentinum* 216. LVCENSE 190. MVTINENSE 238.
CARPSVM 121.
CASTELLANI Fratr. *Alberti* Sacerdotale 144. Pontificale 164.
CHALDAEORVM Rituales libri 142. Pontificales 357.
CHORALES *Latinorum* libri 106.
CHRISTVS verus Deus, & homo ex Liturgiis oſtenſus LXXI. Ei corpus verum ex iiſdem adſertum LXXII.
S. CLEMENTIS I. Liturgia 14.
CLEMENS VIII. Miſſale Romanum reformat 56. & Pontificale 164.
COLLECTANEA quid? 103.
COMITIS liber 36.
CONCILIA, jus Liturgicum ab Epiſcopis exercitum coercuerunt. XXVI. *ſeqq.*
CONFIRMATIONIS Sacramentum ex Liturgiis adſertum LXXV. ejus forma LXVI. *ſeqq.*
COPTITARVM libri Liturgici 25. *ſeq.* Rituales libri 141. Pontificale 161.
de CRASSIS *Paris Chriſtophorum* MARCELLVM ob editum *Caeremoniale* inſectatur 175. Ejus *ordo Romanus* 177.
S. CYRILLI *Alexandrini* Liturgia 11.

D

DEFVNCTORVM officium 136.
DIACONICON Liturgicus *Graecorum* liber 19.
DIPTYCHA 18.
DIVRNVM 121.
DVPINII in *Victore* P. R. accuſando temeritas XXXII. *ſeqq.*

E

EBO, ſeu EBBO *Rhemenſis*, aliqua de eo 253. *ſeq.*
ECCLESIA erroris expers ex Liturgiis oſtenditur LXXIII.
EPISCOPI. In eos ab Apoſtolis jus liturgicum manavit XXV. quod tamen a Conciliis, atque a Patriarchis coercitum fuit XXVI. *ſeq.* Preſbyteris ſuperiores ex Liturgiis comprobantur LXXI. ab Archiepiſcopis *filii* interdum appellati 253.
EPI-

EPISTOLARE 35.
EVANGELISTARIVM 18. 38.
EVANGELIVM 17. 38.
EVCHOLOGIVM 127. *Romanum* ejus correctio 138. *ſeqq.*
EXEQVIALIS liber 158.

F

FEBRONII *Juſtini* in Victore R. P. accuſando temeritas XXXII. *ſeqq.* audax ejus, ineptaque in INNOCENTII I. dictum animadverſio XLV. *ſeqq.* Aliud ejus dictum notatum 253.
FLACII *Illyrici* Miſſa *Latina* 40.

G

GALLICANA vetus Liturgia 60. quei abrogata XLVI.
GALLICARVM Eccleſiarum recentiores libri Liturgici 61. Breviaria 125. Ritualia 150. Pontificalia 166.
GATTICO *Johannis Bapt.* Acta Caeremonialia 177.
S. GELASIVS, ejuſque Sacramentarium 44. licet interpolatum 45.
GENEVENSIS *Calvinianorum* Liturgia 77.
GERMANICARVM Eccleſiarum libri Liturgici 60. Breviaria 129. Pontificalia 165.
GRATIAE omnimoda neceſſitas ex Liturgiis conſtituta LXXIV.
S. GREGORII M. locus de Oratione Dominica ab Apoſtolis in ſacris recitata hactenus mendoſus reſtituitur XVI. ejus Sacramentarium 46.
S. GREGORII VII., ejuſque ad *Mozarabicam* abrogandam Liturgiam conatus defenſus XLVIII. quid ad Breviarium contulerit? 107.

H

HAERETICORVM Liturgiae 76.
HALITGARII Poenitentiale 249. *ſeqq.*
HEBDOMADAE *Sanctae* officium, ejuſque verſiones aliquot 134.
S. HIERONYMVS, auctorne fuerit *Comitis*? 36.
HISPANICARVM Eccleſiarum Breviaria 130. Pontificalia 161.
HISTORIAE Sanctorum, quae in Breviario Romano leguntur, earumque Auctor 116.
HIRMOLOGIVM 83.
HOMILIARIVM 99.
HOROLOGIVM *Graecorum* liber 92.
HYMNARIVM 101.
HYMNI Breviarii Romani ab VRBANO VIII. emendati 120.
HYMNOLOGIVM 85.

I

S. JACOBI Hieroſolymit. Liturgia 9.
IACOBITARVM Liturgici libri 19. *ſeq.*
INNOCENTII I. adſertio a FEBRONII cavillationibus vindicata XLIV. *ſeqq.*
INSTITVTIO, i. e. Rituale 154.

S. IO-

S. IOHANNIS CHRYSOSTOMI Liturgia 13.
ISIDORVS *Mercator* quo primum tempore ſuam collectionem procuderit? 311.
ISODICON Liturgicus *Graecorum* liber 18.
ITALICARVM Eccleſiarum Miſſalia 59. Breviaria 121. Ritualia 147.
IVS Liturgicum neque univerſo Fidelium coetui IV. neque ſummis Principibus competit VI. *ſeqq.*, ſed Apoſtolis primum a Chriſto traditum XIII. *ſeqq.* deinde ab his in Epiſcopos derivatum XXV. quod tamen Concilia coercuerunt XXVI. *ſeqq.* atque in *Oriente* Patriarchae ſibi demum vindicarunt XXVIII. *ſeq.*, cum primis vero ad Romanum Pontificem ſpectat XXIX. *ſeqq.*

L

LATINORVM libri Liturgici antiquiores 29. recentiores, V. *Miſſale*, *Breviarium*, *Pontificale*, *Rituale*.
LECTIONARIVM 35. pro horis Canonicis *Graecorum* 82.
LEONIANVM Sacramentarium 41.
LIBELLVS 75.
LIBER *Diurnus* Romanor. *Pontificum* 177.
LIBER *ad oleandum* 158.
LIBRI Eccleſiaſtici ad ſacros ritus pertinentes a quibuſnam percenſi fuerint? 1. ſeq. collecti 2. *ſeqq*.
LITANIAE 159.
LITVRGIAE Iuſ. V. *Ius Liturgicum*. Ejus ordo ab Apoſtolis praeſcriptus XXI., immo & ſtatae quaedam, ſolemneſque formulae XXII. *ſeqq.* idque ex lege omnino ſervanda. V. *Apoſtoli*, *Boehmerus*. Liturgiae *Haereticorum* V. *Haereticorum Liturgiae*.
LITVRGICI libri, eorum in re Theologica uſus LV. *ſeqq.* Canones pro delectu ejuſmodi librorum, ut inde in rebus Theologicis peti argumenta poſſint LX. *ſeqq.* Canones ad argumenta ex horum librorum ſilentio rite ducenda LXIV. *ſeqq.* Canones ad germanum, verumque librorum Liturgicorum ſenſum adſequendum LXIX. *ſeqq.* & LXXXIII. *ſeqq.* Quae ad elevandam horum librorum auctoritatem adduci poſſunt, proponuntur LV. *ſeqq.* & refelluntur LXXXV. *ſeqq.*
LVSITANARVM Eccleſiarum libri Liturgici 64. Breviaria 131.

M

MABILLONIVS *Johannes*, ejus Collectio ordinum Romanorum 173.
MANVALIA, ſcilicet Ritualia 151. *ſeqq.*
MARCELLVS *Chriſtophorus*, quid ob *Caeremoniale* editum in eum *Paris* de CRASSIS molitus ſit. 175.
S. MARCI Liturgia 10.
MARIAE Deiparae Virginitas ex Liturgiis propugnata LXXII. S. MARIAE *ad nives* Miſſa antiqua 51. Officium B. M. ejuſque verſiones 135. & 356.
MARONITARVM libri Liturgici 28. & 354. libri ad horas 94. Pontificale 161.

MAR-

MARTYROLOGIVM 103. *ſeq.*
MELCHITARVM libri Liturgici 19 *ſeqq.*
MENAEA 88.
MENOLOGIVM 89.
MESSALETVM *Votivum* 75.
MISSAE *Epiſcopales* 169.
MISSALE Plenarium quid? 49. Miſſalium ejuſmodi MSS. exempla 50. Miſſale *Romanum*, ejuſque ante PIANAM Reformationem editiones 52. a S. PIO quadam prudenti oeconomia reformatum LII. Ejus editiones 54. Novae CLEMENTJS VIII. in illud curae 56. Miſſalis *Romani* verſiones 56. *Gallica* vetita 57. Miſſalia *Occidentalium* Eccleſiarum, quae ritum *Romanum* ſervant 59. & 355. Item earum, quae a *Romanis* ritibus diſcrepant 64. Monachorum, aliorumque Regularium ordinum Miſſalia 64.
MITRALIS 154.
MONACHORVM libri Liturgici 64. Breviaria 129. Caeremonialia 179.
MOSCOVITARVM Liturgici libri 19. libri ad horas Canonicas 93.
MOZARABICAE Liturgiae fata XLVII. *ſeqq.* ejus Miſſale 61. Breviarium MOZARABVM 130. & 355.
MVSICALIS *Graecorum* liber 87.
MYSTERIORVM liber. V. *Sacramentarium*.

N

NESTORIANORVM libri Liturgici 26. Rituales 142. Pontificales 354.

O

OCTAVARIVM *Romanum* 134.
OCTOECHVS 83.
OECONOMIA *domus Domini*, i. e. Rituale.
OFFERTORIVM, liber Liturgicus 47.
OFFICIA aliquot ſingularia 136.
OFFICIALIS liber 155.
ORATIONALE *Gothico Hiſpanum* 63.
ORATIONVM liber Liturgicus 47.
ORDINARIVM 155.
ORDO, i. e. Rituale 155.
ORDO *Romanus* 169. & 357.
ORIGINALE peccatum ex Liturgiis probatum LXXIV.

P

PANVINII *Onuphrii*, collectio ordinum Romanorum 173.
PARACLETICE 84.
PARADISVS, *Graecorum* liber 90.
PAROCHIALIS liber 155.
PASCHA, de celebratione Paſchatis controverſia. V. *Victor.* Paſcha Annotinum 200.
PASSIONARIA 100.
PASTORALIS liber 155.

PATE-

PATERICON 90.
PATRIARCHAE *Orientales* jus omne Liturgicum ſibi vindicarunt XXVIII. *ſeq.*
PATRICIVS *Auguſtinus*. ejus Pontificale 164. Caeremoniale 175.
PAVLLI V. Rituale *Romanum* 147.
S. PETRI Primatus ex Liturgiis vindicatus LXXIII. Ei Liturgia tributa 10.
S. PIVS V. Miſſale Romanum reformat LII. 54. item Breviarium 114.
PLENARIVM Miſſale 49.
POENITENTIALES libri 158. V. *Halitgarius*, *Rhabanus*.
POGIANVS *Julius* de hiſtoriis Sanctorum, quae in *Romano* Breviario leguntur, optime meritus 116.
PONTIFEX *Romanus*. V. *Romanus Pontifex*.
PONTIFICALES libri 161.
PRAESANCTIFICATORVM liturgia 13.
PRAXAPOSTOLOS, Liturgicus *Graecorum* liber 17.
PRECARDVS quid? 47.
PRESBYTERI dignitate Epiſcopis inferiores ex Liturgiis evincuntur LXXIV.
PRINCIPES quid in re Liturgica poſſint XII.
PROCESSIONALE 159.
PROSAE. V. *Sequentiae*.
PSALMORVM varia apud *Graecos* nomina 81.
PSALTERIVM 80. 96. ejus Breviarium 98.
PVRGATORIVM e Liturgiis expreſſum LXXVI.

Q

QVINTERNVS *pro mortuis*. 75.
QVIGNONII Card. *Franciſci* Breviarium 110. *ſeqq.* a S. PIO V. abrogatum 114.

R

REALIS Chriſti in Euchariſtia praeſentia a Liturgiis docetur LXXV.
RESPONSALES libri 101.
RHABANVS *Maurus*, ejus Poenitentiale 310.
RITVALE *Romanum* 147. Variarum Eccleſiarum Ritualia, diverſaque eorum nomina 147. *ſeqq.* & 356.
RITVS ab Apoſtolis praeſertim circa Liturgiam praeſcripti XIV. *ſeqq.* Rituum varietas unde orta? XXVI. De ea tollenda a Conciliis laboratum XXVII. *ſeq.*
ROMANAE Eccleſiae Ritus jure a *Romanis* Pontificibus ut per *Occidentem* ſuſciperentur, adlaboratum XLIII. *ſeqq.* licet ii prudentis oeconomiae cauſſa jus aliquando temperarint LI. *ſeqq.* Pontificale 164.
ROMANVS PONTIFEX jure Liturgico in univerſam Eccleſiam potitur XIX. *ſeqq.* Ejus Primatus ex Liturgiis confirmatus LXXIII. Ejus eligendi Caeremoniale 178.

SAB.

Digitized by Google

S

SABBATVM ante Palmas 196.
SACERDOTALE 156.
SACRAMENTALE i. e. Rituale 156.
SACRAMENTARIVM 39. *ſeqq.* 354.
SACRAMENTORVM liber. V. *Sacramentarium*.
SACRIFICII incruenti hoſtes ex Liturgiis refutati LXXV.
SAMARINI *Franciſci* Sacerdotale 144.
SANCTORII Card. *Antonii* Rituale 145.
SANCTORVM cultus & invocatio e Liturgiis eruitur LXXVII. nomina vetuſtis duobus *Capitularibus* nunc primum editis inſcripta 186.
SCHEMATOLOGIVM, *Graecorum* liber 140.
SEQVENTIAE, earumque Auctores 32. *ſeqq.*
SEQVENTIALES libri 32.
SERMONARIVS. V. *Homiliarium*.
SICVLARVM Eccleſiarum Liturgia 59.
SPIRITVS Sancti divinitas ex Liturgiis comprobata LXXI.
STATIONES in duobus *Capitularibus* nunc primum editis indictae 184.
SVECANA Liturgia 76.
SYNAXARIA 90.
SYRORVM libri ad horas 95. Rituales libri 142. Pontificale 164.
TACTICA, liber *Graecorum* ad horas 80.
THEOTOCIA 87.
TRANSVBSTANTIATIO Euchariſtica e Liturgiis vindicata LXXVI.
TRINITATIS Auguſtiſſimae myſterium ex Liturgiis confirmatum LXX.
TRIODIVM 84.
TROPI quid *Latinis* in re Liturgica 31.
TROPONARII libri 31.
TYPICA *Graecorum* Liturgicus liber 19. item liber ad horas Canonicas 79.

V

VENETAE quaedam Miſſalis *Romani* editiones vetitae 54.
VERBI divinitas ex Liturgiis demonſtrata LXX.
S. VICTOR I. quid in controverſia de Paſchate cum *Aſianis* egerit XXXI. vindicatur XXXIII. *ſeqq.*
VRBANVS VIII. Hymnos Breviarii Romani reformat 120. item Pontificale 164.

X

XIMENES Card. *Franciſcus*, ejus pro Liturgia *Mozarabica* conſervanda conatus XLIX.

F I N I S.

6S H 3

VA 1 1528908

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

18
H
3-5